Hs. 490
Bibl. Senkenb.
H 47

r Benutzung	Zweck der Benutzung (nur eingesehen? ganz oder teilweise verglichen? ganz oder teilweise abgeschrieben? Titel der neuen Veröffentlichung)
lab.	Reprod. d. ganzen Hs.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

BIBL. SEN. FRANCOFURT.
MS.
No.
347.

CHRISTIANI SCHLEGELII

Abbatia Hersfeldensis.
sive
Annales Hersfeldenses.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

§. I.

Eripi interdum Plutonis faucibus, Charontisque manibus nonnunquam extorqueri, hodienum etiam nobilioris metalli, auri juxta et argenti, nummos haud paucos, ut multa superioris aevi exempla heic non commemorem, vel documento satis idoneo esse possunt floreni illi aurei, decimo quinto scilicet omnes à nato Servatore, cusi seculo, qui septimo abhinc anno Frimariae, pago, unum vix lapidem à Gotha nostra distante, à vexillone ipsius loci, casu sane fortuito, sed, si rebus suis rectius consulere novisset repertor, feliciore fuere reperti, infra pluribus, et in primis à quibus iidem obsignati fuerint, à nobis excutiendi.

§. II. Atque huic inopinato plane rei eventui haud absimilis est ille, quo nuper admodum factum est, ut, dum terra ad jaciendum fundamentum novae aedis sacrae, in pago Rehstedensi, tertio pariter abhinc lapide sito, à ruricolis, aliisque mercede conductis operariis, effoditur, praeter omnem spem et expectationem oblatum ipsis fuerit sepulchrum hominis, saxo praegrandi ac integro incisum, alioque rursus lapide, apto, et convenienti magnitudine gaudente, s: qua ratione Marchiones Misnenses in Cella veteri olim humatos novimus :s contectum. Hunc dum unitis viribus loco movent, et tollunt in altum, hominis inveniunt cranium, ossa, cineres, una saltem iisdem addita urna sepulchrali figulina, non magnae quidem capacitatis, nummis tamen argenteis, quos cavos vulgo et bracteatos s: rectius forte bracteales :s appellare solent, oppleta. Ipsi rerum harum omnium, et quid iisdem voluerint veteres, ignari, novoque hoc plane ac inusitato spectа-

culo attoniti, concurrunt omnes, vasculum mira, ut ipsis videbatur, figura inspiciunt, ac nummos placentulas, sive cruptula orbicularia, existimantes, quibus sacra uterites, eucharistia reficiuntur, parvique hinc, extra usum si constituuntur, momenti esse, conjicientes, illos inter se invicem, ut par erat, distribuunt, ac quotquot eorum volunt, in qualemcunque rei memoriam, secum domum auferunt, urna exinde vacuefacta in terram protinus projecta, atque sic in minutissimas etiam partes penitus confracta.

§. III. Eadem vero re, rumore, ut solet, vulgi cito huc atque illuc manifestata, horum et nonnulla exinde exempla Gotham, ad Serenissimum, clementissimumque Principem ac Dominum meum, Dominum Fridericum, ut omnium amoeniorum, ita et hujus generis Musarum Herculem Musagetam, cujus imperio Deus perennitatem addat! per Praefectum Ichtershusanum transmittuntur, eo fine, ut de his, qui argentei antiqui ipsi viderentur nummi, aliorum quoque audiatur judicium, et quid isto loco novi hactenus contigerit, sciatur.

§. IV. Venere ex illo tempore isti mox et in meas manus, primusque eorum conspectus me docuit facile, duodecimi et decimi tertii omnes esse seculi nummos, tunc equidem adhuc nescium, unde venissent, ac ubi locorum illi fuerint reperti. Paullo post plures eorum conspicatus, audiensque locum, ubi hucusque novi hospites delituerint, et unde venerint, unum etiam atque alterum diversae figurae in manus accipiens, in quibus: Ludovicus Abbas totidem verbis legebam, atque distincte satis exaratis litteris, tan-

tum

tum aberat, ut de autore ipsorum obsignanteque olim Domino amplius ambigerem, ut potius extemplo Ludovici, Abbatis Hersfeldensis quondam, nummos pronunciarem, atque sic legitimo simul suo ipsos restituerem Domino.

§. V. Cum igitur illi nummi hujus etiam territorii antiquitates non tam exhibeant, quam, accedente praesertim Abbatum historia, referant, revelentque, exemplo illustris excellentissimique Joannis Petri de Ludewig, potentissimi Regis Borussiae Consiliarii nunc intimi, oppido constitueram, justo de iis, et in primis celeberrima illa olim Hersfeldensi Abbatia, hujusque Abbatibus, aliquando agere commentario, eaque historiae luce, qua coruscare satis queant, Abbates illos circumfundere. Fieri tamen id à me vix rectius posse, videbam, quam si paucis primum de illustri illa, antiquo non solum, quam superiori adhuc aevo, Abbatia agerem, indicemque dehinc ejusdem Abbatum horumque factorum praecipuorum, variis ex Scriptoribus contextum, praemitterem, ipsos denique illorum nummos, qui eosdem ex seculi genio exhibent, subjicerem, annecteremque tandem, quid ex iis disci nunc queat, et cum majori certitudine tradi, rectiusque, ac antea, intelligi.

§. VI. HERSFELDENSEM itaque dum denuo nomino Abbatiam, probe omnino ab Herseveldensi distinguendam (*) operae omnino pretium erit, unde hoc Nominis tulerit, oppidum

* Quam Udo, Stadensis Comes restituit, ac de qua inspergit incidenter Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 258.

in primis dispicere. In tres autem communiter abire videmus sententias illorum, qui ex instituto de eadem commentati sunt. Alii enim, et quidem plerique (nam illos fabulatores, qui illum unacum Hirzberga, non procul inde quoque sita, a Quinto Hircio exstructum, existimant, heic non morabimur:) quasi cervorum campum (b) ob insignem ibidem loci planitiem et ferarum in sylvis vicinis, olim praesertim abundantiam, interpretantur; Alii, et quod mihi probabile videtur, ab Herolpho, aut, ut aliis scribitur, Herolfo (c) quodam ejusdem conditore, quasi Herolphesfeld (d) aut Herolfesfeld, (e) aut

(b) Hoc ex Jac. Micrelii versibus, mox afferendis, relucere videtur. Conf. Zeileri Topograph. Hassiae. p. 51. Petri pagani haec est descriptio: Est regio Cattae contermina finibus orae, ac Ambrosius Coriarius: a patulis fagis antiquum nomen adepta urbs, ubi de cervis nomina nunc tenet. Loëta feris populosa viris notissima longo, tempore praesertim gelidi prope littora Fuldae, ac Henricus Cutzelius: Amoena propter littora, et efferi fluenta Fuldae. Qua rapidis locus subinde cervis notior, in solo apertiori moenibus insolet.

(c) Id satis loquuntur versus sub Abbatum iconibus, in Eichensi arce conspicui, in quibus inter alia legas: Imperii decorata notis felicibus urbs est, cui nomen campus fecit, Herolfe tuus. etc. Mich. Vranius in Epicedio Michaëlis Abbatis Lit. C. 3. Cujus habet campus nomen Herolfe tuum. Adde infra versus sub Lullo in adjecta observatione. M. Abraham. Saurii parvum Theat. urbium. p. 141. Zeileri Topographiam Hassiae. p. 51. I. Winckelmanni Chron. Hass. p. 258. Binharti Chron. Thur. p. 39. W. Dilichii Chron. Hass. p. 85. Siquidem Winckelmannus Hersfeld, Alsfeld. Frizlar inter curtes Francorum Regum temporibus seculo sexto, jam refert in Chron. Hass. p. 555. Sed quis iste Herolfus primus, ut volant, conditor, fuerit, hucusque nemo dixit.

(d) Sic scriptam hanc urbem, infra saepius offendemus.

(e) Ita in antiquis diplomatibus exaratam reperiri tradit I. Winckelmannus in Chron: Hassiaco. p. 258.

aut Herolsfeld (f) dictum existimant. Alii ab antiquo vocabulo Germanico Heer exercitum sonante, quasi exercitus sive Martium campum (g) quod Drusus castra sua ibi olim metatus fuerit, nuncupatam, indeque a Lamberto Aschaffnaburgensi, non alio fere nomine, quam Hersfeldiae (h) itemque ab aliis Heresfeldiae ſ: perinde ac in antiquis membranis Hiruzfeld (i) Herosueld, Herolfesfeld, Herolsfeld, Herolfelde, Hersuelde, Herseuelde, Hersfeld (k) Herolvesfeld, Herseveld, Heresfeld, Heresfelden, Hervelda, Herveldia, Herolfesfeldi, Herolfesfeldt, Herosfelfelde, Herolvesveld, Herelvesuelde, Hertzeuelde, diverſimode alio forſan adhuc

---

(f) Sic efferunt Matth. Dreſerus de urbibus Germ: p. 330. Hirsfeldia olim Herolsfeld ab Herolfo conditore dicta. Ita et Cyprianus Eichovius in deliciis Apodem. per Germaniam. Zeilerus in Itinerario Germ: p. 483. Saurius in parvo Theat. urb. p. 141.

(g) Quo fine dubio reſpexit I. Hartmannus, Amberga Palatinus, dum delineationi hujus urbis haec ſubjecit: Quam pictor hic Hirsfeldiam delineavit: Haſbiaci ad Fuldae aquas ſic in ſua circumferentia datur. Verum unde nomen ſumpſerit primum, ambigitur: ſed Martius Campus generoſi exercitus illi indidiſſe creditur nomen: vocaveris eam hinc optime Heresfeldiam. Et ſunt, qui conjiciunt, a campo ipſo arabili ex oppoſito oppidi Hersfeldenſis jacente Diengarten villam, dicto Geerfeld ſive in Heer, feld, ubi olim inſignia caſtra metata fuiſſe imperatorem quendam, aut alium magni nominis ducem, nomen trahere, quod exinde magis probabile redditur, quod Lambertus eam non niſi Herueldiam, Heruelderſe monaſterium vocitet, nunquam vero Hersfeldiam aut Hirsfeldiam. Conf. Haſs. p. 85. Mart. Zeileri parvum Theat. urbium. p. 142.

(h) Vide Winckelmann. Chron. Haſs. p. 19. et 152.

(i) Teſtante hoc I. Winckelmanno in Chron. Haſs. p. 21. et 258. Notitiam ipſam vide in Traditionibus Fuldenſibus apud Piſtorium, et in Dn. Lünigii Spicilegio Eccleſiaſtico ad Antiqu. Ruſſ. Archivs. p. 135. a. Ego in Dei nomine Burgam, presbiter dono in locis Hiruzfeld ſeu beogo in marca et Nſartano et in Haitilinga unam huobam.

(k) Vide Albini Specimen hiſtoriae Thuring. novae. p. 376.

adhuc modo, et praesertim ad Latinorum scribendi genium Hercampia exarata legitur: / insignitam volunt. Sed quis in tenebris illis plus quam Cimmerius certum quid nunc definire audeat, aut investigare rectum? dum praesertim in eadem incertitudine haereat, utrum Abbatia ab oppido, an oppidum ab Abbatia nomen sortita fuerint? Si quid tamen est asserendum, et ab Herolfo, viro forsan ex Cattis, postea Hassonibus dictis, ibidemque habitantibus, (l) opulentiore ac ejusdem κλυῆ; et Abbatiam ab adjacente tunc forte curte aut pago (m) Hersfelda, denominatam crediderim. Nam juxta illud pervulgatum et heic Moenia magna vides parvis ex cortibus orta.

§. 811.

(l) Vide W. Dilichii Chron. Hass. p. 30. Winckelmann. p. 15. b.

(m) Inde est, quod et nobiles de eo olim sine dubio, sicut de aliis pagis Thuringicis nomen gesserint. v. g. Anno 1292. Reinhardus de Hirsfeld, cui Fridericus, Misnensis Marchio eodem anno telonium de cervisia in urbe Misnensi contulit, teste diplomate. Johannes et Bernhardus de Hirsfeld in aula Friderici, Elect. Saxoniae, sapientis cognomine, quorum ille ipsi a Camera fuit, hic postea etiam apud Johannem Electorem circuli Electoralis Saxonici visitator et judicii provincialis Assessor, exstitit, de quo legas, si cupis, Lutheri Epistol. T. 1. p. 30. b. 59. b. 91. b. T. II. p. 63. a. Seckendorffii Historiam Lutheranam p. 152. 315. a. Lib. II. p. 101. b. Adami Vitas ICtorum p. 87. Sic Elisabetha ab Hirsfeld, in Otterwisch, nupserat Johanni Abrahamo a Bernstein, de quo consulas Mencii Epitaph. Witteberg. L. II. p. 91. ortus de Davide de Hirsfeld, evolvas, quae habet Müllerus in Annal: Sax: p. 168. 14. occidit, quod desint prorsus diplomata Hersfeldiam seculo octavo et nono oppidum aut urbem indicantia, quod pariter de Fulda novimus, quando interim I. G. Lairitzius in Hist. et Gen. Palmeto simpliciter asserit, Abbatiam Hirsfeldensem nomen gerere ab urbe. Vellem indicasset, unde id haberet. Nam tempore fundationis Abbatiae 736. Hersfeldam urbem asserere, est rerum Germanicarum insciam prodere. Sic enim forsan Lehrling Hirschfeld, so von der Stadt Hirschfeld den Namen hat.

§. VII. Sita est haec illustrissimi nominis et principatus dignitate (n) olim fulgentissima, ac sub solius Pontificis Romani jurisdictione (o) imperialis itidem regalis et exempta (p) divi alias benedicti instituta Abbatia (q) pacis Westphalicae beneficio, principatus titulo adhuc gaudens et seculo et Landgraviatui Hassо Cassellano

---

(n) Hinc talis ab ipso Maximiliano II. Imperatore Anno 1570. Michaëli, Abbati Hersfeldensi, datus titulus: Venerabilis nostri ac Sacri Imperii Principis. Winckelm: Chron. Hass. p. 468. J. G. Lairitzius in H. G. Talmeto. p. 520. Das Fürstl. Stift Hirschfeld hat normalis seine Obrigkeit Lehn gehabt.

(o) Sic enim Nicolaus, Pontifex ad Burckardum, Halberstadensem Episcopum, anno 1059. rescribit: Praesertim cum monasterium [: Hersfeldense :] sub jurisdictione esse Romani Pontificis, tot praedecessorum ejus privilegia testarentur. Quod ex Lamberto p. 164. repetit Mabillon T. IV. Ann: Bened: p. 597. Hinc regalis etiam atque exempta Ecclesia audiebat. Vide infra observationem.

(p) Et Abbatem ultimum Joachimum Rollium denuo et Winckelmannus in Chron. Hass. p. 468. evolvendus. Unde et TRITHEMIUS monasterium Hersfeldense ab ordinario [: Archiepiscopo Moguntino, sub cujus dioecesi alias est :] exemptum ac imperiale vocat. Talisque Lorscaensis erat, quae in S. Eminoldi vita pariter regalis Abbatia vocatur, quae in copia rerum temporalium abundabat, et in praerogativis plurimis dignitatum. Et Pius V. Papa infra ad annum 1571. vocat monasterium Romanae Ecclesiae immediate subjectum.

(p) Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 358. Secundum imperiale monasterium [: sunt autem quatuor, Fulda, Hirsfelda, Wissenburgum, Laurissense :] est Hirschfeldia, in finibus Hassiae dioecesis Moguntinae, sed exemptum; et distat a praefato coenobio Fuldensi ferme sex milliaribus. Et anno 1513. Volpertus, Abbas regalis monasterii Hersfeldensis exempti. Atque mox rursus: quod nobilis illa regalis Abbatia, quae tot annis cum principatu floruit in gloria &c.

(q) J. Winckelman. Chron. Hass. p. 259. 438. Gabr. Bucelini Germania sacra. p. 44. Trithemii Chron. Hirsaug. p. 202. Gavisa vero haec Abbatia semper fuit Abbate, nonnunquam ex se, quandoque aliunde vel ordinarie post mortem Abbatem novum elegerunt, electum crearunt, creatum Pontifici confirmandum transmiserunt, a Caesare vero probatum et feudi et imperii regalibus donatum susceperunt.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

adscripta (r) in olim sic dicto pago Salagewi (Salgau) (s) hodienum Buchonia (t) in dioecesi Moguntina (tt) juxta et inferiori Hassia (u) tribus a Berga, quinque a Fuldensi septentrionem versus totidemque a Zigenhainensi oppidis, septem fere Casellis, austrum versus, lapidibus distans, confinem habens Thuringiam et Saxoniam, Fuldensem vero cumprimis Abbatiam, Buchoniam deinde hodie dictam et comitatum Zigenhainensem (x) ita ut in Soesbergi montis cacumine tres principatus veluti a natura dividantur, Hassiae, nempe Hersfeldiae, atque Fuldae (y) et Fulda fluvius, quem Mauritius, Landgravius, et Abbas Hersfeldensis a Casellis Hersfeldiam usque anno 1601. navigabilem reddiderant (Z) urbem alluat, Geysa vero fluvius, qua-

(r) Winckelmann. Chron. Hass. p. 21. et confer. Pistorii Annales Fuldenses passim, ubi p. inter alia: ad monasterium Bonifacii in pago Grabfelde, hoc est in locis nuncupantibus Hiruzfeld seu Beogo est.

(s) (t) Sine dubio a fagis nomen sortita, quae Teutonibus sunt Büchen, secundum versus candidi D. Rhabani discipuli, in vita Egidii, Abbatis Fuldensis, Patriis avectus ab oris, ducitur in silvam, fagi de nomine dictam. Buchoniam, Zacharias Papa Buchone vastam solitudinem. Brower: pt F. p. 12.

(tt) Trithemius P. II. Chron: Hirsaugien: ad annum 1417. in dioecesi moguntina illo tempore ista fuerunt coenobia: Hirsfeldia, Selgenstadt etc. vide praeced. observ: (p) et infra observ: (α) et tot infra addenda diplomata, ac inprimis Archiepiscopi Johannis II. anno 1414. datum, in quo inter alia: in unseren Büchonen gelegen.

(u) W. Dilichius Chron: Hass: p. 85. 102. M. Zeilerus in Topographia Hassiae. p. 51. Winckelm: in Chron: Hass: p. 23. 258. Gab. Bucelinus in Topograph. Germ. notitia p. 8. Nescio proinde, quid causae habuerit Vir clarissimus Johannes Hubnerus, ut eandem superiori adscripserit Hassiae in Geographia sua p. 491. editionis 1703.

(x) J. Winckelm. Chron. Hass. p. 23. 58. W. Dilichii Chron. Hass. p. 85.

(y) Winckelm. l. c. p. 40.

(Z) J. Winckelm. l. c. p. 58. produntque hoc sequentes de Fulda tunc a Poëta fusi versus:
Hactenus Hassiacos fluxisti Fulda per agros, Auricolis solitus prata rigere tuis,
Squamigerosque greges ex te piscator habebat, Et pecudes potum, praetereaque nihil.
Nunc tulisse rates poteris, nunc pondere vela, et peregrinorum nunc bona ferre virum.
Sic te, Fulda, pareas parat et Hirsfeldius Abbas. Primus et e Cattis navita Mauritius.
Catti et Buchonii vobis per flumina Fuldae colligite, Oceanus quos habet altus, opes.

quatuor agens molendina, eandem transeat, Hauna praeterea in Fuldensi ditione oriens fluvius, ante S. Petri portam in Fuldam se quoque insinuet (α) ponte lapideo super quoquo horum trium fluminum ibidem strato. Caeterum, locus uti olim ille erat incultus, agrestis, dumos, vepres, arbores exigui usus producens, ita hodie regionis amoenitate coeli temperie et clementia salubritate fundi et aëris (β) agri fertilitate, et solo, tum silvis arboribusque consito, tum fontibus piscinisque irriguo, et rerum omnium, quae ad victum et amictum facilem conferre vulgo creduntur, affluentia, civium et incolarum moribus humanitatisque etiam et benevolentiae studio, ita commendabilis, ut quid ibi desiderari queat, vix reperiatur, vel ipso hoc certificante Jacobo Micullo, Poëta sui temporis Summo (γ) hoc tamen nomine simul mirabilis, quod contra priscum illum condendorum monasteriorum a divi

(α) M. Zeileri Topograph. Germ. p. 51. Heinrici Leizeri Status Historico topographico Genealog: p. 1139.

(β) Fonte medicato dicto ad Elm etiam anno 1629. et 1630. huic ante Johannis portam ad Fuldam singulariter salubri, itemque acidulis alibi observatis, in multorum incolarum usum singularem tradit J. Winckelmannus in Chronico Hassiae, saepius a nobis in posterum citando. p. 82. a. 264. perinde ac ille etiam refert in Eisenbergo ad hunc principatum spectante reperiri terram aluminosam. p. 39. Et loci amoenitatis et aëris salubritatis singularem quoque credimus indicem, quod Imperatores et Imperatrices ibidemque saepius diverterint.

(γ) Dum ita de ea canit: Plana jacet vallis, campo spectanda virenti. Quam gelido mediam flumine Fulde secat. Hujus ab ingressu non longe moenia jactat, Viribus urbs quondam divitiisque potens. Hirsfeldum prisci nomen posuere coloni, Terra potens gleba et religione patrum. Hic noctem, veteres producimus inter amicos, Quos tibi tum patrii fructus alebat agri. Confer. J. Winckelm. l. c. p. 257. 264. W. Dilichii Chronic. Hassiae p. 86. M. Zeileri Itinerar. Germ. p. 483. ejusdemque Topographiam Hass. p. 51.

Benedicti praeſertim ordinis aſcetis ſolenniorem alias morem in planitie (δ) conſpiciatur, quod ab antiquiſſimo jam tempore ſanctae obſervantiae inſtitutum ex Caſparis Bruſchii nunc audiemus crena, venaque ſemper enim valles, ſilveſtribus undique cinctas arboribus Divus Bernhardus amabat et urbes, Et fluvios; juga ſed Benedictus amabat et arces coelo ſurgentes, e quorum vertice late proſpectus petitur.

§. VIII. Oppidum uti antiquiſſimum (ε) et ſpatioſum ſatis, ita et olim divitiis abundans (ζ) aedificiis nonnullis ſplendidioribus, moenibus, turribus, foſſisque aqua repletis, conſpicuum fuit. Ad illa jure referas templum parochiale eximium S. Martino, S. Vito et S. Antonio dicatum, turrique ſummo ex lapidibus quadratis ornatum (η) curiam praeter-

(δ) J. Winckelm. l. c. p. 264. W. Dilichius l. c. p. 87.
(ε) M. Abrah. Saurii parvum Theatrum urbium p. 141. W. Dilichii Chron. Haſs. p. 86. Zeileri Itinerar. Germ. p. 483. Ejusdem Topographiam Haſs. p. 51.
(ζ) Confer. J. Miculli verſus, ſed obſervationem jam praecedentem (γ)
(η) Winckelmann. l. c. p. 264. In quibus ſex campanas videas, primam, maximamque dictam paſchalem, de qua infra ad annum 1371. dicturi ſumus; dehinc alteram, quae impreſſionem, incurſus, impetus, oppugnationes denotat, et claſſicum vulgo canit, die Sturmglocke, de qua ad annum 1618. infra plura; tertiam vulgo dominicam appellatam, quam anno 1666. Ambroſius Ulrich fudit, de qua rurſus ad hunc annum. Huic Eccleſiae poſt reformata ſacra praefuerunt, ut ſequuntur: M. Georgius Vitus anno 1609. dimiſſus, quod in Mauritii Landgravii reformationem et panis fractionem conſentire nollet. Heinricus Glebe 1610. Petrus Zimmermannus 1611. Johannes Heim 1626. Conradus Liederhoſen 1640. Fridrich Mathaei 1646. Crollius Inſpector et metropolitanus 1652. Willius 1663. Conrad Fiſcher metropolitanus 1676. Chriſoph Reinhard ſeminarius 1683. Juſtus Winther 1690. Joh. Chriſt. Werner. 1713. Capellanos ſeu Diaconos egerunt Eucharius Arcularius, Conrad Lederhoſen, Johannes Limberger, Johannes Limberger Juſtus Nad 1702.

praeterea, forum quatuorque portas duplices, Nicolai puta, Mariae, Petri et Johannis nominibus, a tribus extra urbem in montibus sitis, itaque dictis monasteriis insignitas; cumprimis vero hodie Collegium ita vocatum anterius, lignea equidem constans structura, sed eleganti admodum, et unde in omnes urbis plateas perquam jucundus patet prospectus, Abbatum olim sedes, hortis insuper amoenioribus et piscina juxta adjacentibus, decorum (I) atque alterum quod posterius vulgo audit, moenibusque urbis est contiguum Administratorum olim domicilium, ex lapidibus quadratis, ad veteris licet architecturae regulas, exaedificatum. Medium interjacet aedes sacra egregia sumptuosoque opere exstructa arteque magna polita, et spectatu omnino dignissima, fenestris septuaginta tribus pellucida (1) in crucis formam (11) anno DCCXXXIVI. (K) in honorem SS.

(I) Referente id nobis Winckelmanno l. c. p. 264.

(1) Matth. Dresseri est encomium in de urbibus Germ: p. 330. Browero vero augusti cultus, structuraeque templum laudatur in annal. Fuldens. p. 153. M. Zeilero in Itinerar. Germ. mira arte construetum audit, Mattheoque Quado in Germaniae delicüs et M. Dresero l. c. p. 330. collegiatum. Conf. Winckelm. Chron. Hass. p. 258. b. longitudo ejus 31. virgis (Ruthen) et tribus pedibus, latitudo vero 14. virgis et tribus pedibus absolvitur, ut tamen virgam sex ulnis semper aestimes, infra vero arenatoresqs ad finem 7. virgis.

(11) Non alia forma et Fuldensis antiquior comparuit, teste Browero in A. F. p. 106. Caeterum quia ex operis orthographia, quam nobis Rhabani inscriptiones reliquerunt, satis constat, basilicam hanc, uti adhuc apparet, fuisse crucis in mortem fabricatam etc. Habuit et similem arcam, quando p. 107. pergit. Quorum sententiae vel eo non poeniteat, quod in Hersfeldensis basilicae jam profanatae monumentis, arcam consimilis formae spectare, contigit, quae ad amussim Templi veteris descriptionem Bonifacii monitis debuit, quando ille ad Willibaldum [vide S. Willebaldi vitam S. Bonifacii et Othlonis:] structuram Thuringia a me coeptam ecclesiarum ad perfectionis terminum deduc.

(K) Clare hoc tradentibus Lamberto Aschaffenburgensi chronographo diligente,

Apostolorum, Simonis et Judae (λ) excitata columnis rotundis in eo fede-
cim ingentis molis, ex septendecim scilicet et dimidii pedum longis octoque
latis

---

eximio, et supra seculi sui genium culto et exacto, domestico praeterea et gravi au-
tore, cuique chartae tabularii Hersfeldensis non poterant non esse perspectissi-
mae apud Pistorium T. 1. p. 141. 152. Autor compilationis chronologicae s. apud
Pistorium T. 1. R. G. p. 727. sub praefato Gregorio, s. Papa intellige III. s. anno Do-
mini 736. initium Hersfeldense monasterium habuit. Autor de Landgraviis
Thuringiae s. apud Pistorium T. 1. c. 6. p. 911. s. Iste Pipinus Rex Franciae
et Alemanniae fundavit monasterium in Hersveld et dedit ea multa bona
in Thuringia et Hassia, anno Domini 736. Consentit vetus scriptura ex
annalibus s. à J. Winckelm. in Chron. Hassiae p. 258. et b. adducta: Bell
man zolte nach Christus Geburt DCCXXXVI. Jar do ward zu Hers-
felde Geburdt von Konige Pipin, unde er gab vill guter in Duringe und
Hessen dorzu. Petri Albini Specimen Historicae Thuringicae novae p. 371.
Anno 736. Pipinus s. vivo adhuc patre, Carallo Martello s. fundavit mo-
nasterium Hersfeldense ex bonis Thuringiae et Hassiae, sicut idem unacum
Bonefacio conditor est monasterii fuldensis. Browerus in antiquit. Ful-
dens. p. 13. Initium Hersfeldensis monasterii bonae notae Scriptores, atque
ipse Lambertus ad annum revocant 836. referibe 736. quo tempore Stur-
mio, jam maturus virtute Eriveslariam egressus, quae in Septentrione Thu-
ringiam versus milliaribus triginta circiter abest Herolfesfeldia, vastam
hinc et paganorum deserta, pugil invictus lacessebat. Confer Zeileri
Topographiam Hass. p. 91. Winckelmannum et alios. In annum sequen-
tem 737. reponunt Annales Gregoriani in Alsatia monasterii. Abr. Sau-
rius in parvo Theatr. urbium p. 141. J. Binhardus in Chron. Thur. p.
39. in annum 738. hoc rejecerunt M. Droserus in de urbibus Germ:
p. 330. Templum scribens, collegiatum habet, anno Christi 738. funda-
tum a Lullo Archipraesule Moguntino, cui privilegia ampla tribuit
Carolus Magnus. In annum 742. collocat id Joh. Bangius in Chron.
Thur. p. 27. b. Alii ulterius abeunt et anno 750. id adscribunt, in qui-
bus Gabr. Bucelinus in Germania sacra p. 44. Cujus (Hirsfelden-
sis coenobii et templi) fundamenta ab ipsomet Bonifacio sub anno

Christi

latis lapidibus excisis conspicuis (n) quibus fornices admirabili prorsus structura et arcta compage innituntur hisque rursus turris plumbo

---

Christi 750. facta sunt. Anno denique 774. hoc addicit Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 13. Saxum (quod fundavit Bonifacius monasterium) fuit Hirsfeldia, quod S. Lullus, Moguntinensium Archiepiscopus, D. Martyris Bonifacii successor anno 774. in Buchonia sylva quatuor a Fulda milliaribus construxit. Nos antiquiores Scriptores, utpote tutiores in his secuti sumus. Praeterque hos sunt et alii, qui Lullo fundationem monasterii Hirsfeldensis adjudicant, in quibus est Aegilas in vita S. Sturmii, Mallerus in antiquitatibus Brunsuicensibus p. 149. Cum praecipue studiis D. Lulli Magonicacensis Archiepiscopi, qui ei aedificandae manum injecerat. Serarius in R. M. p. 605. Extruxit autem perinsignia duo coenobia. Unum ab eo doctor et in Christo parens S. Bonifacius erexerat Fuldae non procul Herolfelsfeldii in Hassia. Sed postea rem ita decidere videtur pro sequenti Bob. scribens: Monasterii hujus conditionem forbanimus (tribuunt alii quosdam S. Bonefacio, quidam Sturmio. Sed nimirum tres isti sancti de eo simul deliberarunt, id simul designarunt: sed inchoarunt priores, perfecit Lullus. Anonymi Chronica flavica apud Lindenbrog. p. 253. ad annum 1001. Fundata est Ecclesia Hersveldensis comite Henrico, crederem, hunc agere de Ecclesia Hersfeldensi prope Bremam.

(λ) Totidem verbis id docent Excerpta ex Aschaffnaburgensis libello de institutione Hersfeldensis Ecclesiae. p. 153. Ea enim causa, opes monasterii non minimum auxerat (Lullus) quod frequentes eo confluebant celebres in saeculo et famae et familia, qui, venditis rebus familiaribus pretia eorum afferebant, et secundum instituta primitivae ecclesiae ea subpernebant pedibus Apostolorum Simonis et Judae. His enim ecclesia loci attitulata erat. Conf. Broweri Annales Fuldenses p. 153. Item Pii V. Pontificis diploma 1571. exaratum, in quo audit monasterium Romanae Ecclesiae immediate subjectum Sanctorum Simonis et Judae.

(n) Vide Winckelm. Chr. Hass. p. 259. Zeileri itinerarium Germ: p. 483. Ejusdem Topographiam Hassiae p. 51. ubi tamen et sine dubio haud satis

tecta inhaeret, campanis, (nec) tamen ex eadem posterioribus temporibus in anteriorem ob gravitatem molis, translatis; Choro etiam altiori exornatum, sub quo Capella, columnis ex uno lapide singulis excisis, constans; privilegiis praeterea

---

recte refert ex lapidibus 30. pedes longis columnas ipsas constare, quodque sine dubio hauserat ex Abr. Saurii parvo Theat. urbium. p. 141. Conf. W. Dilichii Chron. Hass. p. 86. desumpti lapides in hunc usum fuere ex praefectura Fridenvaldensi ad pagum Weissenborn, ejusdemq; loci lapidicina antiquissimis temporibus hodie tali columna rudi et nondum excisa ibidem adhuc conspicua, de qua consulas Winckelmannum in suo Chronico Hassiae p. 40. Histor: Genealog: Geogr: Statum Heinrici Leizeri p. 1139. Alii altitudinem columnarum 11. ulnis aestimant, si demas quadrantem a fundamento ad summum parichibus ad utrumq; latus, picturis eximie intus exornatis. Sub organo musico sive pneumatico icon S. Bonefacii Hess. vulgo dicti Apostoli cum gladio et transfosso libro evangeliorum, martyrii sui instrumento conspicitur. Illam porro intras versus occasum ab una parte cultus Molochi, ubi infans igne crematur, ab altera vero parte duo gigantes pedibus victis insistentes et cordum consortii sunt, quae religionem veterem ejectam, nunc vero et emendatam significare creduntur. In crucis illa figura transversa et visitur adhuc Camera dicto , in qua olim documenta et Scripta ad monasterium spectantia fuere asservata, sed tempore tricennalis belli et jam ante ex eadem abducta et spoliata. Atq; haec cathedralis aedes conditorium quoq; olim fuit simul Abbatum. Pastor aedis cathedralis, Bischöffl. Hofprediger, in eadem post reformationem singulis diebus solis duodecima in eo concionari idem in Petersberg et Stram eodem die faciens, inspector vero singulis diebus dominicis Catechesin in eadem eam Gymnasiastis instituit. Frequentatur ab iis, qui ex templis in urbe sunt adscripti. Post reformata sacra pastoratui aedes cathedrales profuerunt. Joh. Barthol. Limbergerus 164. exinde ejus filius Johann Limberger 1696. hunc secutus est Johann Georg M. Gemmelingius 1714. Supremum vero in eadem pastoratum (Ober-Hofprediger Amt) gesserunt Inspectores Gymnasii, Daniel Crugius scilicet, et qui hunc sequutus est Christianus Met. Ex hujus Ecclesiae proventibus hebdomadatim 50. egenis ex urbe panis die Veneris

post

praeterea eximiis, Lulli cumprimis intercedentibus et precibus et opibus, tum a Pipino (Y) tum singulariter à Carolo Magno (ZZ) Regibus et Impe-

---

post preces et catechisationem distribuitur, pro imperialis, adeoq; per annum 53. imperialium impensa.

(XX) Tribus scilicet in formam semicirculorum fusis foraminibus supra gaudentibus, et eximiam, si pulsantur, harmoniam referentibus, quarum tamen hodie usus est in festis S. Lulli et Galli, itemq; in sepulturis solennioribus, et diebus dominicis.

(Y) Hic postquam Carlmannus, frater suus anno 741. a morte Caroli Martelli, patris, Francia orientali cum Thuringia Suevia S. Alemannia potitus anno 747. monasticam amplexus esset vitam, Childerico Merovingorum postremo, in monasterium detruso, auctoritate Zachariae Pontificis, Rex Francorum constitutus est anno 752. Autor Historiae de Landgraviis Thuringiae p. 911. Iste Pipinus, Rex Franciae et Alemanniae fundavit monasterium in Hersfeld, et dedit ei multa bona in Thuringia et Hassia anno Domini 736. Annal: Vet: Ysenacenses Germ: belß man̄ ezalt nach Cristus Gebort DCCXXXVI. Jar, do wart der Stifft zu Hirßfelde gebauwet von Konig Pipin und her gab viel gutis in Doryn, Yon und in Hessen darzu. Chron: Hersfeldense Germanicum: Pipinus Carolomanni Bruder regiert 29. Jahr, er hat viel gutis gethan den Gotzhusern und sonderlich dem Stifft Mentz, dem Stifft zu Fulde und dem Stifft zu Hersfeld. Heinr. Meibomius in Chron: Bergense p. 298. Hirsfeldense coenobium fundavit Pipinus, Rex Franciae, Caroli Magni parens, anno 738. (reperibe 736.) attributis ei plurimis in Hassia et Thuringia praediis ac censibus. Perinde ac de Fuldensi anno 747. scriptum reperimus: Qualiter Carolomannus Vir illustris, qui in regno Francorum simul cum Germano suo Pipino dominatur, locum in Buchonia silva, aptum ad monasterium construendum nobis concessit, et in Bonifacii literis ad Zachariam Papam. Hunc locum per principes et viros religiosos ditavi praediis et honoribus, et per Pipinum et Carolomannum auctoritate firmissima confirmavi. apud Browerum p. 202.

(ZZ) Excerpta Monachi Hamerslebiensis ex Lamberti Aschaffnaburgensis libello de institutione Hersveldensis Ecclesiae p. 154. Igitur cum B. Lullus

ratore Germaniae munitum ac circumseptum. In cujus rei fidem in fastigio hujus basilicae supra chorum cuprea inauratagque hodie ostenditur manus, jurantis

---

monasterium illud opibus, aedificiis, familiis quoq; affatim exornasset, cunctumq; domui Domini decorem adjungere elaborasset, multitudinem quoque fratum, C. videlicet L. temperatissimis institutis instruxisset, Karolum Imperatorem, cui ex virtute nomen accessit, ut Carolus Magnus diceretur, eo vocavit, et cuncta in tutelam ejus, patrocinandi gratia, tradidit: hancq; traditionem et patrocinandi jus cunctis deinceps in solium regni succedentibus ratum manere statuit. Atq; ista haec C. Magni privilegia provocat ipse Heinricus Abbas Hersfeld. anno 1266. in diplomate, quo civitati Arnstadiensi singularia concedit jura, scribendo: Urbis congruentius providere non possemus, quam in eo jure, et libertatis honore, quod Karolus imperator principatui ecclesiae nostrae in prima fundatione contulit et firmavit. Chronicon Hersfeldense German: Carolus Magnus hat gebawet bey Hoxpffeld begraben und seinen Zelten gegraben. Confer sequentem observationem (C) infra, ac praeterea hoc asserentes Zeilerum in itinerar. Germaniae p. 483. et in Topographia Hassiae p. 81. Abrah. Saurii in parvo Theatro urbium p. 141. Winckelmannum in Chronico Hassiae p. 258. et 259. W. Dilichii Chron. Hass. P. I. p. 86. P. II. p. 96. Ob hanc et causam praemittuntur Abbatibus Hersfeldensibus in arce Eichensi inferiori in conclavi hi ipsi fundatores Pipinus, qui anno 768. obiit, et Carolus Magnus anno 814. decedens, subscriptis iisdem his versibus:

Munere Pipini, cui Francia paruit ora,
Quique tibi genitor, Carole Magne, fuit,
Imperii decorata notis felicibus urbs est,
Cui nomen campus fecit, Herolfe, tuus.
Carolus, illustris patre, major fortibus ausis,
Major avo, Magni nomen et omen habet.
Qui quod dona sui genitoris honoribus auxit,
Hac oris forma conspiciendus adest.

rantis in modum, exerto scilicet cum indice medio digito (o) quam licet alûs aliud visum (ττ) juratae suae et successorum suorum huic templo ac monasterio defensionis, ac dati ejusdem privilegii signum certissimum interpretantur. (e)

§. IX. Singularem autem ista huic Abbatiae dare prae ceteris possunt venerationem, quod non solum, uti audivimus, duat una ex Germaniae Abbatiis fere antiquissima, et prae Fuldensi, Hyffetensi et alûs, imo Wirtzburgensi et Freisingensi Episcopatibus perhibeatur fundata (s) quod

(o) Quales quatuor quoqs ex aere fusae et in quatuor mundi plagas porrectae manus in Fuldensi coenobio infra in pavimento comparent. De quibus legendus Browerus in Antiquitate Fuld: p. 173. 174.

(ττ) Browero puta, in antiquitate Fuldens. L. II. p. 174. cui Ludovici et Lotharii, Imperatoris, Symbolum est, qui monasterio ecclesiae tutelam promisissent. Quem sequuntur M. Zeilerus in Topographia Hassiae p. 51. et Winckelmann. in C. H. l. c.

(e) Et forte non vane, si fides schedulae habenda, quae reperta fuit in uno digitorum hujus manus, anno 1594. dum tectum fuit reparatum, quae exinde reparata hanc exhibuit scripturam: Anno Christi 1594. vz. die mense Sept: sedente Romae Clemente VIII. R. M. Rudolpho autem II. Caesare imperante, Reverendissimus in Christo pater ac princeps, Joachimus, confirmatus Abbas Regalis et exemptae hujus ecclesiae Hersfeldensis, ex pio Zelo et simplici devotione, in honorem omnipotentis Dei corruptum vetustate templi hujus tectum undiquaqs reficì ac renovari, Manuque propria, a Carolo Magno, Rege fundatore aedis, in signum juratae suae et successorum suorum defensionis, ac dati privilegii erecta, sed collapsa, hanc de novo fabricari ac imponi curavit.

(s) Hersfeldensem enim anno 736. vidimus supra inchoatam; Fuldensem vero Lambertus anno 744. coeptam affirmat, perinde ac autor compilationis chronologicae p. 782. Anno 745. Chronographus Saxo p. 114. Autor Chronici Wirzburgensis in Baluzii Miscellaneis T. I. p. 501. Anno 745. initium Fuldensis Monasterii; Anno 746. Hermannus Con-

immediate summi Pontificis fuerit sub potestate (ss) quod ob ingentes divitias (T) eo a devotis et pro suarum animarum salute pro temporis genio, tunc maxime sollicitis hominibus collatas, et hinc impetratum splendorem magnae olim fuerit Authoritatis; quod alia monasteria, verbi causa Mimileben (v) Breitungen (§) Gellingens (§§) sub se continuerit;

quod

---

tractus p. 519. T. 1. editionis Canisii. Ceteri Episcopatus anno 745. 746. fundati a Bonifacio perhibentur a Gasp. Bruschio in de Episcopatibus. p. 5.

(ss) Vid. Observat: supra observat: (o)

(T) Praedia agrosque enim possedit in Ludesborch, Naxxenwerfen, Kirchberg, Martenefeld, Breitingen, Creuzberg, Frilingen, superiori et inferiori Geisa, Ulersdorff, Zeppershausen, Mengshausen, inferiori Sula, Wegfort, inferiori fosse. Sic etiam arx Horneburg feudum fuit Abbatis Hersfeldensis, teste Joh. Rhodii Chronico Bremensi Tom: II. Script: Brunsw. Leibn: p. 257. Sic castrum Franckenberg, castrum Waldenfels, castrum Hattenbach, arx Eichensis feuda hujus Abbatiae exstitere. Hodiegs illa consistit ex diversis ita dictis praefecturis, nempe praefectura inferiori Salensi, Hersfeldensi, Landeccensi, Geisensi, Creuzbergensi, judiciis decanatus, una Tannensi, altera Lorbachensi, Praepositura montis S. Johannis ad Haeunam, Praepositura montis Petri, et Praepositura Blanckenheimensi inter Hersfeldam et Rotenbergam sita; praepositura Gellingensi in Thuringia, coenobio Frauensteensi, judicio Buchenauiensi, Schildschlag, Breitenbach et Berckner, quae duae tamen posteriores domus communem cum Saxonicis exercent jurisdictionem.

(v) Situm erat monasterium Mymeleibrog / Memileben / illustre olim hospitium monachorum ord: S. Benedicti in Thuringia ad fluvium Unstrut ab Ottone I. conditum et egregie dotatum, in quo et ipse Otto I. Imperator obdormivit, ab Ottone vero II. in Abbatiam liberam anno 973. erectum, et tandem ab Henrico II. vero sive Claudo Imperatore anno 1016. monasterio Hersfeldensi hujusqs Abbati Arnoldo subjectum fuit atqs subditum, magno hujus ecclesiae emolumento et splendore. V. Buccelini Germaniam sacram P. II. p. 60. Hinc Egbertus in vita Heinradi p. 567. Arnoldus, Abbas Herveldensis, in uno coenobiorum suorum Mimilebo nomine etc.

(§) Id colligo ex Browero p. 144. Breitingense in Thuringia, Hassiave,

juxta

quod ante Ottonem III. cum Abbate Fuldensi jus eligendi Imperatorem, vel Regem Germanorum habuerit; (X) quod confraternitatem cum Episcopis Hildesheimensibus (Ψ) instituerit; vi cujus posterioris et dicati Capitulo Moguntino ab Henrico Abbate Hersfeldensi, Juris patronatus in parochiam pagi inferioris Ingelnheim tenebatur Capitulum Moguntinum singulis annis non solum commemorationem omnium et singulorum Abbatum Hersfeldensium,

---

juata Visurgim, ex Bredinga, nobili et regiis expeditionibus clara possessione, nisi fallor, Hersfeldensis ecclesiae. Atq; confirmatur per Trithemium in prooemio Chronici Hirsaugiensis scribentem: Monasterium in Breitungen subest Hirsfeldensi. Immo ex diplomate Henrici, Abbatis Hersfeld. infra anno 1173. exarato, apparet, ipsum parochum Breitingensem vocare dilectum ecclesiae nostrae filium, et parochum nostrum, ac parochiam ipsam suam.

(ΩΩ) Id colligas ex diplomatibus infra ad annum 1260. et 1261. producendis, in quibus inter alia Gellingen claustrum nobis [Abbati et conventui] attinens vocatur, et ex eo colligitur, quod nihil sine consensu Abbatis Hersfeldensis agere potuerit conventus in Gellingen. Confer annos infra 1268. Et anno jam 1032. Arnoldus, Abbas Hersfeldensis, heic fuit emortuus ac sepultus, sed effossus etiam a successore et Hersfeldiae conditus.

(X) Huldr. Mutius de Orig: Germ: L. XIV. Hermannus Kirchnerus de republ: Disp. IV. Coroll. 2. p. 79. 80. Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae. p. 44.

(Ψ) Vide indiculum Confraternitatum Hildesheimensis ecclesiae. T. 1. Script: Brunsuic: Leibnit: p. 764.

pro eo ut tunc cum monasterio Bronsfeldensi cum ecclesia Moguntina (ΨΨΨ) fieri consueverat modo, in ecclesia Moguntina ingituere, sed et dies emortualis patroni Hirsfeldensis monasterii praecipui, S. Wigberti solenniter peragi (ΨΨΨΨ) quod sanctorum reliquiis in tantum abundaverit, ut ob ipsorum copiam, etiam Henricus II. Imperator, duas scapulas S. Simonis et Judae, ac caput S. Servatii in Hartesburg exinde transtulerit (ω) quod Reges et Imperatores Germaniae, quin et Imperatrices, saepe ibidem, ob loci sine dubio amoenitatem velut princeps

---

(ΨΨΨ) Ita enim habent verba diplomatis Henrici, Abbatis infra ad annum 1296. adferendi: Intuitu sincerae confraternitatis, quae inter ecclesiam Moguntinam et nostram ecclesiam Hersfeldensem floruit et viguit ab antiquo, et ut Capitulum ipsius ecclesiae Moguntinensis, et singuli de Capitulo nos nostram ecclesiam libentius, propensius, ferventius, et fidelius promotionum suarum consiliis et auxiliis prosequantur etc.

(ΨΨΨΨ) Verba ipsa diplomatis adponemus: Ceterum ut in ecclesia moguntinensi, memoria nostra vigeat, in aeternum adjicimus hic praemissis, quod commemoratio nostri et omnium praedecessorum et successorum nostrorum, Abbatum ecclesiae nostrae Hersfeldensis, in ipsa ecclesia Moguntina annis singulis habeatur, secundum quod in ea commemorationes fieri consueverunt, et quod nihilominus dies B. Wigberti patroni nostri solenniter peragatur, certis diebus, quos ad hoc prout expedire videbitur, Capitulum deputabit, videlicet eo modo, quod in commemoratione una capata vini et in die, qua festum B. Wygberti nos agitur, una carrata vini distribuatur praesentibus, vini scilicet melioris, quod de proventibus parochiae poterit provenire.

(ω) Chronicon Goslariense p. 535. Idem Imperator [Henricus II.] in quodam scrinio, quod tulerat de Hersuelde, dedit ecclesiae [in Hartesbarch] duas scapulas pulverizatas Beatorum Apostolorum, Simonis et Judae, caput B. Servatii. Idemqs confirmat Chronicon dialecto Saxonica scriptum principum Romanorum, qui Goslariae aut in vicinia egerunt, apud

ceps ab antiquissimo tempore diverterint, (a) et quod caput est, nunquam fere monasterium indotatum discedentes reliquerint (aa) quod ministeriales olim suos habuerit et plures et eximios; (b) quod feuda multa ac praeclara olim hodieque possederit, (c) quod Beatorum Sanctorumque Episcoporum et martyrum aliorumque celeberrimorum virorum,

---

apud Leibnizium, in Script: Brunsuic: T. III. p. 427.

(a) Hoc colligas clare satis ex inferius dicendis. v. g. anno 840. Ludovicus pius, Ludovicus Germanicus 845. item 918. Conradus I. 936. Otto I. usque 937. heic commoratus anno 973. ab Ottone a. 1066. Henricus IV. 1071. itemq; a. 1072. item Henricus IV. 1071. 1075. Conjux Henrici. Conradus III. 1139. 1144. 1149. Rupertus. Hinc legas in praecepto Henrici, Imperatoris infra sub Abbate Arnoldo adducendo: de Camerariis vero et Pincernis, aliisq; honoratis utrorumq; abbatum hoc constituimus etc.

(aa) Hinc legas in Conradi III. Imperatoris diplomate a. 1144. dignum esse arbitramur, ut ecclesia de nostro adventu gaudeat, et de nostra liberalitate emolumentum capiat.

(b) Verbi gratia Nobiles de Grumbach in Kirchheim, loco Aulae Marschallorum et Directorum in jure dicundo; Nobiles de Lengisfeld, loco pincernarum, de quo videas Wineselm. in Chronico Hass. p. 285. Feuda praeterea sua ab Abbatibus Hirsfeldensibus acceperunt Nobiles de Handschuchsleben, de Grisheim, de Cella, de Dorendorff, de Lengensfeld, de Grumbach, imo et Comites de Gleichen, ratione pagorum suorum Wenningshausen, Pferdingsleben, Emmeleben, Gospiteroden, Eschenberg, Molschleben, et Hausen, ac oppidi denique Ordruff, porro advocati Engel, de Hattenbach, de Speden, de Meyseburg.

(c) Verbi gratia Jus patronatus in ecclesia S. Wigberti in oppidulo, testante hoc M. I. N. Oberlandero in memoria superiorum temporum anno 1717. Erfurti edita in 8vo: p. 9. Und dessen [scribente] ist so viel kommen, dass das Jus patronatus über vielfältige Closter und Kirchen S. Wiperti bey dem Amt in Hirschfeld allezeit bestanden, von welchem viel neue Stiftungen und Legata das Amt sind confirmiret worden, welches Jus patronatus aber über vielfältige Kirch und Schulen zu jetzo, auf das neue Amt zu Hirschfeld anno 1528. grosse, sonen Auflösung mit grossem Kosten besitzen unsere gnädigste Landesherrschaft Herrn, pfarren. Conf. praecedentem quoque observat:

Lulli puta, Saxoniae Apostoli, (d) Alcuini sive Albini Flacci Caroli Magni praeceptoris, ac Egberti quondam discipuli, Buriburgensis postea Praesulis et Thuringorum Evangelistae (e) Swigberti, per Bonifacium Anglia acciti, dein diu in Gallia morantis, ac tandem Fritslariensis Abbatis, huc anno 780. translati, monumentoque illius persona digno ibidem ex-

(d) Consule heic quaeso, quae ad (h) infra nos observabimus, et imprimis ad literam (f) et infra (g) reliquias ejusdem non solum miracula edidisse, sed et anno 1040. in cryptam Hersfeldensem fuisse reconditas, ad illum annum ex Lamberto audiemus. Qui et propterea Patronus Hirsfeldensis κατ' ἐξοχὴν reputatur cum Wigberto, teste Monacho Hamersleviensi in excerptis è Lamberti libello de institutione ecclesiae Hersfeldensis, ubi p. 157. legas: Deus miraculis consolatus Hirsfeldensem ecclesiam ostensis ibidem per merita SS. patronorum Wicperti et Lulli. Mabillonius in Annal: Benedict: T. II. p. 285. Obiit Lullus regiminis annos triginta duos in monasterio Hersfeldensi, a se condito, ubi etiam sepultus est. Confer. Zeileri Topographia Hass. p. 51. Winckelmann. C. H. p. 259. Gab. Bucelini Menologium Benedict. p. 715.

(e) Elucescit hoc singulariter ex Browveri verbis infra ad observationes (f) et (g) adducendis. Adde Winckelmanni Chron. Hass. p. 259. SS. Dilichii Chron. Hass. p. 80. ~~seq~~: Abr. Saurii parvum Theat. urb: p. 141. Zeileri Topograph. Hass. p. 51. et Itinerar. Germ. p. 483. Falsus ergo sit oportet Guilielmus Malmesbariensis, qui libro 1. Regum Angliae c. 3. hoc de sepultura ipsius reliquit: Jacet Albinus in Francia apud S. Paulum de Cormarico, quod coenobium Carolus Magnus, ejus consilio construxit; unde hodieq; quatuor Monachorum victus et potus pro ejusdem Alcuini anima quotidianae eleemosynae in eadem ecclesia.

(f)

excepti; (f) S. Iustini martyris; (g) martyris S. Constantii, S. Cyrilli Episcopi, S. Decentii, Episcopi, S. Laurentii Episcopi, S. Florentii Episcopi,

---

(f) Quod Angelica admonitione, per somnium Praesuli Lullo facta, ita evenit, docentibus hoc Excerptis Monachi Hamerslebiensis e Schaffnaburgensis libello de institutione Hersfeldensis ecclesiae. p. 154. Idem sanctus Pontifex /Lullus/ angelica insomnis voce tertio est admonitus, ut corpus B. Wigberti eo /Hervelden/ transferret. Is accitu B. Bonifacii de Britannia veniens, in Galliis vitam, morum gloria ornatissimam, exegerat, tandemq; felici in Christo dormitione sopitus in oppido Frideslar sepulturam acceperat. Albino hanc visionem factam, ipsumq; de eadem monuisse Lullum, ut Wigberti corpus Hersfeldiam transferret, refert Lupus Servatus, cujus verba infra ad observationem (x) adducturi sumus. Idem sed paulo fusius hoc adstruit Mabillonius in Annal. Benedict. T. II. p. 255. In Germania corpus S. Wigberti, Abbatis, sub idem tempus (780) monasterio Fritislariensi in Hersfeldense coelesti monitu, translatum est a Witta seu Albuino Buriburgensi Episcopo, cui Fritislaria subjecta erat, annuente Lullo metropolita, cui rei Caroli, regis, consensus accessit. Acciti ex Hersfeldio ad id operis tres Monachi, Ernustus, Baturicus et Wolfo, quibus Albuinus sacras reliquias in suum monasterium noctu perferendas consignavit, ne, si interdiu id tentatum, Fritislarienses prohiberent. Ergo praedicti fratres munus sibi ab Episcopo traditum celeres in suum coenobium deferunt, quod a monachis ejus loci reverenter exceptum, magnifice primo in ecclesia conditum est. Tum Lullus favente Carolo, monumentum, pro more Germaniae, et Galliarum, auro argentoque, atque congruentibus metallis exornandum curavit, /Fredam seu Ciborium vocabant veteres/ et hoc opus ad idus Augusti complevit. Miracula dein ibidem patrata loci famam ac religionem auxere. Atque idem p. 545. fere repetit, cujus verba vide infra (x) Huc referas et ipsius Rhabani verba de ecclesia S. Wigberti. Cujus corpus in obside orientali quiescere dicitur, certe infra ex Schaffnaburgensi audiemus,

S. Iouiani, et unius de S. Mauritii Legione martyris (h) corpora integra, nescio an visibilia, certo tamen praesentia, ac, post haec sacra capita, praeter

ca

ipsius reliquias anno 1040. in cryptam Hersfeldensem fuisse reconditas, et partim supra ad observat. (d) jam monuimus, et infra ad (t) nonnulla huc facientia adferemus. Miracula per Wicperti reliquias perpetratas leges infra Meginhero in observat: (y) Cryptam quoque pro Wiberti reliquiis et Lulli anno 1040. exaedificatam deprehendes infra ad hunc annum ~~infra~~. Unde videmus, quam absona sint, quae tradunt Annales Isenacenses de negotio, dorum so gemacht for Conrad Landgraff in Düringen, das Monster und Closter dozumd der Bisth. Confer. praeterea Broweri Ann: Fuld: p. 4: Winckelmann Chron. Hass. p. 259. Zeileri Topograph. Hass. p. 51: Sc ergo totus hic / Hersfelde / praesens est corpore, ligt / in Fritlar / das vor der Stadt lag, do liessen die von Hirsfelde grüben Steingraben da sanct Sacra der in der Kilchen do begraben lag, und bestatten den erbeinlichen zu Hirsfelde, diz noch in dem Hirsfelde nach das heiligen crüczgang lagen. Dies ante hoc factum quis non videt? uti asserunt, et nos edocent officia propria sanctorum ecclesiae ac dioeceseos Moguntinensis, et vetus index coenobii Hersfeldensis, cujus contenta infra ad (h) ex Browero dabimus, litem non faciam meam, quando ille et Fuldensi monasterio asseritur apud Browerum p. 140. Cum almo Wigberto hic ovat, et socio. Obiit autem Wigbertus juxta Aschaffnaburgensem p. 152. anno Christi 757.

(g) Zeileri Topographia Hass. p. 51. Winckelm. Chron. Hass. p. 259. Videant ergo sanctarum reliquiarum collectores, si juxta antiquum indicem supra memoratum, totus corporaliter heic / Hersfeldae / praesens, quomodo concilient ista, quae tradit Antonius Schaffenburgius in Annalibus Corbejensibus p. 378. Rui / Gertrus, Abbas Corbejensis / accedit ab Ottone, rege, caput S. Iustiniani, Martyris, et addidit corpori in monasterio nostro cubanti anno 949. Et 383. Henricus I. cum Kunegunde sua visitat monasterium nostrum / Corbejense / — — flexis genibus deosculante, reliquias nostras imprimis S. Stephani, S. Viti et S. Iustini usque benefa-

ci-

ea etiam Theoderici, doctissimi monachi, qui ingenii sui monumenta de S. Benedicti translatione Richardo, Abbati non Fuldensi, ut TRITHEMIVS vult, sed Amerbachensi, inscripta reliquit; (i) Lupaldi de Mersburg, Henrici IV. Imperatoris, Consiliarii intimi anno 1071. demortui (K) Johannis Weinheimii, sive ut alibi a patria forte audit de Lauterburii, Ruperti Romanorum Imperatoris Cancellarii anno 1412. heic defuncti (K K) ac sepulti Antonii Schnachenburgii magistri novitiorum Hersfeldensis et annalium Corbejensium Autoris doctissimi, (l) et sanctitate vitae ex parte et ingenii monumentis clarissimorum et praeter ipsorum Abbatum Hersfeldensium Friderici Risneri, Hersfeldensis, (ll) Petri Rami,

---

cientis, cum quo et convenit Autor translectionis Justini.

(h) Detexit haec cimelia nobis Browerus in antiquitatibus suis Fuldensibus. p. 133. referendo, multus in eo | Hersfeldensi coenobio | sanctorum honos extitit antiquitus, quorum etiam corpora suo gremio cohibuit. De ijs vetus index ita loquitur:

Sanctus iste N. de legione S. Mauritii.
Sanctus Constantius integro pausat hic corpore.
Sanctus Cyrillus, Episcopus et Martyr toto habetur hic corpore.
Sanctus Decentius, Episcop. et martyr toto manet hic corpore.
S. Lullus Episcopus requiescit hic corpore.
S. Wigbertus, Abbas, totus hic praesens est corpore.
S. Laurentius, Episcopus et martyr integro cubat hic corpore.
S. Florentius Episcopus et martyr toto adest corpore.
S. Justinus, Sacerdos et martyr totus corporaliter praesens.
S. Jovinianus confessor, totus corporaliter praesens.

(i) de quo vide infra.

(K) Qui in medio templi ecclesiae Hersfeldensis Imperatoris jussu sepultus jacet.

(K K) Vide infra Rudhartum Abbatem ad hunc annum, observat. (f)

(l) Hujus infra occurret quoque mentio.

(ll) In pariete versus occasum ejus icon hodie videnda atque epitaphium, quod ita habet:

coadjutoris et mathematum quondam professoris Parisiensis celeberrimi (m) et singularis praecipue in opticis rebus artificis defunctorum corpora in spem resurrectionis in gremio suo foverit continueritque; quod summos Praesides, Archiepiscopos, Episcopos, Abbatesque ex Abbatibus imo et ex monachis suis creatos promotosque viderit; (n) sed et quod veluti humanarum,

---

Monimentum hoc Rvēdiss. Princeps ac Dnus Ludovicus, confirmatus Abbas ecclesiae Hersfeldens. Insigni et praestantis. Mathematico, Friderico Risnero honoris ergo posuit Anno Domini 1581.

Qui sophiae studiis, et multo notior usu
Doctrinae, cunctas hauserat unus opes.
Regia Parrhisius ut laude cathedra docentem
Sida Syracusii ferret ad astra senis.
Hic post longa gravis Fridericus taedia morbi
Risnerus posuit corporis exta sui.
Quanta virum gravitas, quam prodens mentis acumen
Ornavit, nemo dixerit ore satis.
Unde velut campos germani lucida coeli
Fulsit ad Eoas, occiduasque domos.
Principibus qua cara diu non infima vixit,
Quorum judicio dignus honore fuit.
Sed quod ei tellus posset nihil addere laudis,
In supero voluit nomen habere choro.
Septembris ter quinta pium lux abstulit annum,
Si, lector, quaeris, linea prima dabit.

Lapidi vero in terra jacenti insculptum legitur: Anno 1580. 17. Kalend: Octob: Die in Christo obiit Clarissimus vir Fridericus Risner, Insignis Praestantiss. Mathematicus. In arca vero: Qui hic terrae mandatus sonitum tubae expectat. aetatis suae 47.

(m) Referentibus hoc Zeilero in itinerario Germ: p. 483. et Topographia Hass. p. 51. ubi notes, in itinerario male eum appellari Reusnerum.

Sau-

narum, divinarumque literarum nobilissimum emporium, praeter bibliothecam celeberrimam, et pro istius seculi genio libris optimis utilissimisque

---

Saurio in parvo Theat. urbium. p. 141. Winckelm: in Chron: Hass: p. 264. qui tamen Stiza oriundum eum prodit supra p. 206. W. Dilichio in Chron: Hass: p. 86.

(n) Verbi gratia ex Lullo Abbate Hersfeldensi archiepiscopum moguntinum, ex Luitberto, Abbate, itidem Archipraesulem ibidem, ex Dithardo, Abbate, Hildesheimensem Episcopum, ex Burchardo, Abbate, Wurtburgensem episcopum; ex Lubentio, monacho, Archiepiscopum Bremensem; ex Godehardo, Abbate, Hildesheimensem episcopum; ex Haumone, monacho, Halberstadensem; ex Waldrano, monacho, Numburgensem; ex Bordone, Abbate, Archiepiscopum moguntinum; ex Rudolpho, Abbate, Paderbornensem Episcopum; ex Henrico, Abbate, Fuldensem Abbatem; ex Hermano, Abbate, itidem Abbatem fuldensem; ex Burchardo Abbate, rursus fuldensem Abbatem; ex Ruthardo monacho, denuo Abbatem Fuldensem; ex Albuwino, praeposito Hersfeldensi, Abbatem Munchen-Numburgensem. S. Michaëlis monasterii Hildesnensem, ante Magdeburg; ex Adelberto Hersfeldensi, S. Johannis praeposito Abbatem; ex Albino monacho, Abbatem Tegernsensem; ex Seifrito, monacho, itidem Abbatem Tegernsensem; ex Guntranno, monacho et camerario Abbatis, Abbatem S. Trodonis; ex Eberhardo, Decano, Abbatem vallis S. Georgii; ex Kiliano monacho Hersfeldensi Abbatem Heyrenbreitungensem, et postea Petrinum Erfortensem; ex Sidago, monacho, Abbatem Bergensem. De quibus omnibus inferius plura agendi uberior erit occasio.

refertiſsimam (nn) olim etiam cum toto terrarum orbe celebratiſsi-
mos Doctores et praeceptores dexterrimos, tum inſignem et vix credibi-
lem literis ibidem operantium et nobilium et juvenum monachorum alue-
rit numerum (o) qui non ſolum ad centum et quinquaginta (p)
ſed

(nn) In eo olim delituit liber miſſalis, ipſius Ottholonis, vitae Bonifacii conditoris, manibus deſcriptus, referente Mabillonio T. IV. Ann: Bened: p. 621. Librum veterem Hiſtoricum de S. Eliſabethae vita agentem e bibli-
otheca Hersfeldenſi citat J. F. Winckelmannus in Chron. Haſſ. L. IV. p. 421. Trithemius in Chronico Hirſaug. p. 639. T. II. Triginta ſunt transacti temporis anni, quando Hirsfeldenſis monaſterii bibliotheca et multis et pretioſis adhuc erat voluminibus decorata, ſicuti ex mihi tunc exhibito indice cognovi, quorum hodie pauciſsima dicuntur inveniri.

(o) Cauſam pro me perorabit Hermannus Richnerus, Profeſsor olim Mar-
burgenſis celeberrimus, cujus verba Vol. II. Oration: p. 62. huc trans-
ſcribam. Ac ut aliarum monaſticarum ſcholarum florentiſsimos coe-
tus praeteream, non omittere poſsum cariſsimae patriae meae Hersfel-
diae tum antiquiſsimam tum nobiliſsimam a nobiliſsimis hominibus literarum et diſciplinae gratia frequentatam eadem aetate eccleſi-
am, cum Rhabanus et Alcuinus uberrimos Muſarum fontes per la-
tiſsimas Haſsiae ac Thuringiae oras pleniſsimis rivis effunderent, tum, Trecentorum nobiliſsimorum juvenum ſcholam ibidem modera-
rentur, ex quorum numero antiquiſsimae et nobiliſsimae ſtirpis Hau-
mo, cujus familia ad hunc uſque diem ad Meniſcorum ſaltus et no-
men et ſedem ac domicilium vetuſtiſsimum retinet, perillustri eru-
ditionis fama, ſcriptorumque, quae ad haec tempora reſervata ſunt, claritudine emicuit. Teſtatur et id Trithemius in Chron. Hirſaug.

ad

sed et ad trecentos assurrexerit. Ad priorem classem scholastico-
rum puta ac praeceptorum jure meritoque suo revoco, si non S. Wig-

---

ad 81. Quoties idoneum ad hanc subeundam provinciam /regendi scholas/ in suo coenobio monachorum Abbas minime haberet, de alio monasterio petere aptum, non erat verecundum. Sic namque doctissimus ille monachus Gemblacensis Sigebertus multo tempore in coenobio Sancti Vincentii Metensi monachorum praeceptor, quanquam de alio monasterio fuit. Ita Strabus, monachus Fuldensis, in Hersfeldia, Notgerus S. Galli in Stabulensi. Unde et hoc postea Launoius in de celebrioribus a Carolo Magno scholis p. 116. 117. repetit, ac celebriorum antiquissimi temporis Scholarum daturus catalogum, ita ad annum 952. commentatur: Inter monasteria autem hunc morem studiorum habentia hoc tempore praecipua fuerunt: monasterium Fuldense, Sancti Galli, Augiense, Hirsfeldense, nostrum Hirsaugiense, Sancti Albani, Moguntinense, Corbejense, Prumiense, Mediolanense, Sancti Dionysii, Parisiense, Sancti Maximini Trevirense, Remense, Aulisiodorense, Turonense, Stabulense et Wisenburgense, in quibus omnibus erant monachi multi et valde studiosi, e quorum collegio in singulis coenobiis unus ceteris in scientia Scripturarum excellentior Scholasticus ponebatur. Abbates autem, qui monachos habere cupiebant, in omni scientia eruditos, ad diversa monasteria ex suis quosdam mittebant instituendos. Henricus Meibomius in Chronico Bergensi p. 296. Hirsfeldense coenobium ne hoc negligamus, olim illustri schola monastica celebre; et Grugius in oratione Michaëlis Abbatis parentali, ac in anniversario ejusdem habita;

bertum ex Anglia cum aliis suis socius evocatum,

Et certe singulari Dei beneficio huic urbi Hirsfeldiae hoc semper datum fuit, ut in ea bonarum artium studia perpetuo floruerint, adeo, at Caroli Magni Imperatoris laudatissimi temporibus sub Rabano Mauro Fuldae, et in hac urbe celeberrimas per totam fere Germaniam scholas extitisse Rodolphus Hospinianus memoriae prodiderit.

(p) Tot aluisse olim monachos novitios studiosos coenobium Hirsfeldense, tradit distincte Winckelmannus in Chron. Hass. p. 438. et qui imprimis hic attendendus, primoq; loco ponendus est Hamerslebiensis Monachus, in excerptis e Lamberti Aschaffnaburgensis libello de institutione Hersfeldensis Ecclesiae / quem in posterum sub nomine Aschaffnaburgensis de Hersfeldensi ecclesia brevitatis et compendii ergo citabimus / et quidem in prologo pag. 152. Tum frequentia monachorum, nobiliter ibidem capitis Domini militantium, quorum numerus jam tum excreverat usq; ad centum quinquaginta. etc in ipso libello p. 154. multitudinem quoque fratrum numerus centum videlicet temperatissimis institutis intrusisset. Et mox: aut qualiter supra dictus fratrum numerus videlicet ad quinquaginta integro adhuc rerum statu immìnutus sit. De trecentis vero loquitur / vellem addidisset autorem, unde illud hausérat /. Kirchnerus in observatione praecedente (o). Cogitet nunc L. B. quanta hujus coenobii fuerit claritas, quando Trithemius in Chronico Hirsaugiensi p. 5. Fuldense ex hoc capite in tantum extollit: Fuerunt illo tempore, ut Meginfridus testatur, in coenobio fuldensi sub directione Rhabani Mauri, sanctissimi Abbatis, plus quam ducenti et septuaginta mo-

tum (q) certo tamen B. Rhabanum Maurum (r) Archiepiscopum demum Moguntinum, in universam Scripturam interpretem doctissimum, (s) ac splendidissimum Theologorum sui temporis sidus, Alcuinum,

---

monachi. Hinc etiam novimus in Augiam non alios circa annum 724. fuisse receptos, nisi principes, Comites et Nobiles, ut ibi informaventur, et postea l. aulas Principum, l. militiam cum fructu sequi possent, referentibus hoc nobis Rud. Hospiniano de origine Scholarum p. 422. et Trithemio in Chron. Hirsaugiensi p. 11. Consuetudo fuit eo tempore in monasterio, ut monachis praeficerentur doctissimi praeceptores, qui eos non solum in Scripturis divinis, sed in omni quoque literatura saecularium studiorum instruerent, et qui post longum exercitium literarum evasissent doctiores, ceteris magistri praeponerentur, et ad similia duces p.

(q) In anonymo vitae Bonifacii Scriptore, Bonefacius dicitur Wigbertum quoque in monasterio, quod nuncupatur Hersfeldae, fratrum constituisse procuratorem, quod Mabillonius in Annal. Benedict. T. II. p. 93. interpretatur de Hersfeldensi monasterio. Confer. plura supra in observatione (d)

(r. s.) Natum et renatum Moguntiae Francum anno 785. monachum Fuldensem factum anno 810. anno 802. discipulum in monasterio Turonensi S. Martini, anno 810. praefectum Scholae Fuldensi, post 12. vero annos Abbatem fuldensem anno 822. abdicantem hoc munus anno 842. et anno 847. 6 Kal. Julii creatum in Archiepiscopum Moguntinum, et tandem 850. aetatis 1V. die Februarii in vico tribus a Moguntia milliaribus in descensu Rheni ad dextram sito Winend defunctum, et Moguntiae in templo S. Albani ante portam meridianam sepultum, quae vitae fama est, tum ex vita, quam conscripsit Rudolphus Presbiter, antea monachus Fuldensis, Ludovico Germaniae

sive ut alius et rectius nominatur, Albinum Flaccum (t) praesulem,
ut

regi à concionibus et confessionibus, Rhabani ipsius discipulus, anno 865. VIII. Idus Martii demortuus, et extat edita ex Msto codice ecclesiae fuldensis, a C. Browero in Antiquit: Fuld: L. III. itemque ante opera Rhabani Coloniae edita praefixa legitur, tum ex ea, quam tribus libris anno 1513. concinnavit, Alberti, Archiepiscopi Mog. et Magd. jussu Trithemius, Abbas primo Spanheimensis, postea Herbipolensis ad S. Jacobum, quam utramque scriptis in eas observationibus doctissimis exhibuit Joh. Bollandus, Godefred. Henschenius in Actis suis Sanctorum mense Februario T. 1. a pag. 500. usqs 538. et mense Martii T. 1. p. 424. Opera ejus, quotquot modo potuerunt reperiri, collecta olim fuere a Jacobo Pamelio, ac deinde opera ac studio Georgii Colvenerii foras atque in lucem typis colonienfibus data. Ac si haec eaidam desint, invicem et supplementum conferri possunt, quae de ipso consignarunt Nic. Serarius L. IV. rerum moguntiacarum in 25. quaestionibus, et Christoph. Browerus in Antiquitat. Fuldenfibus L. II. c. 13. L. III. c. 13. 14. et L. IV. in Abb. V. p. 249. 250. 276. atque de ipsius mortis anno alius Aschaffnaburgensis p. 154. Autor annal: Hildesheim: p. 116. aut. Necrologii Fuldensis p. 762. Aut. Chronici Wurzburg. Frisio adjecti p. 1005. Marianus Scotus p. 442. Sigeb. Gemblacensis in Chronographia p. 566. Autor compilationis Chronolog. p. 730. Herm. Contractus in Chron. p. 501. Autor Chronici S. Galli. Trithemii Chron. Hirsang. ad h. a. Casp. Bruschius de Episcopatibus German: p. 5. Eberh. Fabricii Gloria Fuldae p. 39. Docuisse eum Hersfeldiae, supra ex Kirchero audivimus.

ut supra audivimus, Frizlariensem, doctissimum et interpretem

(t) Testatur id C. Browerus l.c. p. 41. Alcuinum sive Albinum, qui Caroli Magni postea magisterio et nobili quoque auditorio apud Fuldenses relicto, clarus, sepulturam denique in vicina Hersfeldensi ecclesia accepit apud parietem, basilicae australem, hodieque videndam. Decessit, uti supra iam innuimus, juxta Baronium & a Decano hoc haurientem, Chronicon Floriacense et vetus Chronicon incerti Autoris, Annales Francorum p. 733. apud Phil. Labbeum T. II. bibliothecae novae MStor. et Chronicon Andegavense apud eundem Labbeum P. 1. p. 284. Duchesne T. III. Histor. Francicae p. 350. 14. Kal. Junias f. 19. Maji, feria Pentecostes anno 804. Epitaphium ejus, quod Browerus olim Hersfeldiae descripsit (vide Antiqu. Fuldenses p. 41. 53.) tale est:

Albinus ego sum, quem sacra tumba recondit,
Digne exaratus, tristia quaeque fero.
Quinquaginta minus, octingentosque per annos
Nunc jacui factum Caesare de Carolo.
Hicque manet celebris Vigbertus, quem quoque Lullus
Jusserat, huc traxi, subveniente Deo.
Quos qui meque simul precibus agitaverit ullis,
Illius erga Deum non sumus immemores.
Id liquido poterit signis monstrarier almis
- - - bea famulis anxietate meis.

Confer. Zeileri topograph. Hass. p. 51. Nos famus fide Chronici Hasliaci, Chronici Mendensis, et Groweri, Historici et prudentis et veracis, non ignorantes, quid in contrarium tradat vitae Alcuini Autor fere coaevus, qui eandem notis tempore Ludovici pii ante annum

Scripturae dexterrimum anno 804. d. 19. Maji huic demortuum; Wala-

---

804. exposuit, et non solum scriptis Alcuini ab Andrea du Chesne 1617. in Gallia editis praefixa est, sed et ab Acherio, Mabillonio et novissime a collectionibus Antverpiensibus Auctorum sanctorum, T. IV. Mens. Maji p. 334. inserta est, scilicet Alcuinum in monasterio S. Martini Turonensi fuisse sepultum, ubi et vixerit et mortuus sit; neque me fugit, quid Godofr. Henschenius, Franc. Bertius, et Corn. Jansingius, doctissimi modo collectores, asserant, scilicet non esse refutandum hanc Browëri errorem, ultro corruentem, affirmantis, in Monasterio Hersfeldensi jacere sepultum Albinum, ut tamen et mihi neutiquam satisfaciat responsio p. 344. l. c. ab ipsis prolata, nempe Epitaphium istud potius esse Albuini, Praepositi Hersfeldiae, in philosophica arte eruditissimi, et antea Scholae Magistri famosissimi. Sed infra sub Meginhero, Abbate, ad annum 1034. observat: (m) et (t) docebimus, hunc Albuinum S. Albinum non mansisse Hersfeldiae, sed Muncken-Naumburgum in Abbatem ejusdem loci fuisse translatum, qua ratione ergo Hersfeldiae epitaphium impetrasset, ut taceam tempus, quo vixit posterior, plane non convenire priori, duobus seculis illum praecedenti. Dehinc ex vitae Albini autore certum omnino est, ipsum Albinum seu Alcuinum anno 794. Concilio Francofurtensi et anno 799. Aquis Granensi interfuisse, ac petiisse a Carolo Magno, ut licentiam habeat, vitam secundum regulam Benedicti apud S. Bonifacium / hoc est in monasterio Fuldensi / ducere, monasteriaque sibi commissa suos inter discipulos dividere. Ergo egisse ipsum aliquando Fuldae, religionemque et amoenitatem loci ipsum eo traxisse videtur. Quid si hunc mortuus apud Wicpertum im-

pe-

Walafridum Strabum, Rhabani discipulum, Abbatem Augiensem (u) virum in omni Scripturarum genere doctissimum et Isonis (x) elogio, virum sapientem, qui in literarum sapientia apud suos ante alios illustrem, et Glossam in universa Biblia è Patrum veterum monu-

---

petrasset, quod vivus apud Bonifacium obtinere apud Carolum M. non potuerit? hoc volo, quid si clanculum a discipulis Turono translatus fuisset Hersfeldiam? ceu de Wiperto novimus Fridislariae sepulto, et Hersfeldiae quiescente. Sane furta haec sacra non erant tunc temporis in rebus raro contingentibus. Scripta ejus vulgata reperies apud Canisium in lect. antiquis. T. I. p. r. 361. 629. T. V. p. II. p. 323. 955. Tit. VI. p. 343. 379. Plura de eo suppeditabunt Mabillonius in Annal. Benedict. T. II. p. 186. 258. Surius in vitis Sanctorum T. VI. Trithemius de viris illust. ordin. Bened. L. IV. c. 190.
De nomine ejus saltem observamus, quod tradit Sirmondus ad Sidonium Apollinarem: Apud mediae aetatis homines morem obtinuisse, ut cum multis fere nominibus nobiliores illustrioresque viri uterentur, proprium tamen cuique nomen fuerit, quod postremum semper collocarent, contra veterem Romanorum usum, quibus proprium id nomen fuit, quod primum, id est, praenomen. Id observandum in Paschario = Radberto, Servato Lupo, uti et in Franco-Albino, quorum id proprium nomen, quod postremum est, adscititium, quod primum.

(u) Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum 890: Ita Strabus, monachus Fuldensis [domicilio] in Hersfeldia; Albinus, monachus Anglicus, in Fulda, aliique complures in aliis monasteriis docendi ad tempus tenuerunt officium, ubi conversionis primordia non sumserant. Obiit anno 849. in Augia, regiminis sui anno octavo, teste Hermanno Contracto p. 537. et 539. Confer. C. Broweri

mentis primum adornantem ordinariam, Haemonem (y) Antisti-
tem Halberstadensem non minus excellentis ingenii et virtutis, quam
pietatis gloria fulgentem, ac in omni Scripturarum ac Historiae Eccle-
siasticae scientia eruditissimum; B. Heimeradum, Presbyterum (z)
Lam-

Annal: Fuld: p. 52. Trithemium L. II. c. 35. de viris illustribus ordi-
nis S. Benedicti c. 35. 41. in Chron. Hirsaug. ad annum 847. Canisii
T. VI. Antiquit. Lect. Hepidannus in Chronico monasterii S. Galli.
T. III. Scriptorum Franciae.

Ceterum hic ipse Walafridus Strabo s. Strabus, quod idem est, circa
ann. 807. natus, puer in Augiae divitis monasterio sub disciplina Tatto-
nis degit, ubi jam magnae expectationis adolescens multa edidit car-
mina circa 824. Ablegatus hinc a suo praeceptore a. 829. vixit
~~vixit~~ in Palatio Aquisgranensi, Grimaldi, Capellani, usus amici-
tia; Exinde Rhabanum audivit Fuldae, atq; hic Annales Fran-
corum Fuldenses conscripsit, et glossam ordinariam confecit;
circa 842. Abbas Augiensis creatus. anno 849. demortuus est
15. Kal. Sept.

(x) Monachi Sangalensis L. II. de miraculis S. Othmari Abbatis.

(y) Trithemius in Chron. Hirsaugiensi, itemque libro de viris illustri-
bus ordinis S. Bened. L. II. p. 37. Bucelinus in Germania sacra
p. 21. at Kirchnerus, Pithoeus, Labbeus, Natalis Alexander,
itemque Frid. Ern. Ketnerus in Historia Quedlinburgensi p. 22.
et alii, illum equidem passim Hirsfeldensem Abbatem salutant,
sed rectius omnino de ipso Franco Saxonicus Mstus, Autor a-
pud Browerum p. 54. Anno Domini 840. Heimo Hersfeldensis
ecclesiae Monachus, tertius Episcopus Halberstadensis a Ludo-
vico filio pii Ludovici mittitur, et anno XIII. ordinationis suae
VI. Kal. Aprilis obiit, et Halberstadii sepelitur. Quem sequitur

G.

Lambertum Aschaffnaburgensem, (α) eximium prorsus et exactis-
simum Chronographum atque multi cōmatis exactique judicii, libertatis-
que Germaniae cumprimis studiosum, Historicum, qui vel solus huic mo-
nasterio satis lucis intulit; Theodericum doctissimum monachum,
qui libellum de illatione corporis S. Bened: (β) ad Richardum,
Amerbachensis coenobii Abbatem conscripsit; Albinum in Philoso-
phia eruditissimum, Scholae Hersfeldensis Magistrum famigeratis-
simum ac praepositum hujus loci celebertimum (ii) Bertrandum,
Monachum ibidem eruditissimum (γ) Egbertum, vitae Bb.

G. Bruschius de Episcop: Germ: p. 242. b. Haymo ex Monacho
Hersfeldensi tertius designatur Episcopus Halberstadensis anno 841.
itemque Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae p. 39. 40. Caeterum in Her-
feldia docuisse illum, et Lud. Hoffmannus testatur de origine Scho-
larum p. 423. Sane ibidem anno 840. jam vixisse et docuisse ipsum
Haymonem, argumento satis luculento est, quod anno 840. consensu
Ludovici et Lotharii, Quedlinburgi Monasterium S. Wiperti instituerit,
et monachos Hersfeldenses Bened. ordinis primum eo transtulerit,
referente hoc nobis Ketnero in Historia Quedlinburgensi. p. 22.

(β) De hoc infra pluribus actum fusius in vita Abbatis Arnoldi.

(α) De quo confer. C. Sagittarii Historiae ecclesiasticae Scriptores p. 52.
Monasterium Hersfeldense ingressus fuit a. 1058. eodemque anno,
Abbate suo inscio, iter susceperat Hierosolymitanum, unde sequenti ano
reversus est. Chronicon ejus a seculo VIII. incipit, et in a. 1177. desinit.
De quo varia judicia et eximia legas apud cit. Sagittarium.

(β) De quo infra in Abbate Arnoldo & nonnulla dicendi erit occasio.
Conf. Mabillon. T. IV. Ann: Bened: p. 357.

(ii) Annales Hildesheim: eum sic nominant. p. 727. vide infra ad ann. 1034.

(γ) Ex quo Hersfeldensis Monachi Chronico suum inter alios scriptores

Heimeradi autorem (δ) Wolfherrum vitae S. Godehardi, Episcopi Hildesheimensis, conditorem; (ε) Antonium Schnackenburgium, Annalium Corbejensium editorem (ζ) omnes denique lucidissima cum militantis, dum viverent, tum triumphantis nunc ecclesiae sidera. Plures praeterea Abbates a Summis Pontificibus ex universa credentium ecclesia ob integritatem vitae et morum sanctimoniam, Sanctorum jam in terris catalogo inscriptos. (ηt)

§. X.

---

compilavit Chronicon Hirsaugiense Joh. Trithemius, teste praefatione ipsius in illud.

(δ) Hoc clarissime colligas ex prologo Egberti, patre Harlwigo, sine dubio et Hersfeldensis congregationis praeposito, inscripto: Unde et satis credo, non sine divini Numinis instinctu tibi in mentem venisse, ut inter tot praeclara ingenia, inter tot filios matris Hersfeldiae, qui educati sunt in sanctis penetralibus Philosophiae, mihi, qui sum corpus sine pectore, id operis injungeres. Cognoscesque clarius ex eis, quae infra sub Hartwigo, Abbate Hirsfeldense, post annum 85. dicturi sumus.

(ε) Siquidem ipse Godeharti aequalis et discipulus in praefatione p. 482. ita: Ideoque et me, ut praedixi, imparem, minusque idoneum, ad idem opus praesertim impulit, quod per adolescentiae meae tempora inter Herveldense et Altahense / quibus Godehartus praefuerat / coenobium quasi Orosii more, discursitaverim, et primaeva ejus gesta à Christi fidelibus et frequenter audierim, maxime cum Altahae studii causa exsularet. Exinde etiam forte colligi potest, quod Athelbertum vocet Abbatem nostrum. Scripserat autem hanc vitam jussu maxime Athelberti, Abbatis Altahensis, eamque Albuino, praeceptori suo, forte monacho Altahensi dedicaverat. Confer. Mabillon. T. IV. Ann: Bened. p. 423.

(ζ) Vide ea, quae infra ad annum 1471. allaturi sumus.

(ηt) Huc jure referas S. Godehartum S. Bardonem.

§. X. Obsignabo antiquissimi Hersfeldensis coenobii Abbatum dignitatem ipsis Trithemii verbis, quae ex eo, quod eximia illa judicaverit, repetit Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 600. in Chronico Hirsaugiensi p. 358. Horum quatuor Monasteriorum Imperialium (in quibus secundum locum occupat Hirsfeldia) Abbates quondam principes regni Francorum, in magno apud Imperatores habebantur honore. Et quoties celebrabatur publicus principum imperii conventus; quoties Imperator processit ad bellum (ZZ) aut quoties Rex coronandus Romam pergebat (ZZZ) hi quatuor Abbates (Fuldensis, Hersfeldensis, Weissenburgensis et Lauresensis) in propria persona, sicut et alii principes et Episcopi adesse tenebantur, et sequi cum suis militibus (Heerschildt olim dictis) in conventibus publicis principum, Imperatore cum majestate in solio regni sedente, hi quatuor Abbates ad pedes illius proximi residebant, referendariorum (addo Consiliariorum) custodientes officium (ZZZ) Capellis quoque praerant Imperialibus, et Sacrorum principes dicebantur. Addo, diplomata maximi momenti subscripserunt. (X) Nescio sane; an magis quid evehendae ac tuendae dignitati Abbatum Hersfeldensium dici ac

(ZZ) Exemplum hujus habes infra in Hermanno Conradum III. anno 1165. in Italiam comitante.

(ZZZ) Hoc relucet satis ex Imperatoris Conradi II. infra in diplomate anni 1144. adferendo, ubi inter alia: eisque personis (loquitur de Abbatibus Hersfeldensibus) nostra dignatio in omni pietatis et aequitatis defensione propensiorem debet adhibere benevolentiam, que divinis fideliter sunt mancipate obsequiis, et nobis in administratione regni sollicite agentibus et orationis munde beneficio et veracis consilii subsidio et indefessi laboris studio assistunt.

(ZZZ) Sic Guntherus Abbas coronationi Ottonis I. Romae Anno 962. interfuit. Vide infra ad hunc annum. Hermannus 1165. Fridericum Barbarossam armatas in Italiam comitatus est.

(X) Ita Guntherus donationi Augustali Ottonis I. qua Johanni XII. vetus patrimonium adjudicavit, anno 962. subscripsit Romae.

profetri queat? Unde jure suo et de rei veritate convictus doctissimus Chr. Browerus praenobilem ecclesiam, Fuldensibus vicinam et plurimum disciplina sapigioque geminam Hersfeldiam nuncupat. (+)

§. XI. Ad Abbates progredior, quos ut strictim persequar, et ordo me nunc vocat, et institutum prorsus exigit. Id vero nunc cum majori sane certitudine facere omnino possem, si Libellus de institutione Hersfeldensis ecclesiae (Y) qui communiter, atque ut mihi videtur, non sine veri specie, imo

(+) In Ann: Fuldens: p. 277.

(Y) Excerpta ejusdem a Monacho Hamerslebiensi in diocesi Halberstadensi, cum prologo dedit equidem Joach. Joh. Maderus in suis Antiquitatibus Brunsuicensibus. p. 150. 158. Sed integer Libellus nunquam prodiit. Ut inde memoriae fit error D. D. Casp. Sagittarii, qui in sua Introductione in Hist: Ecclesiasticam p. 54. existimat, J. F. Maderum in his Antiquitatibus Brunsuic. Monachi Hamerslebiensis Excerpta quaedam Chronici Schafnaburgensis rerum Germanicarum dedisse, cum tamen, ut diximus, excerpta sint Libelli Schafnaburgensis de institutione ecclesiae Hersfeldensis, Mabillonii T. V. Annal: Bened: p. 113. hoc de eo est judicium: Maderus Lamberto tribuendum suspicatur Libellum de institutione Hersfeldensis monasterii ab se editum, et stilum Lamberti et ingenium non assequitur monachus ille Hersfeldensis, qui se novitium Scriptorem esse fatetur, et exercendi causa ingenii suscepisse hoc opus, in cujus prologo monasterii sui infelicem statum describit: Sic ergo sensus est hic, Lambertum hoc non scripsisse, quod non stylum Lamberti redoleat hic ipse liber, verum hoc est, quod pauca ex Lamberto retinuerit Monachus Hamerslebiensis, et excerpta saltem ex illo Libello Lamberti dederit: Si vero sic, alium monachum contexuisse hunc libellum primitus, et non Lambertum vereor. Ac vel propterea hujus Libelli interitum majori jure nunc omnino lugemus, quod ipse in prologo scribat: Se tantum ea scripsisse, quae olim ipsi contigerint super statu monasterii vel legisse, vel a probatis-

imo rectissime Lamberto Aschaffnaburgensi adscribi solet, integer ad nos pervenisset. Ac forte hodienum damnum illud in ipso perpessum ex ipso Archivo Hersfeldensi facilius posset resarciri repiturique, nisi id a monachis, post reformationem in S. Galli coenobium concedentibus, et illuc secum translatum vulgo diceretur (d) ac communiter credatur. Quamvis, si Trithemio assentiri velimus magis, magnam diplomatum Hirsfeldensium partem Fuldam transmigrasse etiam, vero videatur probabilius (l). Interim in ista

---

tissimis viris audivisse, quaeque ipsum fuisse expertum, statueritque in hoc genere stili manifesta transcurrere dubiave attingere, a Lamberto Aschaffnaburgensi ipso vero hunc libellum olim fuisse contextum, meo judicio ex eo liquet, quod stylus magna ex parte conveniat cum Lamberti Aschaffnaburgensis; quod Hersfeldia semper, uti apud Lambertum, in eo scribatur, quod Trithemius testetur, Lambertum non solum Historiam Rerum Germanicarum, sed etiam Chronicon coenobii Hirsfeldensis composuisse, scribendo: Scripsit Chronicon monasterii sui Hirsfeldensis, breve quidem, sed non inutile, quod ipsum utique fuisse oportet. Et quod indigitare omnino videtur / sententia priori mutata forte / Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 53. scribens: Harwicus ab eo successor designatus est, cujus nomen, prima duntaxat litera in Lamberti editis expressum Maderus ex alio ejusdem Autoris opusculo supplevit.

(d) Innotuisse hoc etiam Cl. Domino W. C. Tentzelio, patet ex ejus verbis Supplem. III. Historiae Gothanae, ubi p. 379. ita: Veram de his omnibus ex Hersfeldensi Archivo certiora peti forsan liceret, nisi id a monachis post reformationem in S. Galli coenobium emigrantibus eo translatum esse diceretur.

(l) In Chron. Hirsaug. T. II. p. 890. Quando Abbas Fuldensis Capellam Eich, ut diximus, in possessionem accepit, privilegiorum monasterii literas quam plures reperit, in straminibus ante canes projectas, quas partim integras, partim laceratas à canibus, jussit recolligi et cistam plenam deportari

penuria literaria consulentes porro illos, qui ex instituto alias et non sine fructu de monasteriis Germaniae egerunt, Gasparum, puta Brochium in monasteriologia sua ampla satis (K) Danielem Nesselium, consiliarium atque bibliothecarium Caesareum, in Centuria secunda monasteriorum et Episcopatuum Germaniae, quam ex Autoris G. Brauschii xylographo, Vindobonae in Bibliotheca Caesarea reperto, in lucem emisit publicam. (Λ) Gabrielem Bucelinum, Abbatem Weingartensem, in Germania sua sancta, summo cum labore confecta. (M) In uberiores Hersfeldensis coenobii et Abbatiae quondam celeberrimae descriptionis investigatione oleum sane operamque, ut est in communi proverbio, perdidimus. Optarunt quidem propterea etiam traditionum et Annalium Hirsfeldensium editionem, in quibus laudandum praecipue habeo W. E. Tentzelium (N), sed conatu, quod satis hactenus patuit, frustraneo, Danielem Grupium, Inspectorem Hersfeldensem Annales tum nobis Hersfeldensis concinnasse novi, illosque edere voluisse, sed hoc praeterea, vix praeter rectores et praeceptores Gymnasii itemque epitaphia aedis Cathedralis illic asservatos alim in bibliotheca Cancellarii dei, quidquam exhibere; itemq; D. Joh. Laurentium Crellium Theologiae tum in Heidelbergensi, tum in Marburgensi Academiis Professorem, idem

---

in Fuldam. De quo infra pluribus, ubi ad haec tempora pervenerimus, annum scilicet 1513.

(K) Anno 1550. Ingolstadii primum edita, deinde anno 1582. Sulzbachii in forma, ut vocant, quarta, recusa.

(Λ) Nempe Vindobonae 1692. in eadem forma.

(M) Anno in forma folii edita.

(N) In observationibus adversus Seckendorffianos, de monte Insulano p. 87. apud Dn. Olearium in Syntagmate Thuringico T. 1. p. 87. Und wenn wir nun die, gleichsam traditiones Hersfeldenses haben könnten, so sollte ich schuppen Hallen, den uralten Clamm des Fürstenbergs zu finden.

„ idem
„ Saxum ante me volvisse, et Historiam aeque ac Antiquitates Hersfeldenses fuisse sedulo meditatum, amicissimis suis me monuit Joh. Christophorus Salockhofius, Hasso-Rheinfelsensis, Cancellariae Consiliarius dexterrimus, Amicus malto opere colendus, cujus Collectanea ad hoc institutum pertinentia suis manibus non semel contrectasse idem mihi serio adfirmavit. Neqz dubito, quin N. Josephi Imhoffii Chronicon Hassiae unacum Spicilegio de originibus Landgraviorum Hassiae anno 1575. concinnatum, itemque Johannis Noeseni Hersfeldensi Chronicon Hassiae a Julio Caesare ad annum 1520. quae utraque in francofurtensi Nobilissimi senatus asservantur bibliotheca, multa bonae frugis contineant, sed quorum usum impetrare mihi haud licuit. Colligemus tamen, quantum in tanta rerum a nostris temporibus remotissimarum obscuritate licebit, eosdem, velut dispersa Sibyllina folia, aut naufragii veteris cujusdam tabulas, ordine neque illo, quo vixerunt, quoad Annales equidem nos non destituent, producemus, egregii conatus, si res ipsa ex voto non fluat, laudem, aut si aequiores, ut speramus, invenerimus, judices dati cujascunque supplementi Brauschiani in famigeratissimo quondam Benedictinae familiae in Hassia coenobio / quale quid ante annos quasi viginti quatuor in nobili quondam Salfeldensi Benedictini pariter ordinis Abbatiae in Thuringia, et ante decem ferme annos in non minus inclyta Benedicti itidem instituti, ad fratrum Cistercienssium tamen normam, veteris Cellae in Misnia monasterio, nos tentasse, meminimus / minimum reportaturi.

S. XII. Bonifacium, quem anno 755. nonis Junij / 5 Junij / in oppido Dockum decessisse e vita, Scriptores produnt (ξ) fundamen-

(ξ) Ita Lamb: Aschaff: Anno 755. S. Bonifacius martyrio coronatur. Serarius in R. M. L. III. c. 44. Baronius in Ann: Ecclesiae ad annum 755. Mutius in Chron. Germ. p. 51. Gab. Buccelinus in Menologio Bened. p. 43.

tum hujus Abbatiae, Pipini adjutum auxiliatricibus liberalibusque manibus fecisse, domesticis testimoniis probare haud erit difficile. (o)

§. XIII. Lullum / secundum alios Lullonem, et Lul / natione Anglo-Saxonem, sanguine uti junctum Bonifacio, ita Magistri hujus sui sectatorem strenuum, perfecisse animo conceptum inchoatumq; a Bonefacio, tum terram a nobilibus hujus regionis aere suo redimente, tum a Thuringis huic ecclesiae collatam pecuniam accipiente, monasterium Hersfeldense, ac

---

G. Bruschius de Episc: p. 5. 6. Trithemius de viris illustr: S. Bened. p. 35. Wincxelm: Chron. Hass. p. 407. a. Male ergo annum 752. reponunt Regino p. 23. L. II. Chron. Hermann. Contractus p. 127. Minus recte a. 724. Marianus Scotus p. 436. Sigeb. Gemblacensis in Chronographia p. 550. Eginhardus, Annales Fuldenses, Metenses, Bertiniani.

(o) Nam non tacet hoc Autor compilationis Chronologicae p. 718. Anno Dñi 744. initium Fuldensis ecclesia habuit a S. Bonifacio fundatore, sicut et Heresfeldensis ecclesia. C. Browerus l. c. p. 7. Unde et Fridislaria plurimum ei / Bonifacio / adita Herosfeldia quoq; tentata, excursu Moguntia facto, quae sedes metropolis tunc Franciae orientalis. Et p. 12. Nam uti literae domesticae tradunt, primi inde excursus in Herolfeldiam à Sturmio, sociisq; facti; qui praenobili Abbatiae Hersfeldiensi prius originem quoq; dedit, quam Bonifacii jussu Fuldae recessus attentasset. Confirmant et hoc versus arcis Eichensis apud Wincxelmannum l. c. p. 260.

Cum Wenefride, tuo fit tellus aere redempta
Hujus, quae sacrae sustinet aedis onus,
Fas est, te primos inter numerare patronos,
Quorum tam praestans dextera juvit opus.

Itemq; Laur. Frisaeus in Chron. Wurtburgensi p. 387. S. Bonefacius

fec

ac denique magna ex parte absolvisse, (tt) perinde ac ipsi in Moguntino Praesulatu anno 756. successisse, constans veterum est opinio, qui tamen, postquam hoc locorum tum templum, uti vocare solent, collegiatum in S. Petri monte prope Salfeldiam (ee) circa annum 763. constituisset; tum templum in Ordruff anno 745. a Bonifacio fundatum et ad Hugonem, seniorem, Comitem Keverburgensem forte spectans, in honorem S. Petri anno 777. dedicasset (ss) templum S. Mariae in Er-

---

fest von den Orten und Handreichungen seiner fromdig Kinder die heiligen Klöster Fulda, Gersfeld und Hilzingen gebaut, und in den ersten gewan Mannbschulen, in dem dritten aber eine Jungfrau Ostil aufgezogen. Conf. Winckelm. in Chron. Hass. p. 407. b.

(tt) Wil. Dilichii Chron. Hass. p. 87. J. Trithemius in Viris illustribus Ord. Bened. p. 96. Hic fundavit monasterium Hirsfeldense, cui praefecit Abbatem sanctum atq; venerabilem Sturmum. Browerus p. 5. quae tunc ecclesia Herolfesfeldia regione, apud Fuldam in Sturmio inchoata et mox a Lullo suscepta fuit.

(ee) Videatur de hac dissertatio nostra de Abbatia Salfeldensi. Lit. B. 4. 6. et D. Casp. Sagittarii Ducatus Thuringiae. p. 93.

(ss) Lamb. Aschaffnab. in Historia Rerum Germanicarum. p. 153. Anno 777. Dedicatio ecclesiae in Ordorff a beato Lullo in honorem S. Petri. Lupus Servatus c. 6. Haudquaquam | Bonifacius | passus tanti viri lumen unius loci tenebras, praevia Christi gratia, dissipulisse, monitu paterno ad alterum compulit migrare monasterium, quod Ordorff nominatur. Consule Serarium, in Rebus Moguntin. p. 478. et 612. Autor de Landgraviis Thuringiae Erphordiensem, apud Pistorium p. 911. Anno Domini 745. item sub eodem Pipino S. Bonefacius aedificavit ecclesiam S. Mariae in Erfordia et ecclesiam Ordorff. Wibandus in Historia Bonefacii: Tunc etiam ecclesiae repente instau-

furto (ss) extruxisset et per annum circiter huic loco praesedisset, ad Episcopatum Moguntinum, uti jam diximus, evocatus, pontificatum suum cum vita heic depositit, post regiminis scilicet sui ori-

gin.

---

rantur, et praedicationis ejus doctrina multiformiter emanavit: monasteriumque congregata fervorum Dei unitate et monachorum sanctitate constructum est in loco, qui dicitur Ortorf, qui proprüs sibi, more Apostolico, manibus victum vestitumque instanter laborando, acquisiverunt. Hujus monasterii praeterea non solum meminit Othlo. L.I. c. 28. 29. scribens: Cum autem praedicationis ejus fama undique emanaret, credentiumque multitudo excrevisset, Ecclesiae restaurantur, monasteria aedificantur. Tunc etiam congregata fervorum Dei multitudine constructum est monasterium in loco, qui dicitur Ordorff, sub honore S. Michaëlis Archangeli. Autor veteris Chronici Thuringiae: in dem andern Jare darnach [illegible] in Doringen und Brichte dorin Munster in Sunte Michels [illegible] und der alte Gug --- von Bonifacio auf dem selben Berge gebauwet gab zuvorst [illegible] Güter zu der Kirche zu Ordorff. Sed et Legenda Bonifacii de translatione sedis cathedralis Gotham, agit apud Tentzelium Supplem: II. Hist. Goth. b. p. 10. et 371. Haec tamen notes heic simul L. B. quorsum quantumque abierint a primaeva institutione monachi, monasteriaque in quo statu sint hodie? Tunc praedicarunt monachi, legerunt, docuerunt, tunc unitas in docendo Zelus, tunc unita in vivendo sanctitas observata; tunc victus amictusque more Apostolico instanter laborando quaesitus ab ipsis fuit monachis. Mona-

ste-

ginta duos anno 786. (T) Kal. Nov. aut potius Kalendis No-
vembris (v) non minus et heic /in Hirsfeldensi puta monasterio se-
pultus (Ψ) at haud sine miraculis clarus. Memorabile vero hoc

---

steria vero ipsa, uti supra audivimus, sanctae Spiritus officinae e-
rant, in quibus monachi ad pietatem, omnis generis studia et explì-
cationem Scripturarum, totius orbis in emolumentum; virgines vero
in reverentia Numinis divini, probitate, et sexui suo convenienti
disciplina fuere institutae educataeque. Ex recentioribus addas
C. Sagittarium in Ducatu Thuringiae p. 9. 61. Centur: Magdeburg:
VIII. p. 22. 334. J. Weberum von der Thüringer Bekehrung. Conc: 1.
pag. 2. IV. p. 42. 44. VI. p. 63. VIII. p. 97. Ixenschmidii Historiam
Bonefacii p. 35. Sinclartum Chron. Thur. p. 93. Winckelm:

(55) Vide Observat. praeced.

(T) Ita Lamb. Aschaffnab. p. 153. Annales Pithoeani, Herm. Contractus.
p. 525. edit. Caniſ. Auctor Annalium Fuldensium, Fragmentum Annal.
Francorum T. IV. Scriptorum H. F. du Chesne. Sed annum 787. habent
Marianus Scotus p. 439. Catalogus Bruschianus, Chronicon Wurt-
burgense ex Babucio Frisaco adjectum p. 1005. Mabillonius in Annal:
Benedict. T. II. p. 285. Gabr. Bucelinus in Menolog. p. 714.

(v) Chron. Belgicum Joh. Gerbrandi. L. III. c. 9.

(Ψ) Excerpta Aschaffnab: in prologo p. 151. Haud difficile est dictu,
quantum brevi adoleverit divitiis, magnitudine, gloria, cum praeci-
pue studiis B. Lulli, Magonciacensis Archiepiscopi, qui ei exaedifi-
candae manum injecerat, tum favore et liberalitate nobilium vero-
rum atque foeminarum. Et p. 152. Sancto Bonifacio, Magoncia-
censi Episcopo, per martyrii gloriam consummato, B. Lullus, qui
ei in Episcopatu successit -- Herveldense deinde solum melio-
ribus auspiciis /quam Fuldense/ occupare aggreditur, in hunc lo-

cum maxime sub ipso fuit, quod S. Wigberti corpore et reliquiis, | qui anno 747. e vivis discesserat, | monasterium hoc, quod quam maxime

---

cum omnes suas copias, dedita opera, coëgit, tantas rerum impensas alieno fundamento sine fructu acquisitas, hinc cum fructu insumere parat. – – Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu, Herveldense nomen ad immensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Opibus siquidem, agris, et familis, nec non aedificiis magis magisque indies augebatur, partim studio D. Lulli, sapientis admodum viri, partim liberalitate principum totius regni, qui pio desiderio ope summa annitebantur. Nic. Serarius in Rebus Moguntiacis p. 609. ex Moguntino Breviario. Tandem per Spiritum cognoscens Lullus, dormitionis suae instare diem, vocato Episcopo suo Alboino, viro valde religioso, injunxit, ut sacris prius celebratis mysteriis, se ad Heresfeldense monasterium praecederet. Ille sine mora jussum perficiens – – unacum missa finivit vitam. Nihil hoc consummatus Lullus, obitus sui praenuncium, navi secum impositum, per Moganum in Heresfeldense coenobium | prius Ase extractum | advehens, honorifice sepelivit. Ubi etiam morbo protinus correptus, Archiepiscopatus sui anno 32. placida morte in Domino defunctus est. Corpus ibidem repositum, cum post sexagesimum annum | 852. scilicet | e terra levaretur, eo membrorum omnium decore ac vestium quoque nitore inventum est, ut illo ipso die expirasse videretur. Consule etiam, si vis, idem asserentes, Abrah. Saurium in parvo theatro urbium p. 141. Zeilerum in topographia Hass. p. 51. Trithemium de viris illu-

stri-

maxime dilexerat, et reditibus, aedificiis, familiisque quam plurimis, velut praecipuus fundator, auxerit, ornaverit, ac prae aliis, ut seculi

---

stribus O. Benedicti, scribentem: Hic /Lullus/ fundavit monasterium Hirsfeldense, cui praefecit Sturmum. Et in Chronico Hirsaugiensi. T. 1. p. 358. Hirsfeldiam S. Lullus, Archiepiscopus, Successor divi martyris Bonifacii, construxit in finibus Hassiae, dioecesis Moguntinae, coenobium, sed exemptum, et distat a praefato coenobio Fuldensi ferme sex milliaribus. Quaeque repetit T. 1. p. 689. Quod /coenobium Hersfeldense/ S. Lullus, Archiepiscopus ecclesiae Moguntinae secundus, S. Bonefacii successor olim fundavit tempore Caroli Magni. Eadem est mens doctissimi Mabillonii T. II. Annal: Bened. p. 285. Anonymo Gemblacensi. Sed an eidem jam anno 737. abbas praefectus fuerit, uti Dilichius in Chronico Hassiae p. 87. perhibet, nostrum non est definire. Certe de anno cum aliis tacet Gabr. Bucelinus in Menologio Benedictinorum. p. 714. ita scribens: Condidit /Lullus/ celeberrimum Hersfeldense coenobium, in quod sub mortem velut in portum optatissimae post tantos labores quietis sese recipiens, placidissimo somno in Domino requievit anno Christi 787. die 16. Octobris, magnis deinceps a Numine miraculis honoratus, cujus sanctissimum corpus sexagesimo post obitum anno repertum est incorruptum. Addimus sub finem versus in Eichensi arce sub Lulli imagine legendos:

Anglia quem genuit, docuit Wunefridus et aequa
Urbs, Mogani vidit sceptra tenere manu.
Hac facie fuit, hoc habitu, cum duceret auras,
Fundator regni Lullus Herolfe, tui.

tunc ferebant mores, ditaverit, (X) adeo, ut suo tempore numerus

(X) Lupus servatus in S. Wigberti vita a Johanne B Jesuita, edita, c. 24. 25. interjectis aliquot annis Albuino, Praesuli Fridislariensi oppidi per quietem aliquid observatur, qui se divinitus missum diceret ad monasterium, cui est vocabulum Herolfesfeld, quo et ossa B. Viri /Wigberti/ transferri praecepit, id memoratus Episcopus, Lullo, Moguntiacensis ecclesiae Pontifici, revelavit, isque rem ad M. Carolum detulit, ac ejus assensum protinus impetravit, ergo praefati fratres /Ernestus Baturichius et Wolffus/ minus amplissimum /: Wigberti corpus et cineres, quos noctu et clanculum Buriburgo abstulerant :/ sibi ab Episcopo /: Albuino :/ traditum, monasterio Herolfesfeld celeres invexerunt, et a reliquis Dei servis illic exceptum munifice, principe loco est in ecclesia conditum. Conser Serarii Res Moguntinas p. 605. 606. Aliter id recenset Aschafnaburgensis in Libello de institutione Hersveldensis ecclesiae. p. 154. nempe Angeli voce ter in somnio fuisse monitum B. Lullum, ut corpus Wigberti Hersfeldam transferret. Verba ejus vide supra in observat. (f) Mabillonius in Annal. Bened. T. II. p. 545. de translatione S. Wigberti Abbatis è Fritislaria Hersfeldiam superius actum est, deque ejus corporis depositione in monumento, quod Lullus, Moguntinus Antistes, annuente Carolo magno more per Gallias ac Germaniam usitato, auro, argento, ceterisque metallis exornandum curaverat. Cujus verba a nobis jam adducta legere potes supra ad observat. (f) ejusque confer. ad observat. (d) ejusmodi ceterum factum tunc temporis in SS. reliquiis licite commissse, passim legimus,

rus fratrum inibi degentium, ad centum et quinquaginta excreverit, (Ψ) neque tamen id cum recentioribus distincte in annum 737. re-

---

mus, atque sic Gertrudis, Comitissa de Northeim Brunsuigae Domina S. Autorem Hersfeldensem p. 66. S. S. Stephani 1. Pontificis, corpus anno 1160. monachus monasterii Trapensis Romam appulsus ejusque ecclesiae, ubi corpus ejusdem servabatur, custodi factus familiarior, furtim abstulit. vide Henschenii ad conatum in catalogos Pontificum p. 41. T. VIII. mensis Maji. Ceterum ex recentioribus quoq; adde Trithemium, in Chronici Hirsaugiensis procemio scribentem: Hirsfeldiam fundavit S. Lullus Archiepiscopus. Joh: Binhartum in Chron. Thuring. p. 39. Errant ergo illi omnes, qui Wigbertum sive Wipertum, ut alii scribitur, Primum Abbatem Hersfeldensis coenobii faciunt, in quibus Autores Centur. Magdeburg. Cent: VIII. p. 20. et IX. p. 228. et Fr. Ern. Kestnerus in Historia Quedlinburgensi p. 114. hoc certius Heymonem, monachum fuldensem, postea Theologiae Lectorem Hersfeldensem, et tandem Episcopum Halberstadensem in S. Wigberti quoq; honorem monasterium Quedlinburgii anno 840. / 841. / instituisse dedicatum anno 849. de quo consulas Dn. Kestnerum l. c. Ex illo vero tempore ita Abbatiae hujus reditus accrevere, ut vere tribus milliaribus per longitudinem et latitudinem bona et praedia ipsius se extendant, comprehendantque Frilingam, Superiorem et inferiorem Geisam, Utersdorffium, Kerspenhusium, Mongshusium, inferiorem Suhlam, Wegfurtum, inferiorem Sossam et alia, referente hoc nobis M. Zeilero in Topogr. Hass. p. 49. vide supr. observat. (T)

(Ψ) Excerpta è Aschaffnaburgensis libello de institutione Hersfeld.

jicere audemus, (w) claudimusque potius Lulli, alterius, post Bonifacium Hersfeldensis coenobii conditoris, vitae clausulam hoc suo elogio ex Wilhelmo Malmesburiensi de Regibus Angliae Libro 1. c. 4.

Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus,
Pollens divina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis.

§. XIV. Sturmus s. sive ut aliis scribitur, Sturmius, Sturmi, Sturmis, Sturmen, Sturmio, Sturnus, Sturinus: sequitur, si attendere velimus Abbatum indicem atque catalogum, quem primum per epigrammata singulorum imaginibus in arce Eichensi, Hersfeldiae admodum vicina subjecta dedit Justus Winckelmannus (a) Abbas primus,

---

eccles. p. 154. Qualiter vero post haec loens ille per incrementa temporum ad perfectum pervenerit, aut qualiter supra dictus fratrum numerus, C. videlicet et L. integro adhuc rerum imminutus sit. Idem asserentem infra offendes Mabillonium observat.

(w) Fecerunt id M. Zeilerus in Topograph. Hassiae p. 51. Anno 737. ist Lullus in ein Abbt in die Kirch zu Hirschfeld eingesetzt worden. W. Dilichius in Chron. Hass. p. 87. cujus verba ad praeced. observat. (g) jam adduximus. J. Winckelmannus in Chron. Hass. p. 258. 260. et p. 438. Lullus zu einem Abt in die Kirch zu Hersfeld eingesetzt, der das Stift zu bauen angefangen.

(a) Pagina scilicet 260. in descriptione sive Historia Hassiae. Ita vero de eodem ibidem sonant:

Prima monasterii postquam fundamina ponit
Lullus, ei Sturmium praeficit arte parem.
Hinc Abbas primus cognomine dicitur, inter
Quos hic pictoris dexteritate vides. † 1775.

Et Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae p. 65. de eo ita:

Coeno-

mus, ut vulgo volunt, ex Norico alias ortus, stirpe nobili, a Boni-facio primum in Baioaria susceptus e Fridislarensi Abbati Wigber-to, in disciplinam atque in rerum monasticarum institutionem traditus (b) exinde annis ibidem et scientia auctus et Presbyter ordinatus, post annos sacerdotii tres, ipse Bonifacii ex consilio cum duobus sociis perrexit in Buchoniam, sibique eremum et vitam selegit monasti-cam. Emissumque adeo hunc in finem a Bonefacio, Hirsfeldiae egisse (c)

Coenobii Hirsfeld ponis fundamina, postquam
Praedicti fueras Pastor itemque comes.

(b) Vide de eo S. Sturmi vitam apud C. Browerum in Annal: Fuld: p. 183.

(c) Cornelius, monachus Benedictinus, in Breviario Fuldensi in Paulini Scriptoribus rerum Germ: p. 425. Sturmio ex consilio Bonifacii, tertio anno sacerdotii secessit in Buchoniam, cum duobus piis fratribus, et in loco Herolvesvelto arctius cum Deo se conjunxit, ibique propter opportunitatem aëris et tranquillitatem loci cultum divinum ex-tendere et ampliare vovit. Alius cum circumstantiis tradit C. Bro-werus in Antiqu: Fuldens: L. III. 154. Sturmius ergo duobus comi-tatus ejusdem propositi sociis, prompte quidem paruit, et iter una ingressi ipse, sociique ad locum venere, cui Herolfesfeld erat vo-cabulum, ubi tugurüs et mappalibus excitatis, agitandae tranquillae vitae mentem excolere coepere sanctioribus studiis — — pari itaq; alacritate Sturmius reversus ad socios in Herolfesfeldiam, ubi iis Bonifacii voluntatem nunciavit, longius intima nemoris petere coeperunt — — Invenit locum s: ubi Fuldense monaste-rium esset construendum :/ Deoque gratias egit, moxque Hersfel-diam ad suos, atque inde ad Bonifacium profectus. Sed Serva-rius in Rebus Moguntinis p. 422. refert, locum, ubi Fulda jacet, aliquandiu ante incoluisse Sturmum. Mabillonius in

lego, an cum Abbatis ibidem dignitate non satis sum edoctus. In sodalitio Bonifacii tamen fuisse, Hersveldiae aliquandiu et per novem annos quidem aegre consedisse tuguria et mapalia (ut loquitur Broverus:) ibidem excitasse, studiisque cum paucis asseclis suis, pro more aevi istius invigilasse, evocatum exinde denuo a Bonifacio, et novas sedes quaerere jussum, reperisse tantum locum, Fuldensi coenobio exinde destinatum, rediisse posthaec ad locum pristinum, ac non sine omni contentione cum Lullo (d) formam monasterio aliqualem dedisse (e) Abbatem denique fuldensem egisse, et anno 779. 780.

XVII.

Annal: Bened: p. 125. fere eundem in modum: Adhaec vero sancto Bonifacio displicebat, Sturmium, carissimum imprimis discipulum suum, ingrata in solitudine versari, optabatque, ut in commodiori loco sedem figeret suam, relicta Hersfeldensi eremo, in qua jam per novem annos cum paucules socius commoratus fuerit. Ut adeo nunc unicuique quid credere in hisce velit, liberum relinquamus, rebus omnibus, ob temporis longinquitatem existentibus abstrusissimis. Repetit superius dicta quoque C. Sagittarius in Historia Bonifacii p. 292. 293. Confer. Zeileri Topographia Hassiae. p. 36. et 51. Gabr. Bucelinum in Germania sacra. pag. 34.

(d) Mabillonius in Annal: Bened: T. II. p. 172. Ubi proinde convertit animum Lullus, scilicet in Hersfeldense monasterium, ab ipso Sturmio ante inchoatum, quod absolvere instituit in perenne devotionis suae monumentum.

(e) Idem Mabillonius Annal: Bened: p. 102. Id factum anno nono, quum Sturmius Hersfeldensem solitudinem incolere coeperat; quo ex tempore repetita Hersfeldensis monasterii primordia, tametsi nonnisi post aliquot annos locus ille in justi

mo-

XVII. Kalend. Januarii 1:26. Dec:] decessisse, (f) persuasus sum, cum Aschaffnaburgensi certe hac in parte faciens, qui (g) ita de primis Abbatibus et hoc negotio. Qualiter vero posthaec locus ille per incrementa temporum ad perfectum pervenerit, vel quales viri sibimet in regimine loci illius successerint, usque ad tempora Gozberti, Abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his literis mandatum reperimus, magis ut mea ~~fert~~ opinio, scriptorum incuria, quam ingeniorum penuria. *.

---

monasterii formam coaluit, ut postea dicemus, Lullo Episcopo procurante, qui centum quinquaginta monachos ibidem instituisse traditur. Hiac corrigendus Broweri calculus, qui ex invidia erga Hersfeldense monasterium ipse agens Fuldensem monachum longe retro et serius ejus monasterii constitutionem rejicit.

(f) Aschaffnaburgensis p. 153. in Historia Reg: Germ: Sturm, Abbas Fuldensis coenobii, obiit anno 779. Herm. Contractus p. 524. edit. Canis. ad eundem 779. annum. Fuldis Sturmi, Abbas obiit. Mar. Scotus p. 438. Anno 779. S. Sturmus, Abbas primus Fuldensis obiit. In annum 780. rejiciunt Sigebertus Gemblacensis p. 514. Anno 780. obiit S. Sturmi, primus Abbas Fuldensis. Confer Broweri Annal: Fuld: p. 190. 193. 274. 275. Joh. Trithemium de viris illustribus Ord. S. Benedicti. L. III. c. 94. Autorem Annal. Fuldens. apud Marquardum Freherum p. 6. Gab. Bucelinum in Germ. sacra. p. 34. et in Menologio Benedictino p. 857.

(g) In Excerptis de institutione ecclesiae Hersveldensis. p. 154.

(*) Quae Henschenii et Papebrochii quoque querela est in Episcopis prioribus Trevirensibus eruendis: certe Catalogi Abbatum adeo mutili sunt, ut ab initio exstructi monasterii usque ad annum 868. non nisi quatuor Abbates suis nominibus apud Sammarthanos exprimantur.

§. XV. Succeſſit in Abbatis dignitate vivo adhuc anteceſſore, Balthardus [: Balthard :] quem anno 798. fato functum apud Aſchaffnaburgenſem (h) et Winckelmannum offendimus.

§. XVI. Luitbertum, ex Fuldenſi monaſterio huc delatum, hic inferendum eſſe, cum de eo et Aſchaffnaburgenſis, et Browerus et Winckelmannus taceant, dubito, etiamſi suadere hoc videatur, quod alias magnus inter Balthardum et ſequentes Abbates intercederet occurreretque hiatus, et eundem totidem verbis Abbatem appellatum, et quidem circa annum 838. deprehenderimus (i) forte in Archiepiſcopum Mo-

(h) Hamerslebienſis monachus in Excerptis è Aſchaffnaburgenſis libello de inſtitutione Hersveld. eccleſiae apud Maderum p. 155. Quorum [: Abbatum :] tamen ſeriem hic ponere duximus dignum: ſive ne penitus vetuſtate e memoria aboleantur, ſive quod alibi eorum ſummo functi ſacerdotio et uſui profecto fuerunt noſtro monaſterio et honori Balthard Abbas etc. Et ipſe Aſchaffnaburgenſis in ſua Hiſtoria Rerum Germ: p. 153. Anno 798. Balthart, Abbas Herveldenſis, obiit. Winckelmannus p. 260. hoc ex arce Eichenſi profert ipſius imagini ſubſcriptum diſtichon:

Primus poſt Lullum Balthartus dicitur Abbas,
Qui vivo junctus ſorte laboris erat. † 798.

vel ut in arce ipſa Eichenſi legitur:

Poſt Sturmum ſequitur Balthardus in ordine, vivo
Qui junctus Lullo ſorte laboris erat. † 798.

Confirmat et id W. Dilichius in Chron. Haſs. p. 87. qui Lulli fidum Symmiſtam eundem vocat.

(i) Nempe apud Nic. Serarium in rebus Moguntiacis ex MSto quodam. p. 621. Anno 838. Hirſchavienſis monaſterii eccleſiam in honorem S. Petri et Aurelii et Hersfeldenſis poſtea Abbatem Luitbertum, Abbatis Brunonis fratrem, qui cum 15. fratribus illuc Fulda venerat, ſacravit, praeſentibus Epiſcopis Colonienſi, Hildeboldo, Bremenſi,

Moguntinum exinde electum et a. 890. demortuum (K) octuagenarium hac ratione minime factum, sed cum Brunquel Brunwartus fundamenta aedis Wigberti, ut Abbas Hirsfeldensis anno 837. jam jecerit, Luitbertus vero ut Abbas Hirsaugiensis primus anno 838. basilicam Hirsaugiensem consecrari fecerit, sequente Brunone, fratre Abbate Hersfeldensis, uti infra §. XVII. observo. (L) videbimus, non video, qui Serarii Mti verba infra afferenda consistere cum veritate queant. Sane Thealganum Brunwardumque Abbates lego in dedicatione basilicae Fuldens. anno 819. et ex his unum vicinae hujus ecclesiae dedicationi interfuisse, probabile est admodum. Sic autem habent Candidi versus apud Brunward. p. 116.

Ercambartus, Bongolfi Germanus et Abbas
Theotgarius, Brunwarque simul Hrabanus ipse
Presbyter et monachus multorum jure magister,
Ibant aequali numero Christumque canebant.

Certe in Capitularibus Regum Francorum, quae Baluzius edidit, ad annum 817. [: sine dubio sub hujus Abbatis Antecessore :] monasterium S. Wigberti inter illas Abbatias in indiculo illo obviat, quae pecuniam annuam Regi Francorum in praesentiam [: zum Present-Geld :] obtulerunt (l) quam Baluzius in notis ad Lupum Ferrariensem de Frizlariensi interpretatur. Ut cum Lullus Wigberti corpus Hirsfeldam Frizlaria transferri jam curaverat, Hersfeldiaeque jam veneratum fuerit, et sine dubio cito, ut ferebant temporis illius mores, aedicula aut Capella in honorem ipsius exaedificata ibidem

---

si, Willerico, Hildesheimensi, Ebone, Siagrio, Halberstadensi, Abbatibus Fuldensi Rabano et Hirsfeldensi antea nominato, ut alt Mstum.

(K) Aschaffnaburgensis ad h. a. Anno 890. Luitbertus Archiepiscopus obiit, cui Sundervet successit.

(l) Vide Capitularia citata.

quoque fuerit, mallem potius de Hersfeldensi eundem interpretari (m) sique vera est, et ad Serarii epocham supra indicatam ad hunc etiam pertineret jactura fundamenti ad aedem Wigberti, quam cum Abbate Hirsfeldensi anno 831. sexto Idus Julii peregit Rabanus, Archiepiscopus Moguntinus (n) at cum Scriptores eandem adscribant Brunoni, in medio id relinquam, progressurus ad alia.

§. XVII. Haymonem s. Aimonem, Hemmonem: virum doctrina et pietate insignem, monachum primum fuldensem, ac Rabani, ut volunt, condiscipulum, huic nunc anno 839. successisse, diserte tradit Trithemius (o) et Mabillonius (pp) quem et anno 845. Halberstadensem

---

(m) Haec cum in chartam jam dudum conjecissem, cum gaudio lego, idem jam ante me sensisse D. Sagittarium, praeceptorem optimum, et post cineres venerandum, in suo Ducatu Thuringiae. p. 16. et de loco illo in Capitularibus ita scribentem: Unzweifel ist Fuldas einiger Zweifel sey, und lieber das Kloster zu Hirsfeld darunter verstehen wollen.

(n) Vide Observat. (v) infra.

(o) Nempe ex Meginfredo in de viris illustribus ordinis S. Benedicti. L. IV. c. 195. Haymo, monachus Hersfeldensis, et tertius Episcopus Halberstadensis consecratus, rexit eandem ecclesiam strenue XIII. annis, moritur anno Dni 834. indictione XII. Et L. II. c. 32. p. 37. Haymo monachus Fuldensis, deinde Abbas Hirsfeldensis, postremo tertius Episcopus Halberstadiensis, in arce Eichensi numero V. est Abbas, Winckelmanno p. 260. plane omissus, praepositorque huic Brunoni, subscriptumque hoc imagini ipsius distichon legitur:

Insigni praestans Haymo pietate sacratos
Explicat ingenio candidiore libros.
His ad majores studiis evectus honores
Halberstadensi praesul in urbe sedet.

sem tunc Episcopum, quasdam Hirsfeldensi ecclesiae donasse decimas, idem posterior memorat Autor, quo ipso tamen litem modo excitaverit iisdem fratribus, dum equidem haecce beneficia Hersfeldensibus conferendo, memorem erga suos olim alumnos Abbatem se hoc ipso ostendere voluerat, eo tamen magis illos [Halberstadenses] offenderit. Nam pergit laudatus Autor: Etsi enim Episcopis concedant aliqui Canones, ut ecclesiae suae decimarum partem monasteriis largiri possint; id tamen Halberstadensibus Clericis durius visum est, quod Haimo Ecclesiae suae decimas in alienae diocesis monachos transtulisset. (q) Eo adhuc regente monasterium anno 840. Ludovicus pius Pictavis. Aquas progressus ad novos filii, Ludovici motus comprimendos, eum trans Rhenum persecutus, venit ad Herofesfelde sexto Idus Aprilis. Quod humanorum operum Ludovici fuit extremum, exinde XII. Kalendarum Julij statim extinctus. Translatum hinc (r) Haymonem ad Episcopatum Halberstadensem anno 841. et suffectum ibidem Thiatgrimo, idem etiam perhibet cum antiquis Mabillonius, anno postea 853. demortuum, sed quando eundem hoc tempore Abbatem Hersfeldensem ignorat Schaffnaburgensis, nec probat Historia apud Browerum L. 1. Antiquit: Fuldens: c. 13. siquidem ab anno 830.

(p) Dum in Annal. Benedict. T. II. p. 663. Brunonem vocat Haymonis successorem. et p. 672. inquit: Hersfeldense monasterium, cui tunc [840.] Hemmo seu Haymo Abbas, ab anno superiore [839.] praerat, brevi futurus Episcopus Halberstadensis.

(q) Ibidem in Annal. Bened. p. 663. ex Chronico Saxonico et Chron. Hildesheimensi Mabillonius.

(r) Idem p. 672. Hic est locus in Thuringia, in quo situm Hersfeldense monasterium, cui tunc Hemmo, seu Haymo, Abbas, ab anno superiore [839]

usque ad annum 846. Brunonem sedisse, affirmat, hinc illi omnino sententiae accedere mallem, qui ipsum saltem monachum Hersfeldensem ibidem prius egisse, statuunt, in quibus est Autor Chronici chsti Saxo Franconici, loco dicto a Browero citatus (5) ac a Leibnitio editus, et Trithemius, qui cogitationes priores postea in editione altera Chronic. Hirsfeldensis sine dubio correxit. (t) Siquidem ille Haymo Abbate Hirsfeldense missus ad Mouinum atque Turones, potuit ibidem Rabano adolevisse, aut quod magis probabile mihi cum Hengenio videtur, in monasterio Fuldensi sub Rabani disciplina studiis dedisse operam. (u)

§. XVII.

---

brevi futurus Episcopus Halberstadensis. Ibidem p. 627. Thiatgrimo suffectus est Haymo Hirsfeldensis Abbas, quem alii Hemmonem, Hammonemque appellatur.

(5) Cujus haec sunt verba p. 137. Anno Domini 840. Heimo Hirsfeldensis Monachus, tertius Episcopus Halberstadensis a Ludovico, filio Pii Ludovici mittitur, et anno XIII. suae ordinationis VI. Kal. April. obiit, et Halberstad sepelitur.

(4) In Chronico scilicet Hirsaugiensi, postremae editionis, ad annum 847. Claruit in Saxonico Haymo ex Monacho Hirsfeldensis coenobii tertius Episcopus Halberstadensis, qui anno 840. indictione III. in Episcopum ordinatus praefuit annis XIII. in omni sanctitate et doctrina.

(u) Ita enim Rabanus libri de universo Hemoni dedicati: Memor sum boni studii tui, sancte pater, quod habuisti in puerili atque juvenili aetate in literarum exercitio et sacrarum literarum meditatione, quando mecum legebas non solum divinos libros et sanctorum Patrum super eos expositiones, sed etiam hujus mundi sapientiam, de rerum naturis solertes inquisitiones, quas in liberalium artium descriptione et ceterarum rerum investigatione composuerunt. Unde probabile redditur, illum, qui anno imperii Ludov. Pii II. III. IV. VII. IX. et XX. in An-

ti-

§. XVII. Brunonem, Brun, Bruno, nomine natum ex gente Suevorum, honestis parentibus et non infimae conditionis ab anno 830. sedisse, ex sequentibus statuere fas erit. Hujus frater ex utroque parente germanus (x) fuit Luitbertus, aliis Liutbertus, anno 837. (838) qui annos natus 18. anno 796. Rabani primum condiscipulus, deinde auditor Fuldensi monasterio quoque inclusus, electus in primum Abbatem Hirsaugiensem, et anno 844. demortuus fuerat, Monachum antea egerat in monasteriis quoque fuldensi Bruno noster, et quidem sub disciplina Baugolphi, Abbatis strenui, de eo pauca nobis innotuerunt, praeterquod ob quotidie ibidem crebescentia miracula et concursum maximum fidelium sive ad excipiendas omni veneratione Wigberti reliquias, quae ex Buribargo sive Fristaria oppido illuc anno 780. ob metum Saxonum, translatae erant, ac egregio monumento a Lullo,

---

tiquitatibus fuldensibus apud Diplorium sub Abbatibus Ratgario, Egilee et Rabano varias donationum monasterii Fuldensis chartas conscripsit, Hemmonem nullum alium esse, quam Haymonem illum Halberstadensem episcopum. Confer laudati Henschenii acta Sanctorum, Mensis Februarii. T. I. p. 505.

(x) Teste Trithemio in Chron. Hirsaug. p. s. 6. 10. Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae p. 76. qui illum tamen Luitebertum, fratrem Brunonis vocat. Mabillonius Annal. Bened. T. II. p. 597. Ex his omnibus selectis ad novam illam coloniam Hirsaugiensem, quibus Liutbertus, Abbatis loco praefectus, unus et duodecim illis magistris fuldensibus vir provectioris aetatis eruditione non magis quam virtute insignis, itemque Germanus frater Brunonis, Abbatis Hersfeldensis.

Archiepiscopo Moguntino, annuente Carolo Magno honoratae jam erant, fundamentum novae aedis seu basilicae S. Wigberti (y) cum Rhabano Abbate Fuldensi, postea Archiepiscopo Moguntino anno 831. sexto Idus Julij feria secunda jecerit, litemque cum Othario, Archi-

(y) Id colligo ex verbis Aschaffnaburgensis in sua Historia Germanica p. 154. Bron et Raban Abbates /ille Hersfeldensis, hic Fuldensis/ fundamentum ecclesiae S. Wigberti foderunt a. 831. sexto Idus Julij, secunda feria. Nam Bruno alias Buno, legitur Abbas Hirsfeldensis. Dehinc Wigberti corpus et reliquiae jam erant Hirsfeldiae anno 780. à Lullo huc translatae. Browerus praeterea testatur in Annal: Fuld: p. 153. S. Wigberti conditoris patrocinia usurpasse jam ecclesiam Hersfeldensem. Consentiunt Annales Hildesheimenses T. I. Leibn. Rerum Brunsuic: p. 715. id clarius adhuc enunciantes: Anno 831. incarnationis Dominicae et 19. regni Ludovici, Hun. /lege Bun/ Abba Hersfeldensis, et Rabanus, Abba Fuldensis fundamentum ecclesiae S. Wigberti fodere coeperunt in VI. Idus Julij in II. feria. Cornelii monachi Benedictini Breviarium Fuldense apud Paulinum P. R. G. p. 426. primus ad Germanos invexit Rabanus Graecanicam literaturam. Anno 831. cum Abbate Brunone ecclesiae Herosueldensis fundamenta posuit. Ex his nunc aut superioribus hausit sine dubio Browerus, idem referens in Annal: Fuld: p. 222. Anno C. 831. unacum Brunone Abbate, praenobilis ecclesiae Fuldensibus vicinae et plurimum disciplina fastigioque geminae Hersfeldiae fundamenta jecit Rabanus. Adde Mabillonium in Annal: Bened. T. II. p. 545. Bollandi Acta Sanctorum mensis Febr: T. I. p. 507. a. 509. a.

Archiepiscopo Moguntino, quae diu jam, et uti Serarius monet, ab anno 843. ipsi cum monachis Herspeldensibus ob decimas de frugibus et porcis e Thuringia accipiendas, quas aut ipse praetenderat, aut ex sua dioecesi, ut efferrent, permittere noluerat, intercesserat, per Ludovici non Augusti, sed Germanici, Legatos et Episcopos nonnullos anno 845. compositam viderit (z), apud hujus aevi Scriptores offendimus. Hoc saltem addimus, huic Brunoni, Abbati

---

(z) Aschaffnaburg. in Historia Germ: Rerum p. 154. anno 845. Monachi quoque ejusdem Herveldensis monasterii reconciliati sunt cum Otgario, Archiepiscopo, de decimis frugum et porcorum ex terra Thuringorum, per fideles legatos Domini Ludovici, Augusti, episcopos videlicet et praesides. Annal: Hildesheim: p. 710. Anno 845. monachi Herolfesfelde cum Otgario, episcopo reconciliati sunt. N. Serarius in R. M. p. 823. Circa ann: 843. habuit in Hersfeldensi coenobio dissensionis aliquid, sed anno 845. in confessionem adducta omnia, prout ejusdem coenobii coenobita narrat Lampertus, et M. S. in Aschaffnaburgis verbis. C. Sagittarius in Ducatu Thuringiae p. 137. Mabillonius in Annal: Bened. ad h. a. p. 663. ubi tamen bene monet, non consistere heic nomen Ludovici Augusti, quippe tunc Imperatoris, aut Ludovici Lotharii filii, sed, quod pace doctissimi viri addo, cum ille Italiam cum imperatoria dignitate acceperit, crediderim rectius substitui Ludovicum Germanicum, Ludovici Pii filium medium, quippe cui Germanicum imperium post Ludovicum pium obtigit. Mabillon. T. II. Annal: Bened: p. 135. 583.

et cunctis fratribus Herefeldenſibus ſervatum Lupum, Abbatem Ferarienſem anno 836. 837. librum ſuum de vita et rebus geſtis S. Wigberti, Abbatis Fridislarienſis poſt annos nonaginta, cum is è vita diſceſſerat, hortatu laudati Abbatis, conſcriptum nuncupaſſe (α) Anno 838. dum eccleſia Hirſaugienſis ab Otgario, Archiepiſcopo Moguntino, in nomine et honorem S. Petri et Aurelii die XI. Septembris, in praeſentia multorum Principum, Epiſcoporum

(α) In hujus prologo lectorem rogat politioris literaturae adoleſcens, ut ſicubi latini ſermonis lenitas hominum locorum nominibus, Germanicae linguae vernaculis, aſperetur, modice ferat, memineritque, non carmen ſe ſcribere, ubi poëtica licentia nonnunquam nomina mutilantur atque ad ſonoritatem Romani diriguntur eloquii, vel penitus immutantur; ſed hiſtoriam, quae ſe obſcurari colorum obliquitatibus renuit. Et haec cauſa fuit imprimis, addit Mabillonius p. 583. l. c. cur patrii Francorum, Germanorumque illuſtrium nominibus Latina cognomina, vel praenomina, indita ſint, ad molliendam ſcilicet propriorum nominum aſperitatem, ut Angilberto Homerus, Radberto Paſchaſius, Rabano Maurus, imo aliquando penitus mutata, ut Frichorio Chaidoici ſocio, ſancti Richarii Abbatis primo inſtitutori Hiberno, cujus nomen, teſte Horiulfo, mutatum eſt in Hadrianum, eo quod victa linguae barbarae ineptum viſum eſt. Dedicatione Lupi Actorum S. S. Collectores Bollandus et Henſchenius, Menſ. Febr: T. I. p. 504. a. 1837. referunt.

porum et Abbatum consecraretur, et inter illos Brunonem habuisse locum non infimum cum fratre suo Luitberto Hirsaugiensi, et Rhabano, Fuldensi, Abbatibus; (β) Leges denique et privilegia sigillo munita pro juribus coenobii sui, si non a patre, Ludovico pio imperatore, sexto Idus Aprilis anno 840. /841./ dum filium suum inquirendo, Herosfeldiam venisset (γ) certo tamen à filio, ejusdem nominis, Ludovico scilicet Germanico anno 845. cum pridie s. secundo Kalend: Novembr: Herosfeldam quoque ingressus esset (δ) accepisse, atque tandem anno 846. è vita

(β) Vide Trithemii Chron. Hirsaug. p. 6. 10. et praecedent:

(γ) Aschaffnab. p. 154. Anno 840. Ludovicus insequendo filium, venit Herolfesfeld monasterium, sexto Idus Aprilis. Adstipulantur annal. Hildesheimenses p. 715. nisi quod in annum 841. id rejiciant, et VI. Kalend. Aprilis hoc factum affirment: Anno 841. Ludovicus Imperator, insequendo filium, venit Herolfesfeldi monasterium in VI. Kal: April: Nos priorem non unas ob causas heic praeferimus.

(δ) Aschaffnaburg. in Hist. Reg: Germ: p. 154. anno 845. Ludovicus venit ad Herolfesfeld II. Calendis Novembris, et privilegia monachis dedit, suoque sigillo munivit. Annales Hildesheimenses p. 715. Anno 845. Ludovicus Imperator, ad idem monasterium /Herosfelfelde/ venit in II. Kalend: Novemb: et privilegia et immunitates monachis donavit, et sigillo munivit. Idem adstruunt Mabillonius T. II. Annal: Bened: p. 663. Dilichius in Chron. Hass. p. 87. Quorsum et sine dubio respexit versuum in arce Eichensi conditor, quos mox audiemus.

discessisse (ε).

§. XVIII. Jungimus huic, ordine sic poscente, Brunwardum | Brunwart, Brunwart, Brunus, Berchadus alüs | ingenio uti sublimem, ita de hoc officio ab anno 846. optime meritum (ζ) primum, ut mihi videtur, Monachum, ac dehinc Diaconum Fuldensem, ac si Trithemio fides est habenda, Rhabani discipulum, haud vero anno 865. ut J. J. Winckelmannus vult, sed anno 875. die XII. Kal: Febr:

(ε) Hamersleb. Monachus in Excerptis è Schaffnaburgensi libello de inpetratione Hersfeld. ecclesiae p. 155. nomen saltem ejusdem refert, scribendo: Bruno Abbas, itemque Aschaffnab. in hist. Reg: Germ: p. 154. Anno 846. Brun Abbas Herveldensis, obüt, cui Brunwart successit. Mabillonius Annal: Bened: T. II. p. 663. Hersfeldensibus tum 845. praeerat Brun, Abbas, Haymonis successor, qui anno sequenti 846. Brunwarto locum fecit. Winckelmannus p. 260. annum eundem signavit emortualem (846) adjecitque juxta hoc distichon ex arce Eichensi depromptum sub imagine ipsius:

Hinc Bruno praeest et ab hospite Caesare leges
Imperii, per quas jus tueatur, habet. † 846.

(ζ) Schaffnaburgensis excerpta p. 155. Brunwart Abbas, idem Schaffnab: in histor. Reg: Germ: p. 154. Cui | Brun | Brunart successit. Dilichius in Chron. Hass. p. 87. Winckelm. l. c. p. 260. hos ipsi imagini in arce Eichensi subscriptos nobis dedit versus:

Ordine Brunwartus sequitur sceptroque potitus
Ingenii regnat dexteritate sui. † 865.

Febr: vivis ereptum. (u) altero a sua electione anno 848. Rhabano, Archiepiscopo Moguntino, consilium Episcoporum et Abbatum per Germaniam generale, cogente cum multis aliis, et imprimis Haymone, Episcopo Halberstadensi, eisdem interfuit Brunwartus (zz) male a Trithemio appellatur Bernhardus, (y) ad hunc Brunwartum scripsit. Hinc Horus Remorum Antistes, pro rebus S. Remigii et colonis Remensis ecclesiae in Thoringia constitutis. (z) Et si verae essēt dedicationis literae, quas adducit Sorwerus in Annal: Fuldens: p. 152. 153. et ex J. J. Winckelm. in Chron. Hals. p. 258. ita sonantes Verfal-Büchstaben: Anno dominicae incarnationis 852. indictione 15. mense Septembri prima die mensis hoc templum a Ludovico Nobilissimo rege, noviter constructum est, et dedicatum per Hrabanum, Moguntiacensis ecclesiae Antistitem,

(u) Aschaffnab. in histor. Reg: Germ: p. 185. Anno 875. Brunwart, Herveldensis Abbas, obiit. Necrologium Fuldense: Anno 875. Brunwart Diaconus et Abbas XII. Kal: Febr: Et ex his Mabillonius Annal: Bened. T. III. p. 189. Bollandi Acta SS. Mens. Febr. T. I. p. 507. a.

(zz) Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 20. et ex eo Baronius in Annal: Eccles: ad h. a. n. 4. Bollandi et Henschenii Acta Sanctor: mens. Febr. p. 511. a.

(y) In vita Strabonis, p. 257. Lib. I. C. 18. Confer. T. I. Act Sanctor: Bollandi. p. 50. 51. a. et Bernhardus Monachus Fuldensis et postea Hirsfeldensis Abbas, patria Francus orientalis, vir sapientia et moribus clarus, multa lucubravit et in Chronico Hirsaug. p. 20.

(z) Frodoardus L. III. C. 24. et ex eo Mabillonius in Annal: Benedict: T. III. p. 189.

in honorem S. Salvatoris, Domini videlicet Jesu Christi, et S. Mariae semper virginis, et S. S. XII. Apostolorum, Martyrum et confessorum, atque sanctarum virginum, nec non et omnium sanctorum, anno demum 852. dedicatum hoc fuisset templum Hersfeldense, quod tamen alii, quos nos potius sequimur, in annum 850. reponunt. Dicit vero Browerus, ut suam conjecturam firmet, Hirsfeldensique templo scripturam illam adjudicet, sibi favere Salvatoris et XII. Apostolorum patrocinium, et Ludovici, Regis munificentiam, nec obsterrere eum Lamberti Chronologiam, vulgatamque jam dedicationem ad annum 850. cum prima Chronici parte satis mutila, haud paucae numerorum notae imponant lectori; et templi hoc negotium fuisse multorum annorum, idem fateatur Lambertus, cum ad annum 831. Brunonem Hirsfeldiensem, unaque Rhabanum Abbates meminerit, ejus ecclesiae fundamenta jecisse VI. Idus Julii; cujus patronorum nomina tempus et fera dies item mutarint, cum jam S. Wigberti, primi conditoris, jam Simonis et Judae, Apostolorum, patrocinia usurparit. At, praetergoam, quod nec annus, nec dies dedicationis, nec patroni respondeant, (K) aliud omnino

(K) Ibi enim est annus 852. heic 850. ibi 1. Sept. heic 28. Octob. ibi Jesus Christus et XII. Apostoli patroni, heic sine dubio S. Wigbertus, uti patronus inter alios praecipuus, interfuit. Nam unde esset alias, quod haec κατ' ἐξοχὴν dictum fuerit S. Wigberti monasterium, nisi huic fuisset consecratum primario dedicatumque singulariter? Quod observamus inter alia, quando v. g. vita Godehardi p. 486. scribitur: Erat in illo tempore in Herueldensi monasterio sancti Wigberti Bernhardus Abbas etc.

pag.

nino fuisse alibique exstructum aedificium oportet (λ) pereundem licet Rhabanum dedicatum, ut tamen S. Wigberti aedem sive basilicam (ℵ) anno 850. V. Kal: Novemb: sive 28. Oct: Hersfeldiae a Rhabano Moguntinensi Antistite s: anno 831. sexto Idus Julii ab eodem Rabano tunc Fuldensi Abbate, quoque cum Brunone, Hersfeldensi ante annos fere viginti inchoatum, ut supra vidimus :/

---

pag. 487. et progenitoribus ecclesiae sancti Wigberti p. in Excerptis Lamberti p. 157. per merita patronorum Wicperti et Lulli. Atq; sic in diplomate Henrici, Imperatoris, subditi Abbatis Hirsfeldensis ex hoc fundamento servi S. Wigberti vocantur.

(λ) Impense, fateor, gavisus sum, legens, postquam haec diu in chartam conjecissem, idem mecum prorsus jamdudum statuisse eruditissimum Mabillonium, qui Tomo III. Annal: Bened: p. 9. de hoc negotio ita: Non assentiendum Browero s: Fuld: Antiquit: p. 152. :/ qui id ad biennium et quidem in alterum diem differendum conjicit, ex quadam veteri inscriptione, quae Hersfeldensi basilicae diserte non convenit.

(ℵ) Hanc parietibus tectoque hodie squalere, tristique facie sua minari interitum, refert Browerus, et ex eo repetit Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 9. Quam cum nunquam viderim, nescio, quam verum sit. Interim placet, ejus faciem ex utraque heic descriptam exhibere: Chori vestibulo edito loco, ad quem gradibus aditur, ex candido marmore hinc et inde ad odei januam adstructae tabulae quadratae, veneranda imaginum sculptura. Ad laevam Christus Dominus considet medius, stantibus utrinq; Prophetis, ejus adventum praedicantibus, adjectis ad rem

sub hoc Abbate Brunwardo fuisse absolutam, ac in S. Simonis (*) ac S. Wigberti praecipue honorem ac dedicatam, (V) argumentis

explicandam versibus, dextrorsum pari modo Christus sedet, huic inde stantibus discipulis, qui, quae praemia sibi ipsum sequentibus parata sint, interrogant. In hujus quondam templi absside orientali Rabani versus inscripti, ubi S. Wigberti corpus quiescebat.

(*) Confer. infra Diploma Henrici Abbatis datum anno 1266.

(V) Ita enim Lambertus, qui diu monachum in hoc ipso egerat monasterio, et satis accuratam harum rerum, imo omnium optimam habuit notitiam, in hist. Ger: Germ: p. 154. Anno 850. dedicata ea ecclesia Sancti Wigberti V. Kalend. Novembris a Rabano, Moguntiacensi Archiepiscopo. Annal: Hildesheimenses, /: qui pariter a Monacho vel Hirsfeldae, vel Fuldae enutrito, ipso censente Leibnitio, confecti sunt :/ p. 715. Anno 850. V. Kal: Novemb. ecclesia S. Wigberti dedicata est a Rabano, Mogonciacensis ecclesiae Archiepiscopo. Consentiunt ex recentioribus D. C. Sagittarius in Ducatu Thuringiae. p. 150. Mabillonius in Annal: Bened: T. II. p. 545. Hanc fabricam /: Basilicae Wigberti :/ post mortem Bruni, Rabanus, jam Archiepiscopus absolvit, eamque dedicavit anno ejus seculi quinquagesimo, et quidem V. Kal. Nov. Confer T. III. Annal: Bened. p. 9. Idem probat et Nic. Serarius in rebus Mogunt: p. 646. e Msto, additque, non quod ecclesia ibi antea nulla fuisset, aut non dedicata, sed quod nova haec extructa fuerit, forte ab eo, qui Abbas illius erat monasterii Hersfeldensis, Synodoque Moguntiae secundae interfuerat, Brunwardo vel potius Bunone, qui, uti refert Lambertus, sub annum 831. unacum ipso Rabano, adhuc Abbate

Ful-

tis stringentibus convicti non negemus, ambabusque potius largiamur manibus. Cum porro anno 852. ex voluntate Ludovici, Regis, a Rhabano, Moguntino Archi-praesule, Synodus ageretur Moguntiae, Brunwardum rursus eidem interfuisse verosimile est. (vv) Multos annos post anno 868. Hadriano II. Pontifice sedente, habitum est Wormatiae Concilium in causa disciplinae ecclesiasticae, cui septendecim Episcopi, unus Chorepiscopus et sex Abbates interfuerunt, in quibus dubio omni procul et Brunwardus Hersfeldensis (zz) exstitit, Brawardus licet haud satis recte nominatus et scriptus in Annalibus Paderbornensibus. Ab hoc Brunwardo pagum etiam Brunwardesroth, jam Brotterode nomen ortumque trahere, sunt qui affirmant, (oo) modo clariora addidissent argumenta, cum ex solius nominis convenientia vix satis firma sequatur conclusio.

§. XIX. A praecedente anno 875. pedum annulumque ab Imperatore accepit Drago, integritate clarus, quem anno 892. (tt)

Fuldensi, fundamenta hujus ecclesiae posuerat. Adde Bollandi et Henschenii Acta Sanctorum, Mens. Febr. T. I. p. Synodus ex voluntate atque praecepto - - Serenissimi Principis / Ludovici / in civitate Moguntia, Metropoli Germaniae, praesidente Rhabano cum omnibus Episcopis atque Abbatibus orientalis Franciae.

(vv) Trithemii vita Rhabani T. I. Febr: Act: Sanct: p. 535. Annal: Fuldenses ad h. a. habita autem est.

(zz) Testibus Annalibus Paderbornensibus ad h. a. et Mabillonio in Annal: Bened: T. III. p. 152.

(oo) In quibus est J. G. Junckerus in memoria Weilziana. Lit. A. 4. a.

(tt) Schaffnaburgensis Excerpta p. 155. Drago Abbas. Et idem in Hist. Ger: Germ: p. 155. Cui / Brunwart / Drago successit; et mox

id quod mortale fuit, depositisse novimus. Neque miraberis, aut nobis succensebis, L. Bz. quod in hoc et in pluribus subsequentibus, ex aetatis Carolinae usu, saltem praenomina Abbatum apponamus. Nam cognominum usus, uti eruditos latere haud potest, apud ecclesiarum Antistites tunc nondum notus, et cognomina addendi, et post hunc scuta gentilitia appingendi longe serius invaluit, (ττ) neque eundem in Italia ante annum millesimum deprehendi.

§. XX. Si tuto satis fare liceret Laurentii Frisii (s) autoritate, inserendus omnino ante Dragonem, aut certe post eum esset Radulfus | Radfulfus | qui totidem verbis asseritur Abbas Hersfeldensis, promotus inde anno 891. in Episcopum Herbipolensem XI. et electus die 11. Augusti, demortuusque ibidem anno 908. e Comitibus Francorum orientalium alias oriundus. §

---

l. c. Anno 892. Drago, Abbas Hersueldensis, obiit. Atque ex hoc Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 189. Winckelmannus p. 260. eundem annum emortualem memorat, cum his una versiculis:

Succedit quartus, Drago virtute serena
Par reliquis, et non integritate minor. + 892.

Errat ergo Dilichius, quando in Chronico Hass. p. 87. eum anno 865. Abbatem creatum existimat.

(ττ) Confer sic nobiscum sentientem Danielem Papebrochium, in exegesi de Episcopis Mediolanensibus, praemissa T. VII. Maji Act: Sanct: p. 69.

(s) In Chronico Wurtzburgensi. p. 426. Struvius quoque pluribus ejus meminit, et Rudolphum juxta et Radhilfum ipsum appel-

§. XXI. Dragoni succeſſor, communi fratrum conſenſu anno 892. datus eſt Harderadus, / Harderatus, Hardarat, / gravitate morum et ſuavitate ſermonis eximius, anno minime 900. uti Winckelmannus tradit, ſed poſt annos demum novem a. 901. vivere deſinens. (T) De hoc ſolummodo obſerves, quod anno 895. (896.) menſe Majo, praeſente Arnolpho, Rege, Synodum Triburienſem ſeratur urbs inter Rhenum et Moenum ſita, non procul a Moguntia, in deſcenſu fluminis ab Oppenhemio ad manum dextram, hodie muros propugnaculi retinens, quod vocant caſtellum Daemonum: / cum viginti ſex Epiſcopis, multisque alüs Abbatibus, quorum omnium

---

pellat, ſed non meminit, unde venerit, ſed ſaltem Thuringiae Landgravium eundem aſſerit, in Epiſcopatibus Germ: p. 155.

(T) Aſchaffnaburgenſis Excerpta p. 155. dicit Abbas. Idem in Hiſt. Rer: Germ: p. 155. Cui / Dragoni / Harderat ſucceſſit; ac rurſus ibidem p. 155. Anno 901. Harderat, Abbas Heruldenſis obüt. Annales Hildesheim: p. 717. Anno 901. Harderat Abba obüt, cui Thiotart ſucceſſit. Et ex his Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 189. 316. Conſer Dilichium in Chron. Haſs. p. 87. Winckelmannum, qui de ipſo hoc ex arce Eichenſi conſignavit diſtichon:

Quis ſit, qui ſuperet, quaeris gravitate Catonem,
Si neſcis, pius eſt Harderat, ore gravis. † 910.

nomina enumerare nihil attinet, frequentaverit. (U)

S. XXII. Ab Harderado imperium anno 90. (Q) accepit Dithardus, f. Diethart, Diothardus, Thiothart, Thiotart, (tam diversimode exaratum hoc nomen legas) et typographi, aut describentis vitio, apud Aschaffnaburgensem et Mabillonium, Ditbardus: qui suo tempore Conradum primum, Regem Romanorum, Anno 918. hospitio excepit, festum nativitatis S. Johannis inibi celebrantem (X) quod ita contigit Arnolpho, Bava-

(U) Ordine recensitos si legere cupis, adi Trithemii Chron. Hirsaugiense p. 48. 49. et primarios saltem apud Mabillonium in Annal: Bened: T. III. p. 295. 296.

(Q) Lamberti Excerpta p. 155. Diethart Abbas. Idem in Chron: Rer: Germ: p. 155. Anno 901. Harderat Abbas obiit, cui successit. Diethart (lege Diethart) Thiotart anno 901. successit. Et ex his Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 189. 316.

(X) Aschaffnaburgensis in Chron. Rer: Germ: p. 155. Anno 918. Conradus, Rex, fuit in Herolfelde. Regino L. II. Chron. p. 141. Anno 918. Conradus, Rex, nativitatem S. Johannis Herolvesfelt monasterio celebravit. Errat ergo W. Dilichius in Chron: Hass: p. 87. qui annum 914. reponit; sive anno effertur in disticho, quod ex arce Eichensi depromsit J. J. Winckelmannus l. c.

Conradum, Regem Romani nominis, olim
Suscipis hospitio, culte Dithardе, tuo. + 917.

Et ut in arce Eichensi alter versus legitur:
Praesentem propria conspexit in urbe Dithardus.

Bavariae Duce a Conrado primo Imperatore anno 916. proscripto, ipse anno 917. in Hungariam fecedens Hungaros adversus Imperatorem excitaverat, ac in Germaniam revocaverat, qui in Germaniam pervenientes, ipsum restituerunt, et populantes omnia Fuldam usque pervenerunt. Ipse Conradus hac re exasperatur, Ratisbonam obsidet, et Arnolphi possessiones direptionibus vexat. Cum ergo nulla spes sua recuperandi Arnolpho superesset, ad Hungaros iterum clam aufugit, Conradus vero tota Bavaria in suam potestatem redacta in Franciam et Sagoniam cum exercitu pergit, Hersfeldii in coenobio S. Johannis Baptistae natalem celebrans. Ibi fortunam obsequentem sentiens comitem morbo repentino correptus anno 919. e vita discessit. (XX) Anno 927. pedum pastorale, quod annos viginti et sex suis praetulerat, Diethardo juniori, sibi cognomini, suoque cum consensu, honoris istius laboris plenissimi satur tradidit, (Ψ) anno 930. (ω) et non 917. (a) ut Winckelmannus id refert, vitam finiens.

(XX) Mart. Hoffmanni Annal: Bamberg: p. 21. qui tamen minus recte in annum 919. reponit praesentiam Imperatoris in coenobio Hersfeldensi.

(Ψ) Aschaffnaburg. in Chron. Rer: Germ: p. 155. Anno 927. Diethardus Junior, Abbas Herueldiae factus est cum senioris Diethardi consensu. Et ex hoc Mabillonius T. III. in Annal: Bened: p. 316. 386. qui Dithardo senior praefecturam abdicavit anno regiminis 27. idemque post triennium discessit.

(ω) Lambertus iterum in Histor. Rer: Germ: p. 155. Anno 930. Diethardus senior, Abbas obiit; ad 929. refertur hoc ab autore Necrologii Fuldensis p. 763. Anno 929. Thiotart Abbas. Et ex his Mabillonius T. III. in Annal: Bened: p. 386.

(a) In descriptione Hassiae. p. 260.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

§. XXIII. Ut Dithardus | Diethardus, Diothardus, Thiethardus, Thiotart, Thiothart, Thiodo | Junior, Hirſaugienſis coenobii antea incola, J. Trithemii elogio, vir prudens et doctus, ſtrenuus etiam et amator diſciplinae regularis, anno 927. (b) et quidem cum conſenſu ſenioris premeret veſtigia, virtus ejusdem meruit, quae ipſa nec diu eundem heic vivere permiſit, ſed poſt annum ſtatim ad ſacrorum ſummum antiſtitem nonum in Hildesheimenſi Eccleſia, Schardode defuncto, Henrici Caeſaris beneficio (c) anno 928. promo-

(b) Schaffnab. in hiſtor. Rer: Germ: p. 155. Anno 927. Diethardus, junior, Abbas Herueldiae factus eſt cum ſenioris Diethardi conſenſu. Annal: Hildesh: p. 717. Anno 927. Thiothart, junior, Abba electus eſt cum conſenſu ſenioris. Falſus proinde Gabr. Bucelinus, qui in Germania ſacra p. 18. Gebhardum Hildesheimenſem Antiſtitem anno 928. diſceſsiſſe tradit, quem ſequutus eſset Diethardus, Abbas Hirsfeldenſis. Brujohius de Epiſcopat: Germ: p. 200. Diethardus ex Hirſaugienſi monacho primum Abbas Hirsfeldenſis factus. Conſentit cum antiquis Mabillonius T. III. Bened: p. 386. Trithemius de viris illuſtr: ord. S. Bened. L. IV. c. 200. Vide obſervat. infra (f).

(c) Nam in Regalibus tunc et a Caroli M. longisque ~~ultro~~ retro temporibus reputabatur, eccleſias ab Imperatore Epiſcopos dari, hinc legas apud Sangallienſem de geſtis Caroli M. p. 365. formulam illam, qua tradidit ipſe Epiſcopatus et Abbatias, ſequentem: Tu illum Epiſcopatum, DEO donante, et me concedente, juxta Canonicam et Apoſtolicam autoritatem regere curato. Inde etiam p. 371. dicit Abbatias, vel eccleſias ad jus regium pertinentes, et p. 389. Si vero eſsent eccleſiae ad jus regium proprie pertinentes. Compendii ergo afferam modo adhuc Autoris vitae S. Ottonis, apud Canisium in A. S. T. II. p. 331. teſtimonium p. 331. inquirentis: Porro illis diebus inveſtituras eccle-

movit (d) anno tamen neque 924. neque 928. ex Winckelmanni

ecclesiarum Imperatores conferre solebant, et quotics Episcopi decedebant, id moris erat, ut ecclesia illa Baculum et Annulum Imperatori transmittens, de curia expostularet Episcopum.

(d) Lambertus in Historia Ger: Germ: p. 155. Anno 928. Diethartus, Abbas, junior, Episcopus ordinatus. Annal: Hildesheim: p. 717. Anno 928. idem Thiothart junior, Episcopus ordinatus est post Sehardum. Et mox ibidem p. 717. Anno 928. Thiothart, junior, Episcopus ordinatus est, et Burghart, Abba electus. Lamberti Excerpta p. 155. Diethart Abbas et Episcopus. Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 386. et 397. Winckelmanni ex Eichensi arce productum distichon de hoc ipso Diethardo juniori est tale, p. 260. in Chron. Hass.

Junior eligitur post hunc cum laude Dithardus,
Hildesheimensi dux venit inde gregi. +924.

aut ut in arce posterior legitur:

Hildesheimensis qui gaudet Episcopus esse.

Adde Dilichium in Chron. Hass. p. 87. et Autor Chronici Episcop: Hildesheim: T. 1. Script: Brunsuic: Leibnit. p. 743. Anno deinc 928. Schardo defuncto Thiethardus, Abbas Herveldiae, nonus Episcopus nobis ordinatur, qui inter plurima suae pietatis indicia, tabulam principalis Altaris, auro purissimo, gemmis et lapidibus pretiosis, ut hodie apparet, decenter adornavit, qui et in Gandesheim novam ecclesiam ad monachos anno 839. incarnationis Domini in honorem S. Mariae consecravit. Consentit in anno 928. Bruschius de Episcopat: Germ: p. 200. Inde minus recte ad annum 929. id refert Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 69. ac sine anni nota in proaemio ejusdem Diethartus, Episcopus Hildesheimensis, Abbas Hirschfeldensis. Neque rectius in libro suo de viris illustribus ordinis Bened. L. IV. c. 200. in annum 926. hoc referens ac scribens: ita sumpsit autem episcopatum

relatione (e) sed potius Idibus Septembris anno 954. aut 955. postquam religiosi sanctique viri nomen meruisset, terrena relinquentem, (f) Gan-

dictae urbis / Hildesheimensis / A. D. 925. indictione 14.

(e) In Chronico Hafs. p. 260.

(f) In emortuali ejus signando mire variant Scriptores. Nos Autorem Necrologii Fuldensis sequuti sumus, qui p. 764. ita: Anno 954. Thiotthardt Episcopus Idus Septembris. Mabillonius T. III. Act: Bened: p. 522. His adjungendus Thiotardus pise memoriae Episcopus Hildesheimensis, eodem anno (954) mortuus, qui antea Hirsaugiensis / memoriae error est, reponi Hirsfeldensis / exstiterat. Ceterum annum 932. tradunt Annales Hildesienses p. 717. Anno 932. et Thiodo obiit, cui Burchart successit. Annum 951. Trithemius in Chron. Hirsaugiensi p. 69. His temporibus / 929 / Diethardus, Abbas monasterii Hirsfeldensis, nostri ordinis vir prudens et doctus, imperio Henrici Regis, factus est Episcopus Hildensheimensis in Saxonia, nonus in successione Pontificum ejusdem ecclesiae, et praefuit annis duobus et viginti in omni religione et sanctitate. His positis calculis emergit annus 951. Ad annum 955. Autor Chronici Episcopat. Hildesh. p. 743. Quo ordinationis suae anno 27. defuncto (ordinatus autem erat anno 928.) othivinus etc. Ad annum 956. Brüschius in Episcopatu Hildesheimensi. p. 200. et Lucelinus in Germania sacra. p. 18. Diethardus ex Monacho Hirsaugiensi, Abbas Hirsfeldensis inde ad hanc cathedram evocatus, praefuit prudentissime, et Gandersheimense templum denuo à fundamentis exstruxit, obiit 956. Falsus ergo denuo sit oportet Trithemius p. 104. in Chronico Hirsaugiensi tradens, ipsum Synodo Romanae anno 962. cum Episcopis aliis quadraginta et decem e Germania Abbatibus interfuisse, ipso septem annos ante minimum jam demortuo.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Gandersheimensis coenobii templo ruinoso antea anno 939. denuo è fundamento maximis sumtibus exstructo, et anno pontificatus sui undecimo consecrato, itemque tabula ex auro purissimo gemmisque ornata, altari templi Hildesheimensi donato. (g)

§. XXIV. Post Dithardum summam rerum Abbatiae anno 928. (h) accepit venerabilis hujus monasterii primum Monachus, atque a pueritia sua in hoc ipso sub regularis vitae norma educatus, et in omni genere scientiarum nobiliter institutus, ac postea scholarum magister constitutus, ac Trithemii judicio, vir tam in divinis Scripturis, quam secularibus literis haud mediocriter doctus, moribus quoque non minus, quam eruditione venerandus Burchardus (Burcardus, Burkardus, Burghart, Burghard, Burckhardus) anno 932. post 932. quatuor ferme annos, et non decem, uti Trithemius, cujus verba infra dabimus, vult, haud ad Halberstadensem, ut ex distichiis Eichensibus refert Wineseel -

---

(g) Bruschius l.c. p. 200. vide observat. praeced. (g) Mabillonius T. III. Annal: Bened. p. 397. Trithemius de viris illustr: ordin. Bened: summatim id eloquitur L. IV. c. 200. multa ad ecclesiae suae honorem legitur perfecisse.

(h) Episcopius et idem in Chron. Ger: Germ: p. 155. Anno 928. Burchardus abbas electus est. Annales Hildesheim: p. 717. Anno 928. et Burghart abbas electus. Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 386. et 397. Male ergo id Trithemius in Chronico Hirsaugiensi p. 69. ad annum 929. refert, scribens: Cui (Dithardo anno 929.) in Abbatia substituitur Brurckhardus, venerabilis monachus, et praefuit annis ferme tribus, postea in episcopum Herbipolensis ecclesiae per regem institutus.

mannus (i) et in Chronico Hassiae W. Dilichii (ii) sed Diethone anno 932. 17. Kalend: Decembris demortuo, ad Würtzburgensem (k) Episcopatum, Henrici aucupis Imperatoris beneficio et jussu, Hersfeldia translatus, decimus tertius ibidem die 2. Decembris factus

---

(i) In Chronico Hass. pag. 260.

Succedit fato simili Burchardus, ut illum
Halberstadensi fors beat aequi grega. †932.

Sed, aut ut in arce legitur:

Halberstadensis Dominum respublica cernat.

nullum legas hoc nomine, hocque tempore Episcopum Halberstadensem in C. Sagittarii dissertatione de Episcopis Halberstadensibus, anno 1675. edita in 4to: neque apud Buceliuum in Germania sacra sub Episcopis Halberstadiensibus. p. 21.

(ii) Pag. scilicet 87.

(k) Ita enim Lambertus in Chron. Germ. p. 155. Anno 932. Diedo | Würtzburgensis | episcopus obiit, cui Burchardus, Abbas Herueldiae, successit. Consentit Joh. Mullerus in Chronico Wurtzburgensi p. 362. Caspar Bruschius de episcopis Wurtzburgensibus Frisio adjectis p. 954. et seorsim in excuso de episcopat: Germ: libro p. 156. Burcardus ex Abbate Hirschfeldensi eligitur in Episcopum Herbipolensem anno 932. Winckelmann. doct: Bened. 13. et corrigendus 397. Proinde est diligens caeteroquin vir Laurentius Frisäus, qui in Chronico suo Wurtzburgensi Germanico Abbatem Hirsaugiensem eundem nobis prodit, scribens: Ist vorvor (antea) drey Jahr lang ein Abt zu Hirsaw im Kloster gewesen. Et miror in editione hujus Chronici hoc παρόραμα a viro oculatissimo et Icto excellentissimo, Johanne Petro Ludwig non fuisse observatum. Quem errorem ante ipsam quoque jam admiserat Joh. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi p. 36. editionis primae, quem ta-

factus Episcopus, et a Gottwaldo II., Hennebergensi comite, more majorum, veluti Episcopatus Mareschallo, praesente Caesare Heinrico, introductus (l) neque tamen anno 932. uti idem prodit Winceslaus ad ipsius in arce Eichensi versiculos (m) sed anno 941. die annunciationis Mariae sive octavo Kalendarum Aprilis (25. Martij) (n) mortem cum vita commutans, postquam in Herbipoli basilicam seu cathedralem ecclesiam absolvisset modisque omnibus exornasset (o).

---

tamen, ut video, monitus forte ab aliis, correxit in altera et recentiori p. 69. scribens: Venerabilis Monachus Hersfeldensis Burchardus, et p. 71. Cui (Diethoni) Burckardus, Abbas monasterii Hirsfeldensis, de quo supra diximus, succedens praefuit annis decem, mensibus tribus et diebus XXIII. atque in ejus procemio: Burckardus, Episcopus Herbipolensis, Abbas Hirschfeldensis.

(l) Vide Cyriaci Spangenbergii Chron. Henneberg. p. 62. 63.

(m) In Chronico Hass. p. 260.

(n) Chron. Wurzburgense Antiquum e Baluzio depromtum et Friseo adjectum p. 1006. Anno 941. junior Burckardus Wirtziburc episcopus obiit VIII. Kalend. April. sedit annos IX. menses III. dies 23. Joh. Mullerus in Chronico Wurzburg. p. 362. Brüschius de episcopat. Herbipol. p. 954. et de episcop. Germ. p. 156. a. Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 80: anno 941. obiit Burckardus, quondam Abbas Hirsfeldensis, in die videlicet festi annunciationis Dominicae, h. e. octavo Kal. April. Gabr. Bucelinus in German. sacra p. 14. Mabillonius T. III. Annal. Bened. p. 386. Burckardus episcopatum tenuit annis novem, mensibus tribus, diebus viginti quatuor, teste Egilwarto, Monacho, et cathedralem ecclesiam instauravit. et p. 397. Burckardus post tres ferme praefecturae annos, creatus episcopus Wurtzburgensis, cathedralem ecclesiam restituit. Erat

§. XXV. Ut Dithardo Wurzburgum promoto, anno 933. (p) Meingotus (Mengingus, Megengoz, Megingoz, Megengos, Meengotus) tam multiplex etenim hujus vocis occurrit scriptio, Monachus antea ibidem et presbyter, vir caeteroquin, Trithemio teste, strenuus, et in omni genere doctrinae scripturarum effecit. Honore isto exutum equidem anno 935. ex versibus arcis Eichensis prodit Winckelmannus (q) sed quando Otto I. Imperator monasterium suum anno 936. adhuc invisit, id non solum ipsi, sed et toto monasterio(r) singulari honori cessit, praesertim cum hoc accesserit, quod heic usque in annum sequentem 937. substiterit. (s) Conflagrationem basi-

---

proinde C. Hedio in Chronico suo, qui annum emortualem 940. et Cyriac. Spangenbergius in Chronico Hennebergensi, qui annum 942. reponunt.

(o) Struvius l.c. p. 156. Mabillonius, vid. observat. praeced. (n)

(p) Vide observat. praeced. (n) Annales Hildesienses p. 717. Anno 933. Menigos, Abba, eligebatur. Lambertus in Chronico Germaniae p. 155. Anno 933. Menigoz, Abbas Hersueldiae electus est. Lamberti Excerpta de institutione Hersfeld. eccles. p. 135. Megengoz, Abbas. Trithemius Chron. Hirs. p. 71. Cui Burckhard. in Abbatia Hirsfeldensi Megengos successit. Mabillonius T. III. Annal. Bened. p. 386. et 394. Huic Burckardo in Abbatiae regimine Megingozus successit. Errat proinde W. Dilichius, qui eundem Abbatem anno 932. creatum existimat, in Chron. Hassiae p. 87.

(q) In Chron. Hass. p. 260. ubi ita:

Post hunc Megingus legitur, sed rursus honore
Culminis exutus transit ad astra poli. remotus 935.

(r) Lambertus in Chron. Rer. Germ. p. 155. Anno 936. Otto, Rex, fuit Herolfesfelde. Annal. Hildesheim. p. 717. Anno 936. Otto Rex fuit Herelfesfelde.

basilicae primae Fuldensis per Egilem extructa heic per accipiens, sed et hoc exinde elicitur, praefuisse eundem tunc adhuc huic suo monasterio, imo, si me non fallunt omnia, novae basilicae Fuldensi per Haedamariam Abbatem constructae anno 948. cum Ottone I. Imperatore interfuit(α). Quod et sine dubio non nisi cum vita reliquit, quod ipsi non anno 935. uti affirmare videtur Winckelmannus (t) sed anno demum 956. IV. Nonarum Februarii contigit (u) atque hic cum primis nobis attendendus venit, quod non solum ob multa circum circa patentia praedia monasterii sui Wachsenburgum (x) in editis-

---

(s) Id colligimus ex Broweri verbis in Annal: Fuld: p. 120. degebat Otto tum Herolfesfeldiae, Abbatia Fuldensi gemina, et itineris diei non totius intervallo apud Fuldam omnem ab hac nostra disita, quando Monasterium hoc (Fuldense) cum ipsa basilica accepit, luctuoso periisse incendio. Memorant autem tristem admodum hunc casum ad annum 937. veteres Chronographi.

(α) Frodoardus ad an. 948. His ita gestis episcopi revertuntur in sua. Luitulfus autem Capellanus Ottonis, Marinum Vicarium deduxit ad regem suum in Saxoniam, ubi consecraturus fuerat ecclesiam Fuldensis monasterii.

(t) In Chronico Hass. p. 260.

(u) Lambertus Aschaffnaburg. in Chronico Germaniae p. 156. etano 956. Megingoz Abbas Herueldiae, obiit, cui Hagano successit. Diem vero emortualem nobis communicat Necrologium Fuldense p. 764. Anno 956. Megingoz, Abbas, Presbyter et Monachus IV. Non. Februarii. Recte hinc Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 356. 531. ipsi regimen viginti trium annorum tribuit.

(x) Annales Erfurtenses (Fabricio) Jenacenses (Albino) de hoc ita: Zů den Zeiten / Ottonis I. et Moguntini Archiepiscopi Wilhelmi / do liess auf der Hegt von Hirschfelde den Berg Wachsenburg bauen über der Gebeine willen S. Dorotheae lagind, zum Ehren und Stiffte etc.

simo monte inter Gotham et Arnstadium hucque proprius jacentem arcem, Serenissimo Duci Friderico, Domino meo clementissimo, hodie cum praefectura huc spectante, parentem, circa annum 950. con-

---

sortin und sezte Monche darauf, und machte eyner Kirchin, und das Stifft wen das nu allis andirs worden ist. Annales Isenacenses Vet: ex apographo Urbani Schlorffi, Praefecti Tennebergensis 1487. Zu der Zeit liess auf der Vogt zu Hirszfelde das Schloss Ehrenfürstburg büwen, um der Güter willen seines Stiffts die darumbe lagen. Und darnach Gotha und der Stifft Leitz di beide fürder von Eyrern von Hessenstadt, und fürder wenn sie an die Landgrafen, es Döringen zu Ehrenfürstburg der ersten langen Zeit Monche um seine Stifft zu Hirszfelde das man nach Ehrenfürsten üff dem Schloss an seine Gebüwe findet. Ex recentiori stylo apographi Funckeriani ita sonant: Zu der Zeit liesse auf der Vogt zu Hirszfelde das Schloss Ehrenfürstburg bauen um der Güter willen die darumbe lagen. Conradus Stolle in Chronico Germ: Mstto f. 23. b. Czu der Zeit liss der Vogt zu Hirszfeld das Schloss Ehrenfürstburg bauen um der Güter willen seines Stiffts die darumb lagen und darnach Gotha und das Stifft Hirszfeld lesit sie alle beyde. Georgius Fabricius Origin: Sax: L. III. Eodem tempore (Ottonis I.) Meengothus, Abbas Hirsueldius Wachsenburgum aedificat, qui etiam (ut annales Erfurdiani tepantur) Gotham urbem condidit. Et ex hoc Sethus Calvisius itemque Miresserus, qui ita: Sunt, qui ab Abbate Hirsfeldensi constructam esse Gotham et Wachsenburgum autumant. In eo tamen errat Calvisius, quod id ad annum 964. referat, quo dudum jam decesserat Meingothus.

condiderit, exaedificans ibidem non solum templum, sed et familiam quondam monachorum alens, sublitosque huic suo monasterio procurans plures, sed etiam circa annum 934. et sequentibus, Gothanae civitatis incrementum (γ) ob reditus ex eadem tollendos, et promulgatum forte Henrici, aucupis, Imperatoris, de recipiendis in urbes pagorum incolis, edictum, insigniter promoverit, indeque etiam a nonnullis pro conditore ejusdem venditatus fuerit (ζ) utergo luculentissime pateat, quam multa jam ad hoc monasterium tunc temporis pertinuerint praedia, tum circa Gotham et viciniam hanc, tum et illum circa Schmalkaldam urbem tractum, quem anno 948. ad Hersfeldensem quoque spectasse familiam, ex literis Ottonianis, hoc anno datis, satis clare dignoscitur. (α)

(γ) Idem antiqui Annal: Erfurt: Germanici: vnd ward von im / dem bysschoff zu Hirssfeldt / gebüwet Gotha mit dem ersten bey 30 jar ehe denn die Grafften von Schwartzburg mit Arnstein vnd darnach an die Land, grafen zu Düringen. Et ex recentiori dialecto: Vnd der Bischoff hat die beyden flecken den Grafften von Schwartzburg vnd darnach kommen sie an die Landgrafen von Düringen. Neque hoc diffiteri potest ipse Tentzelius, praecipuas augmenti Gothani partes Meingotho tribuendas esse asserens, in Supplem: II. Historiae Gothanae. p. 21. 23.

(ζ)

(α) Verba ita habent: Omne praedium hactenus ad monasterium S. Wigberti, Confessoris Christi, in loco Herolvesfeld dicto, pertinens, in orientali Francia in villis Schwartaha, Stillaha, in Thuringia

§. XXVI. Traditum exinde, anno scilicet 956. (B) Praesulis Abbatiae hujus officium est Haganoni | Hagatio | qui Presbyterum antea hoc egerat, quique sponte sua, ob corporis infirmitatem, et morbum ingravescentem, rursus post annos tres, anno nempe 959. praefectura hac se abdicavit, (Y) eodem adhuc anno, ut Winckelmannus (S) et alii (E) volunt, aut sequenti, quod probabilius videtur, anno 960. die XII. Kal: Januarii (Z) ex paralysi mundo valedicens.

Hujus

Huochtricheshus y. datae sunt anno 948. indict: 6. anno regni Ottoniani XIII. Vide ipsa verba, quae mox ad hunc ipsum Abbatem daturi sumus.

(B) Vide praecedentem observat. (u) Lambertus in Chron. Germ. p. 156. Anno 956. cui (Megingoz) Hagano successit. Excerpta Aschaffnab: p. 155. Hagano Abbas. Mabill: Annal: Bened: T. III. p. 531. Unde notabilis error est W. Dilichii in Chron. Hass. p. 87. qui Haganonem Abbatiam anno 956. impetrasse autumat.

(Y) Lambertus p. 156. Anno 959. Hagano, Abbas, Herueldensis, potestatem suam reliquit ob infirmitatem corporis sui, eoque vivente Gunterus electus est in locum ejus. Ex ipso vero Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 531. Annales Hildesh: p. 718. Anno 959. Hagano, Abba reliquit dominium sui honoris. W. Dilichius in Chron. Hass. p. 87. Idem et inculcat Winckelmannus versibus in arce Eichensi legibus bis in Chronico suo Hassiae. p. 260.

Sponte sua regni solio descendit Hagano,
Vi corpus morbi depopulante gravis. † 959.

(S) In Chron. Hass. p. 260.

(E) Regino L. II. Chronici p. 80. Eodem anno (959) Hagatio Herestheldensis Abbas, paralysi percutitur.

(Z) Necrologium Fuldense p. 764. Anno 960. Hagano Abbas et presbyter XII. Kal: Jan:

Hujus tempore, sub Ottone, Imperatore, lis mota inter ipsum et Hadomarum, Abbatem Fuldensem, de navigatione et usu Hursillae rivi (M) (die Hörsel) quae repetita postea fuit sub Gosberto Successore, ac simul per arbitros dirempta, de quo mox pluribus agemus. Anno 948. Otto I. Rex, qui etiam Abbatiae hujus quasi fundator proclamatur a Chronographo Saxone, praedia ac bona nonnulla ad monasterium Herolvesfeldense hactenus pertinentia, in villa Warmaresleva (Wormsleben) ecclesiamque inibi constructam, in pago Hosgawe, quae ab Haganone, Abbate Hersfeldensi per concambium acceperat, ecclesiae Magdeburgensi, peculiari diplomate XIII. Kal. Aprilis indictione VI. anno regni Ottoniani XIII. super hac re conscripto adjudicavit. (I) Cujus haec sunt verba: Omne praedium hactenus ad monasterium B. Wigberti, Confessoris Christi in loco Herolvesfeld dicto, pertinens, in villa Varmaresleva, ecclesiamque mibi constructam in pago Hasgowe, aliam quoque in villa Widerstedi nuncupata, cum omnibus ad eas pertinentibus decimis, quae sunt in septentrionalis parte rivuli, qui dicitur Vulderbach, concambii jure ab Haganone, venerabili ejusdem monasterii Abbate, pro praedio ei collato in orientali Francia, in villis Buochweride, Rizzestat, Karoldesbach, Swarzaha, Stillaha, nominatis, et in occidentali Francia Erlibach, Gommaresheim, Saliburg, Furbach, Harnasa,

(M) V. Browerum in Antiquit: Fuld: p. 288.

(I) Leuberus de stapula Magdeburgensi N. 1594. Et ex hac D. C. Sagittarius in Antiquitatibus Magdeburgensibus S. 47. p. 28. ac Paulini de pagis. p. 581.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

in Thuringia Huochtricheshus [: Ichterhusium :] Anglendorff [: adjacet hic pagus proxime Arnstadio :] Amalungesdorff, Stuchesfurst, ad sanctum Petrum, Principem Apostolorum, et ad S. Innocentium atque Mauritium, ad stipendia fratrum in loco Magideborg, Deo illisque sanctis servientium concessit. &c in diplomate in erectionem ecclesiae Magdeburgensis in Archiepiscopalem ecclesiam conscripto, ac a Meibomio cum Wittechindo Corbejensi (1) edito repetit hanccc donationem denuo hisce verbis: Unde ad vicem recepit pro decimatione ipse Hildewardus, Episcopus, ad partem suae ecclesiae, omnem decimationem in Hosgowe, sicut terminatur in fluviis Sala, Witteberce et Wippera, et ut eam Abbatia in honorē Wipperti in territorio Herolvesfeld instructa in integrum possedit, quam praedictus dominus Otto, Serenissimus Caesar, ab eadem Abbatia ex proprio legali concambio commutavit, et ecclesiae Magdeburgensi proprietario jure concessit. Hoc ipso tamen memoriam suam aeternitati simul commendavit, quod non solum calicem magnum et eximium ex auro purissimo conflatum, gemmisque pretiosissimis distin-

(1) Et ex hoc rursus Sagittarius in Antiquitatibus Magdeburg: p. 62. Meminit et hujus cambii Chronographus Saxo ad annum 969. p. 179. scribens: Recepit autem ad vicem ab Imperatore in partem et utilitatem suae ecclesiae omnem decimationem in Hosgawe, ut terminatur in fluviis Sala, Witterbike et Wippera, cum omni possessione, quam de Abbatia in honorem S. Wicberti in territorio Herolvesfeld constructa idem Imperator aequa commutatione acquisierat, cujus etiam Abbatiae ipse fundator erat.

ſtinctum, ſed et patinam, ſive operculum palma una latum, üs-
dem gemmis et unionibus totum in circuitu circumſeptum, eccle-
ſiae monaſterioque reliquerit. (K)

§. XXVII. In Abbatis munere, vivo adhuc anteceſſore,
roganteque pro eo Haganone, ab anno 960. perrexit Guntherus (Λ)
[Gondharius, Gonthorius, Gontheri] illud cum vita itidem anno
962. XVIII. Kal: Octobr: non ſine luctu fratrum rurſus deponens
(N) De quo, quod referam, non habeo, niſi quod anno 962. menſe

---

(K) Lamberti Excerpta p. 155. e quibus: Hagano calicem magnum de au-
ro puriſsimo, electro et gemmis pretioſis in monaſterium Domini in
gloriam et decorem fieri fecit. Umbonem vero patenae, latitudine
pene unius palmae, totum per circuitum lapidibus pretioſiſsimis
et unionibus veſtivit. ex ms. idem repetit Mabillonius p. 531.

(Λ) Lamberti Excerpta p. 155. Guntherus Abbas Regino. L. II. Chron:
p. 80. Guntherus, rogatu Haganonis, Abbas conſtituitur. Ma-
billonius T. III. Annal: Bened: p. 531. Adſtipulatur ſolito diſti-
cho ex arce Eichenſi deprompto, Winckelmannus in Chronico
Haſſiae. p. 260.

Suffectis vivo tibi mox Guntherus Hagano
Imperat, et ſummum percipit inde decus. † 962.

(N) Aſchaffnaburg: in Chron. Ver: Germ: p. 156. Anno 962. ~~in An-~~
~~nal: Benedict. p. 531. 559.~~ Guntherus, Herueldenſis Abbas,
obüt, cui Egilolfus ſucceſsit. Et ex eo Mabillonius in Annal:
Benedict. p. 531. 559. Annales Hildeſienſes p. 718. Anno 962.
Guntheri, Abba, obüt, cui Egilolfus ſucceſsit. Dilichius in
Chron. Haſs. p. 87. Winckelmann. in Chron. Haſs. p. 260. In ſe-
quentem annum 963. mortem ejus rejecit Autor Necrologii Fuld.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Februario Romae cum Hattone II. Abbate Fuldenſis monaſterii vicino, coronationi Ottonis M. interfuerit, et anno 962. Auguſtali donationi, qua Johanni XII. Pontifici die XIII. Febr: Otto Imperator, veteres opes ac dignitatem conciliavit, cum eodem ſubſcripſerit (V).

§. XXVIII. Deſtinatus ex illo tempore ſummo huic officio ac dignitati, unanimi fratrum electione, anno 962. fuit (ZZ) Egilolfus / alias Egilolphus, Egelolfus, Egilolff, Gillulfus / anno 970. abiens eo, quo Anteceſſores ſui omnes (O). Hoc caeterum de eo novimus, quod Synodo generali Germaniae anno 963. ob

---

p. 764. Anno 963. Guntherus Abbas XVIII. Kalend: Octobris. / alium forte calculum ponens, cum ex antecedentibus etiam ſemper in ſequentem reiciat: /

(V) Baronius in Annal: Eccleſ: ad h. a. Browerus Annal: Fuld: p. 285. Mabillonius T. III. Annal: Benedict: p. 531. 559.

(ZZ) Lambertus in Chron. Germ. p. 156. Anno 962. Gonthero Egilolfus ſucceſſit. Annal: Hildesh: p. 718. Anno 962. cui / Gontheri / Egillolfus ſucceſſit. Lamberti Excerpta p. 155. Egilolf Abbas. Idem adſtruit Winckelmannus ex verſibus Arcis Eichenſis, in Chron. Halb. p. 260.

Gunthero vita funeto, moderamina ſumens
Nomen et Abbatis jus Egilolphus habet. † 970.

(O) Annal: Hildeſienſes p. 719. Anno 970. Egillulfus, Abba, obiit, cui Gozbertus ſucceſſit. Lambertus in Hiſtor. Germ. p. 157. Anno 970. Egilolfus, Herueldenſis Abbas, obiit, cui Gozbertus ſucceſſit. Mabillonius in Annal: Bened: T. III.

ob reformationem ecclesiastici status, ab Ottone M. institutam, iuxta cum aliis Principibus, Episcopis et Abbatibus eo convocatis, et imprimis Fuldensi, Hirsaugiensi et Selingenstadensi interfuerit, non vanus spectator, sed judex severior (π) ac Ottoni I. Imperatori familiarem, ac singulariter in delicijs fuisse, exinde inter alia relucet, / jure Abbatibus Hersfeldensibus conveniente / quod ille ipsum in Italiam sequutus, remissus inde ab ipso anno 965. in Germaniam fuerit, curaturus tum electionem Wirinharii, sive Werneri in Abbatem Fuldensem, tum post Wilhelmi, Imperatoris filii et Antistitis Moguntini obitum, Hattonis, in Archi-Praesulem Moguntinum, Imperatoris nomine. (ϱ).

T. III. p. 531. 559. Winckelmannus in Chron. Hass. p. 260. Consentit et Necrologium Fuldense p. 764. Anno 970. Egilolff Abbas.

(π) Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 108.

(ϱ) Annales Hildesienses p. 719. Anno 965. Gillulfus (rectius Egillulfus) Herueldensis Abba, transmissus est ex parte Imperatoris de Italia, ut Fratres Fuldenses Wirinharium eligerent ad Abbatem. Idemque adüt Moguntiam, ut ille clerus, simulque totus populus Hattonem, virum venerabilem, sibi constituerent in Dominum pontificalis honoris. Et ex eo sole apparet clarius, sine consensu Caesaris, etiam in ejus a Germania absentia, et dum in Italia haereret, tunc nullum Archiepiscopum, nedum Abbatem fuisse electum. Electionem tum temporis praeterea non a solo clero, sed simul a toto populo, praeside Imperatore quasi fuisse factam, atque in Ecclesiae universae singulare emolumentum directam; Pontificis denique titulum non Papae tantum, sed omnibus competüsse Episcopis et Archiepiscopis. Confer, si lubet, Mebomü tractatum de jure investiturae episcopalis Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim et tyrannidem ademto.

§. XXIX. Rector ex illo tempore, nempe anno 970. (S) huic Abbatiae datus est Gosbertus, qui ab aliis Gozbertus, Gozberdus, Gottesbrechtus dicitur ac scribitur; cui, quamdiu hactenus rexerat ipsud phronisterium, cum Werenhario, Abbate Fuldensi, sicut Haganoni antecessori, cum Hadamaro itidem Abbate Fuldensi, de navigatione et usu Horsillae amnis [hodie die Hörsel:] qui Lupensgowiam [die Zgmitz:] cursu suo intrat, et cum Resa apud Isenacum in Thuringia confluens in Verram [non Worram] se exonerat, pertinax lis fuit. Eidem dirimendae arbitri constituti sunt, ad eundem fluvium Werram, pro more tunc recepto, considentes, anno 976. cum aliis Theodericus, Metensis, et Hiltebaldus, Wormatiensis, Episcopi. (T) Atque sub hoc Gozberto anno 97. cum fratrum monachorum hujus loci omnium consensu, facta est ab Ottone II. Ottonis 1mi filio, piae matris, Adelheidis, instinctu, commutatio loci Nimilevi [Memleben hodie:] pro aliis bonis, ubi congregationem monachorum excitavit liberam, et privilegio Apostolico

ex

(S) Annal: Hildesheim: pag. 719. Anno 970. Egilulfus, Abba, obiit, cui Gozbertus successit. Lambertus in Chron. Ger: Germ: p. 157. Anno 970. Egilolfus obiit, cui Gozbertus successit. Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 531. 605. W. Dilichius in Chron. Hass. pag. 80.

(T) Browerus Annal: Fuld: p. 286. qui tamen arbitrorum sententiam non prodidit, cujus litis nec Aschaffnaburgensis mentionem injecit, ex Browero tamen repetiit Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 640.

exemptam (v). Hoc Ottone II. ergo mortuo cum Gozbertus et propter tot ipsi exhibita beneficia non posset non eidem et familiae Regiae esse devotissimus, motus vero multi gravesque a multis principibus excitarentur de successione in regno, ipse molem gravitatemque hujus sui muneris bene perpendiscens, nec per conscientiam fidem datam mutare volens, dum in dissidio illo Henrico scilicet, patrio duce Bojoariorum et Ludolpho, fratre Ottonis duce Sueviae regnum simul affectantibus, Ludolfo juravisset, postea tamen, optimatum consilio praeter Spem Ottoni, filio, regnum esset adjudicatum, huicque denuo juramentum praestare nollet, post quindecim imperii sui annos, anno scilicet 984. /985./ pace composita, ex conscientiae stimulo pedum deponens (q) abiit, vitam non anno 985.

(v) Chronographus Saxo ad annum 1075. p. 188. Otto Imperator, piae genitricis suae Adelheidis instinctu, cujus sacro gubernaculo vigebat Memmleevo, ubi felicis memoriae pater suus obiit, decimasque, quae Hersfeldensi coenobio pertinebant, justo acquirens concambio, adunivit, ibidem quamplurimos monastici ordinis idoneos ministros, liberam perpetuo constituens esse Abbatiam. Dithmarus Lib. III. init: et ex eo Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 618. Gab. Buccelinus in German. p. 60. b. Memmleben, alias Meinleben, illustre admodum Benedictini ordinis coenobium in Thuringia ad fluvium Unstrut, ab Ottone II. Imperatore conditum et egregie dotatum, in quo et obdormivit. Erant autem Abbates exempti a jurisdictione Episcopi seu ordinarii, et nude à Romana sede dependebant. Juxta Matth. Paris anno 1257. statutum fuit Romae à Summo Pontifice, ut quilibet, qui in Abbatem exemptum ex tunc eligeretur, Romanam curiam adiret confirmandus et benedicendus.

(q) Lamberti Excerpta apud Schoepflinum p. 156. Tempore Ottonis II. qui rubicundus dicebatur, quo mortuo Ottonem, filium, reliquit haeredem parvulum, cui patruus Henricus regnum subripuit, inde Ludolfus, frater Ottonis idem attentavit. Sed optimatum major vis utriusque conatum repressit: Abbas

ſed, quod magis vero ſimile vidétur, anno 987. linquens (X) interim fama haud intermoritura ſibi ante parta, tum quod eccleſiam in Ordroff anno 980. conſtruxerit (Ψ) quae a Comitibus Gleichenſibus in aedem aulicam poſ ea mutata eſt, tum quod ex ſingulari erga hoc ſuum monaſterium affectu non ſolum magnam librorum ſuo nomine, ob memoriam perennem, attitulatorum copiam eidem legaverit, ſed et plurima variaque eccleſiae ejusdem orna menta ex auro argentoque, veſtes item ſacras, quarum in feſtorum ſolennita tibus ſolet eſſe uſus, tabulam quoque altaris, et quae fuere alia, donaverit (ω

Add

Gosbertus, quia Ludolpho juraverat, Ottoni jurare noluit. Ideoque diſcedens. Idem in Chronico Germanico p. 157. Anno 985. Gozbertus / Hirsfeldenſem / Abb tiam reddidit, cui Bernharius ſucceſſit. Mabillon. Annal: Bened. T. IV. p. 21. 31. Conſentiunt et verſus Eichenſis a Winckelmanno in Chronico Haſs. p. 260. adducti:

Tradita Gosbertus linquens inſignia regno
Nullius juſſu praecipientis abit. † 985.

(X) Annum 985. tradit Winckelmann. in Chron. Haſs. p. 260. et 987. Necrologium Fuldenſe p. 764. Anno 987. Gozbertus Abbas.

(Ψ) Lambertus p. 157. Anno 980. Gozberdus Hirſchfeldenſis Abbas, eccleſiam conſtruxit in Ordorff. Centur: Magdeburg: X. p. 865. ad annum 980. recte reponunt, ſed p. 14. ibidem male ad annum 998. Foppius in deſcriptione Ordruffii apud Olearium in Syntagm. Thur. p. 774.

(ω) Lamberti Excerpta p. 155. 156. Igitur Gosbertus, Abbas, etſi non morum ſtudii tamen ſui erga locum Herveldenſem ſatis evidens ad nos transmi ſit documentum, magnam ſcilicet copiam librorum, ſuo nomine, ob monu mentum ſui, attitulatorum, plurima quoque ornamenta in auro et argen to, et in veſtibus ſactis, quibus uterentur in gloriam, ingreſsuri ſanctua rium. Tabulam quoque altaris compoſuit, dicens: Domine, dilexi decorem domus tuae. Et ex hoc Mabillonius T. III. Annal: Bened: p. 605.

Addimus, suo tempore circa 984. cum maxime claruisse Lubentium, ex monacho Hersfeldensis coenobii Archiepiscopum Bremensem electum, virum in omni genere scripturarum doctissimum, nec minus vitae sanctimonia venerandum, qui ecclesiam sibi commissam in omni solicitudine strenue gubernavit annis ferme viginti quinque, et non sine opinione sanctitatis, Trithemii judicio, ex hac vita discessit. (a)

§. XXX. Gozberto ita monasterium suum morte relinquente, Abbatis axioma anno 985. impositum fuit humeris Bernharii s. Berenharii, Bernchardi (b) qui alibi male Bertholdus (c) vel Bernhardus (d) vel etiam Becincherus (e) nominatur: / vir, ut Wolfherrus vitae S. Godehardi Autor loquitur, venerabilis, genere et dignitate memorabilis, et praepositi antea hujus coenobii perquam inclyti: Abbas vero nunc creatus, et à veterum institutis, praeceptisque monasticis, et in primis illis, quae Ludovicus Imperator dederat, (f) abiens, militesque sibi

(a) In Chron. Hirsaug. pag. 127.

(b) Lamberti Excerpta p. 156. Bernharius et ejusdem monasterii praeposito Abbas successit superstiti. Et idem in Chron. Germ. p. 157. Cui Gozberto Bernharius successit. W. Dilichius Chron. Hass. p. 87. Mabillon. Annal: Bened: T. IV. p. 21. 31.

(c) Ab autore vitae Gothardi Wolfherro in dicta vita, editionis Browerianae.

(d) In Msto Gracciensi vitae Gothardi.

(e) Hoc modo nomen ejus exprimit Mstum Bodeccense vitae Gothardi.

(f) Annal: Hildesh: p. 715. Anno III. H. Ludovici /817./ factum est Concilium magnum in Aquis grano in mense Augusto, et praeceptum est, ut monachi omnes cursum S. Benedicti cantarent ordine regulari. Et duo codices scripti sunt, unus de Nonnarum. Lambertus in Chron. Germ: Imperator Aquisgrani habuit Synodum, ibique ordinavit vitam monachorum. Chronographus Saxo p. 153. Anno 816. Ludovicus Synodum habuit, ubi constituta est regula Canonicorum.

alens, (g) monasterium tamen in monte, ut aliquid saltem, quo titu-
lum tueretur, ageret, cui S. Petri nomen imposuit, ultra Fuldam fluvi-
um exaedificavit, ibidemque refrigerii ac remissionis a seriis rebus ita-
que valetudinis causa ultra biennium consedit (h) cum militibus
ac

(g) Wolfherrus in vita Godehardi T. I. Leibnitii Script: Brunsuic: p. 486.
Qui / Bernharius / tamen ut in pace dicatur, ultra sui propositi ordinem
humano more popularis famae laudi intentus, ejusdem coenobii fratres
forte aliquando debita conversatione fovit indulgentius, ita ut more ca-
nonicorum proprietates sibi, tam in privatis aedificiis et ultioribus quo
pluribus vestimentis ac caeteris mundanae gloriae pompis vindicarent
et licentiam quoque dandi et accipiendi cum illicitis ac superfluis con-
viviis, caeterisque talibus usurparent. Conf. Broweri annal: Fuld: p.
93. 94. Mabill. Annal: Bened: T. IV. p. 180. In ingenue confitentem
tunc magni nominis Theologum et praepositum, qua ratione ab hoc tem-
pore Abbates cum Monachis a veteris disciplinae severitate defecerint
nec ab illo tempore in pristinos carceres vix imo nunquam reduci potuerint

(h) Id inter alia firmant versus arcis Eichensis, a Winckelmanno in Chron.
Hass. p. 260. descripti adductique:

Prima monasterii posuit Bernharius olim
Fundamenta, Petri nominis aucta notis. t 1002. alii 1007.

Lamberti Excerpta p. 156. Hic monasterium sibi construxit montem S. Petri
ibi cum suis militibus residens, rebus monasterii profuse utebatur, fratribus
licentia permissa, sibi vivendi in deterius. Wolfherrus in vita Godehardi
p. 486. Quo scilicet Abbate / Bernhario / biennio ante finem sui aegrotan-
te, et ultra Fuldam flumen in monte, quo ipse monasterium in honorem S.
Petri, Apostoli, construxit, cum militibus ac caeteris sibi familiaribus
refrigerii lenitate commorante. Conf. Broweri annal: Fuld: p. 93. 94.
W. Dilichii Chron. Hass. 86. et 88. Mabillon. T. IV. Ann: Bened: p. 21. et
180. Excrevit exinde illa in Praeposituram, Francisci addictos monachos
Eli

ac caeteris sibi familiaribus mollius degit, fratribus domi nimia et pro lubitu modo vivendi agendique licentia permissa, nec tamen vix necessarius ad victum eisdem suppeditatis. Ita vero rebus ex reditibus monasterio sacris abutebatur, ut ea de causa variae de victus et amictus necessariis quaerelae a fratribus, contemtum suum quasi indignantibus, ac licentia hac ipsa ex parte deterioribus factis deferrentur ad Imperatorem Henricum, qui, importunitate tandem ipsorum commotus, ut in rebus jam desperatis medelam in tempore adhiberet, Godehardum, Abbatum tunc Altahensem, eo destinavit, quod delegatum tamen sibi officium, Bernhario vivo, acceptare, qua de causa, nescio, detrectavit Godehardus (i). Ne tamen

---

ctedes sive templum hujus monasterii in crucis formam, perinde ac Hersfeldense, exaedificatum fuit, uti ex hodienum residuis moeniis facile cognoscitur, et in D. Petri honorem sacratum fuit. Adjecta huic fuit aedicula, seu Capella, in qua hodie cultus divinus peragitur, olim in honorem S. Mariani consecrata; visunturque in ea duae campanae, cui majori conscriptum est: S. G. R. T. M. H. V. T. B. W. 1518. infra vero: D. C. ☩. E. H. minori vero: GVLD GLOS. Nicolao Selig Capitul: Hersfeld. anno MDCXX.
Ad hanc ecclesiam innata vellicanos et incolas hujus montis spectant pagi Sorga et Cathus, qui et Capella gaudet, et Nolza inferior. Landgravii Ernesti conjux, vidua Landgr. de Rotenburg huic olim resedit et habitavit, ex quo ad regentem Landgravium locus rediit. Hodie ex liberalitate Landgraviorum 16. modii siliginis inter egenos ex pisto pane in diebus solennibus ac festis, et Kalendis, praesentia pastoris, post habita sacra distribuuntur. Ex Pastoribus, post sacra reformata, hos offendi: Valentinum Wiederholdt 1631. M. Antonium Engelbrecht 1698. Joh. Barthol. Limbercher 1649. Joh. Limberg fil: 1681. Jo. Georg. Geradinum 1714.

(i) Lamberti Excerpta p. 156. Haec tempore Henrici sancti, ad quem effrenati monachi contra Abbatem conquesti sunt. Qui mittens ad Altahense monasterium, ejasdem loci Abbati, Godehardo, commisit Hersueldense monasterium: quod tamen non acceptavit, donec paullo post obtusset Bern-

vel omnis sui in hoc monasterio cum vita periret memoria, calicem quoque ex auro puro cum duabus ansulis margaritisque exornatum eximus, Hersfeldensi donavit ecclesiae (K) rebus humanis anno 1005. XVIII. Kal: Augusti

harius. Autor vitae S. Godehardi p. 486. Fratres indignatione permoti, et quasi a patre contempti ad Regem tam per semetipsos, quam et per literas ac legatos saepius diversas querimonias dirigunt, sibi victus et vestitus necessaria denegari, et illis cum caeteris Christi pauperibus esurientibus, res ecclesiasticas per vana et inutilia dissipari. Quam eorum querimoniam Rex sapiens altius, quam ipsi opinarentur, intelligens, sed et vitam illorum non nesciens, diutius dissimulando distulit. Sed ad postremum importunitate eorum devictus, modificato sermone respondit: Libenter se patrem eorum, si Dei dono, convaluerit, de talibus admoniturum; sin vero obierit, eis et sibi in praeponendo Pastore in divinis et humanis, sapientum consilio, juxta timorem Domini provisurum. En Caesarem! vere Pontificem Maximum! qui conquerentes per literas et legatos de rebus ad vitae sustentationem necessariis monachos audit, recte justeque querelas ipsorum ponderat, vitam ipsorum monachorum veluti inspector summus et Episcopus non ignorat, Abbatem ex officio corrigit, et tandem, priori e vita decedente meliori et vita et doctrina monasterio prospicit. Heic nihil audias de Pontifice unquam interpellato, nihil legas de eodem Abbates constituente, nihil de surrogante Abbates Papa. Hinc observes velim L. Pb. Imperatorum tunc fuisse inter alia, ut Pontificum Maximorum, curam, monasteria in meliorem reformare reducereque statum, ac de conservandis monasteriorum reditibus serias suscipere consultationes, aliisque Abbatibus, ex episcoporum consilio, ut res ecclesiasticae postulabant, imo episcopos et Abbates sui officii admonere, et ut iis satisfacere satagant, serio dehortari, quin et sine ipsorum consensu Abbatia se abdicare debebat

ut

Auguſti exemptus (l) minimeque anno 1001. ut Adſtum quoddam vult, aut 1002. quem Winckelmannus juxta ibidem (m) conſignavit.

§. XXXI. Lubentiſſime heic inſerere vellemus Lubentium, qui, ex indicina Winckelmanni (n) juxta verſus in arce Eichenſi legendos, ſucceſſor laudatur Bernharii, atque hinc ad Archiepiſcopatum Bremenſem promotus perhibetur. Sonant vero ita:

Poſt hunc / Bernharium / ſceptra capit pietate Lubentius, omnes
Inter conſpicuus, nec gravitate minor.
Quem Brema, literalis poſtquam polleret et arte,
Praeſulis eſſe loco ejusque ſubire jubet.

Sed, cum et Lambertus Aſchaffnaburgenſis, cujus autoritati multum,

---

uti infra audiemus. Confer obſervationem (c) ſupra.

(k) Lamberti Excerpta p. 1580. Idem / Bernharius / calicem magnum cum duabus anſulis ex puro auro electro et margaritis comparavit. Mabillon: T. IV. Ann: Bened: p. 21.

(l) Lambertus in Chron. Rer: Germ: p. 158. Anno 1005. Bernharius, Abbas, Herveldenſis, obiit, cui Godehartus ſuccedit. Annales Hildesheim: pag. 722. Anno 1005. indict. III. Bernharius, Abbas, Herveldenſis, obiit, cui Godehardus, monachicae vitae vir, in ſancta converſatione probatiſſimus, ſucceſſit. Necrologium Fuld: p. 766. Anno 1005. Berenharius Abbas XVIII. Kal: Auguſti. Mabillonius Annal: Bened: T. IV. p. 180.

(m) In Chron. Haſs. p. 260.

(n) In Chron. Haſs. p. 260.

imo fere unice omnia hac in causa tribuimus, et Autor Annalium Hildesheimensium, monachus aut in Hersfeldensi, aut in Fuldensi monasterio enutritus, adeoque aeque rerum harundem non ignarus, et Wolfherrus vitae S. Godehardi conditor, eundem Abbatem heic loci ignorent; ipseque Lubentius, Bremensi Archiepiscopatui ab anno 988. usque 1013. uti supra jam (o) vidimus, praefuerit (p) Gothardum praeterea anno 1005. ad Hersfeldensem Abbatiam, quo ipso anno abierat, antecessor, Bernharius, translatum referant Scriptores omnes, quid ipsi Winckelmanni domestici licet scriptoris et libris praeterea documentisque sufficientibus instructi et assidui alioquin et relationi in arce Eichensi legendae fidendum sit, patet clarissime.

§. XXXII. Novo proinde Abbatis axiomate celebratus Gothardus, alias Gotthardus, Gothehardus, Godehardus in monumentis publicis quoque exaratus / vir inter illustres Germaniae viros, qui saeculo X. et XI. floruere, haud infimus, Bavaria e superiore oriundus, natusque circa annum Christi 960. in villa Ritenbach, dioecesos Batavensis, pius et honestis, sed pauperioribus parentibus. (q) Factus exinde monachus

ac

(o) Nempe ad observat: (a) §. XXIX.

(p) Totidem verbis hoc testante Gab. Buccelino, in Germ. sacra. p. 52.

(q) Wolfherrus enim in prologo vitae Godehardi p. 15. Fatuitati meae objicitur, non decere, tam praeclari ac insignis viri quasi infimam genealogiam diffamare, ut in ipsa vita. p. 16. 17. 18. Hinc colligas, quam falsi sint Krantzius, L. V. Metrop. c. 7. scribens: Erat (Gothardus) juxta saeculum vir sanguine nobilis, natus ex Comitibus Bavariae, sanguine junctus Imperatori. Hunegue forte se-

quens

ac sacerdos Altahensis, Benedictini ordinis anno 990. aetatis suae anno primo et trigesimo (r). Cum prius in familiaritatem Episcopi Friderici, Salzburgensis, cujus beneficium erat monasterium Altaha inferius, veniens, post triennium apud ipsum exactum, Subdiaconus ab eo fuerat creatus. Exinde post annos quinque anno 996. (s) aut ut alii volunt, anno 997. (t) in Ab-

---

quens aut alium exscribens Büselinus in Germania sacra p. 18. qui eum pariter comitem a Scheyren et S. Henrici Imperatoris cognatum proclamat. Autor versuum in arce Eichensi apud Wincrelmannum in Chron. Hass. p. 260. idem rursus affirmat:

Illustri comitum natus de stirpe Gothardus.

Et jam ante hunc ipsum Reutelius in Chronico Hildesheimensi p. 80. Erat / Gothardus / comes Bavarus Schyringensis. Itemque Bruschius de Episcopatibus p. 201. S. Gothardus, comes de Scheyren, Bavarus, genere illustris, virtute vero et sanctitate illustrissimus. J. G. Leuckfeldius Antiquitatibus Burschfeldensibus p. 90. Natione Bavarum vocat Trithemius de illustr. viris ord. Bened. p. 104.

(r) Lambertus in Chron. Germ. p. 158. Gotehardus monachus factus est anno 991. Godorff Henschenius Comentario praevio S. Godehardi vitae p. 7. editionis Fenzelianae in Supplem. V. Hist. Goth. quam in posterum sequemur, annum contra assignat 990. Et in ipsa vita: Monachus est factus anno aetatis suae 31. h. e. 991. Trithemius in Chronic. Hirsaug. p. 277. In monasterio Altha Godehardus, Hildesheimensis Episcopus, monasticae conversationis indumenta suscepit.

(s) Lambertus p. 158. Anno 996. Gothardus Abbas factus est in Abbatia. Bruschius de Episcop. p. 201.

batem Altahensem, Henrici, Ducis Bojariae jussu evectus, ibidem annos octo, et usque in annum 1005. substitit, quo ipso ad regimen Hersfeldense translatus, eidem omni dexteritate ac integritate per septem annos praefuit, (u) Arnoldo praeposito

postea

(t) Henschenius l. c. p. 7.

(u) Lambertus p. 158. Anno 1005. Bernharius Abbas Herueldensis obiit, cui Godehardus successit. Henschenius l. c. p. 7. Wolfherri vita Godehardi p. 26. At memorato Abbate (Bertholdo, in aliis Bernhardo, lege tamen Bernhario) paullo post defuncto, praedictum Godehardum eis (Hirschfeldensibus) patrem, gubernatoremque, Episcoporum consilio, praeposuit (Henricus Imperator) quem etiam, ut in omnibus eis juxta Domini timorem et monachicam vitam provideret, solenter praemonuit. Autor Chronici S. Egidii p. 582. Henricus, Imperator, posuit S. Godehardum in Episcopum Hildesheimensem, hic Godehardus fuerat Abbas in Hersuelde. Reutelius in Chronico Hildesheimensi apud Paulini in Script. R. G. p. 81. Gotthardus, uti ab Henrico II., quem sanctum vocant, defuncto Bernhardo (Bernhario) Monachus et Abbas olim Altahensis in Bojaria, per Willegisum, Moguntinum, Hersfeldensium praelatus factus fuerat. Confer. Groweri Annal: Fuld: p. 75. In tantum gloriae evectus est Godehardus, ut Hersfeldensi tandem Abbatiae vicinae sociaeque, factus Abbas, revocata veterum morum disciplina, sanctitatis et admirabilium operum fama hujus regionis. Brouschius de Episcopatibus pag. 301. Sigfrid. Presbyter L. 1. Epit. ad annum 1002. Buntingii Chron. Hildesheim. p. 101. b. W. Dilichii Chron. Hass. p. 88. Mabillon. Annal: Bened: T. IV. p. 180. 181.

(postea Abbate et Successore hujus loci) ac Bertholdo usus primicerio commendatis praeterea et ipsi monasterüs Tegerensensi, ~~huic~~ Tegernseano in Bavaria superiori (X) donec anno 1012. quinquagenario anno major, senioque et labore fessus, consentiente Rege Heinrico in Altahense rursus successerit monasterium (Y) priori ibidem auctus rursus dignitate. Ita tamen latere ibidem virtus ipsius non poterat, ut non fulgeret anno 1022. denuo ex eodem ab

---

(X) Vita Godehardi p. 487. Tegernhensem praefecturam post Godehardum accepit Ellingerus anno 1026. rursus depositus suffecto ipsi Albino, Monacho Hersfeldensi, ac anno demum 1030. restitutus, inquit Mabillonius T. IV. Annal: Bened: p. 293.

(Y) Lambertus p. 158. Anno 1012. Godehardus Abbatiam Hervueldensem reliquit, cui Arnoldus successit. Henschen. l. c. p. 7. ad vitam Godehardi p. 487. edit. Leibnit: Et in eodem coenobio /Hersfeldensi/ Godehardus per septem annos digne Deo et hominibus ministravit. Addit: Itaque usque ad annum 1012. et p. 488. Beatus itaque Godehardus, senio et labore jam fessus, et etiam taedio secularis curae repletus, annuente Rege /Henrico/ Hersueldense regimen, praeclaro viro, Arnoldo, suo prius eo loci praepósito, et Bertholdo, aeque venerabili suo primicerio, Tegerense commendavit. Annal: Hildesheim: p. 723. Anno 1012. Godehardus, relicta Hervueldensi Abbatia, iterum remeavit ad Altaha. Mabillon. Annal: Bened: T. IV. p. 230. Ut ergo erret Dn. Olearius, qui hunc Godehardum Abbatem Hersfeldensem anno 1023. egisse autumat, in Chronico Arnstadiensi p. 30. qui tamen eandem Abbatiam jam anno 1012. uti audivimus, reliquerat, tunc vero in Episcopum Hildesheimensem omnino electus erat.

Henrico Imperatore, extractus, ac, licet renitens, suamque indignitatem obtendens, in solium episcopale Hildesheimense, Bernwardo ibidem demortuo, Dominica prima Adventus salū S. Andreae festo / sive IV. Non: Decembris collocatus consecratione ab Aribone, Moguntino Archiepiscopo facta. (Z) Heic demum munus, quod tantum

(Z) Aschaffnaburg. p. 158. Anno 1022. Dominus Bernnarius (lege Bernwardus) Hildesheimensis Episcopus, obiit, Godehardus, ettaha Abbas successit 4. Non: Decemb: ordinatus. Mabillonius T. IV. Annal: Bened: p. 293. qui tamen Nonis Decembris eundem consecratum asserit, nisi forte sit ex describentis, aut typothetae vitio. Henschenius l. c. p. 7. Lamberti Excerpta p. 156. Godehardus, mortuo Episcopo Hildesheimensi, ibidem episcopus instituitur. Annal: Hildesheim: p. 724. Anno 1022. Dñs Bernwardus, Hildesheimensium venerabilis Antistes, XII. Cal: Decemb. ad Christum migravit: in cujus loco Dominum Gerhardum / rescribe Gothardum / Herveldensium et Altahensium prius Abbatem, sanctum, ecclesia sibi suisque utiliter subrogavit. Autor compilationis chronologicae T. II. Leibnit. Brunsuic: Script: p. 65. Bernwardus obiit Episcopus Hildesiensis, cui successit S. Godehardus, ibidem sepultus, qui prius fuit Abbas Hirsfeldensis. Reutelii Chronic. Hillesheimense p. 81. Ita post transitum religiosissimi Bernwardi sedi Hillesheimensi, ubi rex a puero institutus et nutritus, invitus et renitens Antistes constitutus est, anno M. XXII. IV. Non: Decembr: Paul. Langius in Chronico Citizensi p. 770. Cui / Hildesemensi / episcopatui, et sanctum Gode-

tantum decent praesulem, per sedecim annos obiit, abiitque inde e vivis anno 1038. die III. Idus Maji, sive quinto Maji, qui erat

---

Godehardum post restaurationem et reformationem ejus, licet renitentem praefecit, qui primum Altahensis coenobii in Bajoaria fuit monachus, post Abbas Hersfeldensis, et inde assumtus per Henricum Imperatorem, post obitum S. Bernwardi factus est episcopus dictae ecclesiae XIIII. Sifridus Missnensis Presbyter in Epitomes L. I. ad annum 1002. et in Hildesheimensi monasterio, ubi a pueritia enutritus et literis fuit edoctus [Otto I.] posuit episcopum Sanctum Gothardum, qui in monasterio Herueldensi Abbas extiterat. Ysaenac: in den zeiten ward auch Sanct Godehart ein Bischoff zu Hildesheim der ein Abt zu Hersfelde gewest ware. Idem et nobis, quamvis sine anno exponunt versus in arce Eichensi a Winckelmanno in Chronico Hass. nobis descripti:

Illustri comitum natus de stirpe Gothardus
Succedit, sancta vir pietate gravis.
Hinc majora suae virtutis laude meretur,
Hildesheimensi proficiturque gregi. † 1013.

Vt ergo nunc corrigendi sint J. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi p. 277. qui annum reponit 1021. Gasp. Reuschius, qui in libro suo de Episcopatibus Germ: p. 201. Anno 1024. episcopum Hildesiensem ab Henrico II. factum prodit. Gab. Bucelinus, qui Bernwardum anno 1024. obiisse huicque successisse scribit Godehardum; et praecipue G. Helderus in oratione de Gotha, qui ipsum Episcopum Hildesheimensem anno 1060. constitutum asserit.

tunc postridie Ascensionis (α) minime vero anno 1013. qui insignis est W. Dilichii aeque error Winckelmanni in suis Chronicis Hassiacis (β). Sed ut Hersfeldiam regrediamur, consultum erit, Godehardum nostrum curatius intueri. Hic invenimus eum ab ipso Willigiso, Archiepiscopo Moguntino in abbatiam hanc ipsam introductum, quod tamen minime gentium ante annum 983. qui notabilis valde Nicolai Serarii anachronismus est (γ) sed sine dubio anno 1005. aut sequenti etiam, uti

---

(α) Lambertus p. 159. anno 1038. Godehardus Hildesheimensis Episcopus, obiit, cui Dithmarus successit. Henschenius l. c. p. 7. Chronographus Saxo: Anno 1038. episcopus Hildesheimensis, Godehardus migravit ad Dominum. Chronicon Hildesheim. apud Franc. du Chesne in Hist. Franc. T. III. ad annum 1038. Eo tempore pontifex, Godehardus III. Non: Maji, videlicet feria sexta post Ascensionem Domini ex hac vita subtractus ad aeternam. Necrologium Fuldense p. 767. Anno 1038. Godehardus, episcopus, obiit III. Idus Maji. Assentiuntur Reutelii Chronicon Hildesheimense p. 83. Cyr. Spangenbergius in Chron. Mansf. p. 170. b. G. Bruschius de Episcopis p. 201. Buselinus in Germ. sacra p. 18. et in Annal: Germ: ad h. a.

(β) P. 88. in Dilichiano, et p. 280. in Winckelmanniano. Non dubium est, posteriorem ex priori hoc hausisse, non consultis aliis Scriptoribus.

(γ) In Rebus Moguntiacis. p. 715. inter priora Archipraesulatus facta inter 978. et 983. hoc referentis.

utt supra ostendimus, factum est. Noster ab ipso in omnibus accurate instructus, duriora monachis, dissolutiori vitae jam a Bernhardi, Abbatis temporibus adsuetis, ab initio proposuerat, sed monitus ea propter ab Archiepiscopo Willegiso, licentiam ipsis paulo majorem dedit, vel regulas observandi ex debito monasticas, vel aliorsum, et quo vellent, abeundi (S) quod consilium maxima pars eorum

(S) Wolfherrus in vita Godehardi p. 26. Qui illuc per Willegisum, Archiepiscopum, perductus, et per eum etiam, sicut DEO gratias, optime noverat, ad benefaciendum sapienter instructus, in primo adventu gratias divinae pietati referens, ejusque directionem in praeteritis, praesentibus, et futuris sollicite quaerens, primitus eis juxta regulare praeceptum duriora et aspera mandata proposuit, et licentiam eis ad preces metropolitani, aut secum haec celebrandi, aut, quo vellent, discedendi, contribuit. Qui statim unanimiter conspirati, simul omnes / paucis tantum senioribus, vel pueulis remanentibus / egressi per diversa loca variè sunt dispersi. Quos tamen postea, saniori consilio, quosdam citius, quosdam verò serius paene omnes ad ovile revocavit, eosque sub levi jugo Christi facile Domino gubernante, conduna-vit. Consentit vita Gothardi apud Serarium in R. M. p. 705. Perductus in Hersfeldense monasterium Gothardus a Willigiso, Archiepiscopo Moguntino, et ab eodem accurate instructus, ut quemadmodum bene noverat, probe rectèque se gereret, ipso primo adventu suo DEO gratias agens, et ut ab illo in praeteritis, praesentibus et futuris dirigeretur, solicite orans, principio quidem juxta canonis monastici praecepta, duriora et aspera

arripuit, eoque factum est, ut moratos et voluntarios ad regularis vitae normam flexerit, ~~et~~ immorigeros vero vagosque monachos cum tempore tamen ad proprium pristinumque ovile reduxerit, ac intra septem annos locus iste famosissimus priorem vitae monasticae splendorem recuperaverit; regnum se accepisse, non monasterium, professus, destructis cellis propriis, omnia in melior em commutavit statum, stolasque ducentas aureas conflavit, aurumque et pretiosa ibidem magno numero reperta inter pauperes distribuit (ε). Sed hoc in primo praecipuoque etiam loco inter alia ponendum, quod ipse Abbatem agens Hersfeldensem,

---

monachis proposuit, sed tamen rogatus ab Archiepiscopo, copiam eis fecit, ea cum ipso conjectandi, aut quo illis visum esset, discedendi. Conf. Mabillon. in Annal: Bened: T. IV. p. 181. Siferidus Presbyter p. 690. Gothardus in Altahense monasterio nutritus ibidem Abbas factus ab Henrico, Imperatore, per Willegisum Herveldense regimen suscepit.

(ε) Lamberti Excerpta p. 156. Tunc destructis cellis proprietatis, intravit reformare in melius, regnum se accepisse dixit, non monasterium; ideoque plurima pretiosa dedit pauperibus. Stolas ducentas aureas conflavit per ignem, aurum pauperibus distribuit. Wolfherri vita Godehardi p. 26. Civitatem vero ipsam et claustrales cohabitationes a superfluis et ineptis plurib us aedificiis illico purgavit, et in condignam monachicae necessitatis habitudinem honeste reformavit, et cum inibi inventis, et aliunde acquisitis fratribus in eodem coenobio per septem annos digne DEO et hominibus laudabiliter ministravit. Adde Broweri Annal: Fuld: p. 94.

densem, amplificator Gothae, civitatis pomoeriorum, orientalis praecipue partis, sub Henrico II. Imperatore à compluribus et haud injuria scribatur et habeatur (I) indeque factum fuisse credendum est, ut mortuus et a pontifice Innocentio secundo in consilio Remensi in Sanctorum numerum relatus, ab ipsis Gothanis peculiari hac felicitate, quae Abbati in vicinia a pontifice et universa ecclesia contigit, motis, et ob accepta ab ipso beneficia, non ingratis, Menigotho, Abbati, conditori, praelatus, et ex more illius seculi an superstitione? in patronum urbis praecipuum fuerit electus, in literis publicis communiter audiens der heilige Bischof und Hauptherr (II) docentibus hoc clarissime sigillis, quae hodie adhuc supersunt, hujus civitatis, quae propterea T. III. N. 19. et 20. aeri incidi et L. B. repraesentari fecimus (III) Sane

(I) Eo et abit W. E. Tenzelius in Supplem: II. Goth: p. 24.

(II) Vide C. Sagittarii Chronicon Gothanum. p. 6. W. E. Tenzelii Supplem: II. Goth: p. 115. 116.

(III) Majus haec verba circa exhibet: Sigillum civium in Gota. Alterum et minus ipsa: Sigillum sive signum secretum civium in Gothe. In utroque sedet Episcopus, Godehardus, in majori dextra pedum, in minori dextra librum, sinistra in majori librum evangeliorum, in minori pedum tenens, eodem praeterea in habitu pontificali, quem infra in nummis quoque Abbatum Hersfeldensium contemplaturi sumus, in majori sigillo utrique lateri adscriptum adhuc est: Sanctus Godehardus.

majus uti antiquius, non diu post canonisationem ejus anno 1250. jam in literis, hodienum visendis, occurrit. Unde constat, Gothanos inter primos fuisse, qui a novo hoc Sancto nova urbi incrementa, assumendo ipsum in Patronum et protectorem primarium speraverint expectaverintque. Hinc etiam Vicariam S. Godehardi Waldeberi in curia Gothana anno 1364. in honorem ipsius fundarunt, triennio post a Gerlaco, Archiepiscopo Moguntino, comite Nassovienſi, anno nempe 1367. confirmatam (1). Inter alias multas, et prope innumeras reliquias Sanctorum et S. Godehardi particulam venerati sunt Gothani, indulgentiasque propterea a pontifice concessas acceperunt; imo et fontem ab hoc S. Godehardo voluere denominatum, quem Brullii hodienum esse existimat B. Tenzelius (K). Hildesheimii vero, dum egit, extruxit monasterium, quod juxta dictam civitatem S. Bartholomaei honore fuit dicatum, in quo quia tumulatus, hodie ad S. Godehardum etiam revocatur. (Λ) Ob vitae sanctitatem

(1) Sagittarius ibid. p. 411. item p. 140. 141. Tenzelius Supplem: II. Goth: pag. 25. et 168.

(K) Supplem: II. Goth: pag. 25. et 69.

(Λ) Browerus Annal: Fuld: p. 75. Vitae Godehardi p. 492. Heineccii Antiquit: Goslar: p. 136. 137. 138. Trithemius Libro de viris illust: Ord: Bened: L. IV. c. 217. Rexit ecclesiam sibi commissam strenue 16. annis, construxit monasterium juxta civitatem Hildesheimensem in honorem S. Bartholomaei Apostoli, in quo ipse jacet sepultus, nomen ex suo praebens coenobio.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

tem post obitum suum Catalogo Sanctorum, consensu Innocentii II. et Concilii Remensis, (u) uti diximus, illatus est, elevatione corporis sui, anno 1132. per Bernhardum, primum Episcopum Hildesheimensem, facta opera vero Bertholdi, praepositi sui, qui episcopus sequenti 1133. anno Abbatiam eo in loco erexit, corpore ejus sarcophago argenteo deaurato gemmisque ornato, incluso. (v) Vita caeteroquin ejus et miracula a Wolfherro, S. Wolferio, Hildesheimensi canonico, Godehardi discipulo et in plerisque oculato teste, prolixe descripta sunt, (va) quae non solum Christophorus Brouwerus suis sydoribus illustrium S.S. Germaniae Moguntiae editis, sed et Johann. Bollandus Actis S.S. cum Gotfredi Henschenii notis (vv) et Mabillonius Annalibus suis Benedictinis, et tandem B. Dn. W. E. Tenzelius Supplemento historiae Gothanae W. anno 1716. post fata sua edito, intulit. Illud non omittendum censemus, eo tempore, quo Abbatem Altahensem egit Godehardus, ab anno scilicet 997. usque 1005. regnante Henrico II. Imperatore, fuisse in Thuringiae partibus quendam virum nobilem, dignitate et meritis illustrem, nomine

---

(v) Reutelii Chron. Hildesh. apud Paul. p. 87. Engelhusii Chronicon p. 225. Behrensii Catal. Praepositt. Hildesh: p. 12. Autor de Landgraviis Thuringiae apud Eccardum p. 372. Anno Domini 1132. translatus est S. Gothardus in Hildesheim. IIII. Nonas Maji.

(va) Mstum extat in Graecia, urbe Styriae apud Jesuitas, aliudque Bambergae in S. Michaëlis monte, ordin. S. Bened. monasterio.

(vv) T. I. Maji die IV. a f. 501. usque 530. scilicet inserta. Daniel Papebrochius vero T. VII. Maji praecedentibus multa adjicit a f. 580. usque 583.

Guntherum / Guntharium / (ZZ) factum monachum Hersfeldensem. Hic, peccatorum juventutis poenitentia ductus, Hersfeldiae Godehar-
dum,

(ZZ) Hunc ego Comitem de Kevernburg aut potius de Schwarzburg autumo, quoniam haec familia illustrissima tunc temporis maxime nobilis, dignitate praeterea et meritis illustris in Thuringia florebat, nomen Guntheri eidem non solum hoc, sed et prisco jam aevo admodum familiare prae alüs erat, perinde ac Egonis praenomen Furstenbergüs, Eutelfridi, Zollenhensibus Emichonis, Leinigensibus Simonis Lippiensibus; quod ipse Guntherus praeterea multa in bonis et insignem haereditatem a parentibus adeptus erat, tum apud saeculum ex rerum copia tumens et nobilitate generis vanescens dicitur et monasterii Gellingensis fratribus de vitae necessarüs solus voluit prospicere, quod eam haereditatem sine consensu agnatorum et haeredum suorum alienare non poterat, quod cognatione Stephanum, Regem Ungariae attingebat, quod Bretislaus, Bohemiae Dux, eum in solitudine sua deprehendens ipsi suadebat, ne ulterius tam nobilis vir hominibus lateret, incognitus, sed ad terram sui ducatus melius fovendus perduceretur. Sane Guntheri filius erat Bertholdus, qui, si Eliae Reusnero, auctori operis chronologici fidendum, patri 1131. successit, et anno 1172. obüt. Hic pariter Monasterium Ratisbonense singulariter dotavit, referente hoc nobis vita apud Bollandum et Henschenium T. II. mensis Febr: p. 370. Praeterea Bertholdus, vir nobilissimus, de nigro castro / vides L. B. et heic rursus eundem nobilissimi titulo tantum insigniri / per manum mediatoris, Conradi Imperatoris, dum irent Hierosolymam, triginta aratra eidem claustro, in villa, quae dicitur Didenburg, cum silvis et omnibus pratis et appendentüs suis eisdem ardenti desiderio contituit. Cujus uti praecedentis apud neminem Schwarzburgensium Scriptorum hactenus deprehendi factam mentionem.

dum, Abbatem, huic ecclesiae noviter a Caesare, Henrico praefectum, adeoque circa annum 1005. vel 1006. (ut Lambertus vult) accessit, suaeque conscientiae aperuit arcana, quem benevole susceptum et blanda consolatione erectum, spretis ab ipso seculi delicijs, ordini monachorum ibidem adscripsit vir Dei (o) traditis, consensu agnatorum, ab ipso corporis et animi infirmitate diffidente, vicissim S. Wigberto loci conditori, bonis suis, quae haereditatis jure a parentibus suis possidebat, (π) hoc tamen pacto, ut ipsi liceret, in monasterium Gellingen secedere, fratribusque ibidem DEO servituris victum amictumque providere. Sed animae magis, quam corporis dispendium, hoc si recens converso, concederet Godehardus, ipsi impendere metuens, avocare eundem ab hoc consilio, modis quaerebat omnibus, ipsum laico adhuc habitu utentem secum ducens in Altahense monasterium. Aliquantum heic moratus, consultius ipsi tironi videbatur, antequam se profiteretur monachum, Romam petere ipsam, indeque Apostolorum ac aliorum Sanctorum intercessionem pro peccatis suis, precibus et visitatione templorum, promereri. Permisit hoc ipsi Abbas Godehardus, abät, redüt, et ante altare S. Mauritii cingulum militare posuit, caput et barbam totondit, /qui initiandi novitios tunc erat ritus/ et praevia decenti petitione

(o) Vita S. Guntheri p. 568. apud Canisium T. II. L. et p. 566. Lambertus p. 158. anno 1006. Guntherus nobilis vir de Thuringia monachus factus est Hervueldiae, sed postea et Altaha transivit, consilio Godehardi Abbatis.

(π) Guntheri vita a Wolfherro scripta. d. l. p. 566. Multiplicem suae haereditatis proprietatem, quam acceperat a progenitoribus, S. Wigberto, cum consensu haeredum suorum firma traditione totam delegavit. Conf. Mabill. Annal. Bened: T. IV. pag. 129.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

in numerum novitiorum admissus est, aliquandiu tamen antea, ut moris est, in habitu seculari probatus, ac habitu tandem monastico ab Archimandrita suo, Godehardo, donatus est. Venit ex illo tempore ipsi denuo in mentem pactum supra memoratum, petitque ab Abbate, ut liceret sibi repatriare, et Iburum Gellingen eo modo, ut supra diximus, incolere, quod et ipsi, ne in omnibus adversari videretur, concessit, ratus, fore aliquando tempus, quo illicita animo reprimeret et ad meliorem cum DEO et die rediret mentem. Gellingam autem eo exinde ingresso, et necessaria omnia pro necessitatibus fratrum disponente, non sine diaboli tentationibus / sic opinabantur ipsius seculi homines / fiebat, ut paupertatis et laboris non satis patiens variae injicerentur remorae et impedimenta, de quibus equidem conquerebatur apud Abbatem, consilium et auxilium ejus simul expetens, ipse vero tum eum consolando, tum animum ipsius, pro re nata, corrigendo, suum faciebat officium. Nempe primum blande eum corrigebat, nimium vero deinde ab eo lacessitus, hoc aliquando ipsi dabat responsi, ut aut DEO devotus maneret, aut ad seculum rediret. Hoc exhorrescens responsum Guntherus, et ab ipso Henrico, Imperatore salutaribus monitis emendatus / suggesserat enim ei Godehardus facta omnia / pactione priore missa, lapsuque agnito, querela etiam omni sepositа, ad Altahense revertitur monasterium, omnem praestiturus in posterum, secundum ordinis regulas, obedientiam. Biennium sic postquam exegisset, ad solitudinem, Abbate annuente, secessit. Ubi ita in sancta humilitate vixit, ut Arnolphus, monachus S. Emerami, ipsius aequalis, scribat, nullum monachorum ea aetate ipsi objecto in habitu fuisse comparandum, dum de eo sic: Est quidam, ut aestimo, adhuc in vita, senex religiosus, ex laico conversus, nomine Guntharius, qui

qui apud saeculum aliquando ex rerum copia tumens, et nobilitate generis vanescens exstitit superbiae filius: sed per misericordiam DEI post factus est tam humilis monachus, ut merito non possim aut debeam illi comparare ullum nostri temporis cucullatum de vanitate saeculi conversum. Fama interim hac rectioris vitae ab ipso ingressae, ad Stephanum, Ungariae regem etiam, cui affinitate erat junctus, perlata, illum ad se evocaverat per nuncios, et quidem non vice simplici. Tertium autem cum id expeteret, petito ejusdem tandem dabat locum, et accepta Abbatis et fratrum benedictione, ad ipsum cum nuncüs contendit. Ibi appellans omni cum humanitate ab ipso exceptus est, eadem cum eodem usus est mensa. In hac cum aliquando urgeretur a Rege, ut üsdem cibis et carnibus vesceretur, contra votum suum ipse vero precibus ad Deum cum lacrymis fusis istud deprecaretur, ne illicitis et vetitis inquinaretur, exalsatus mensaeque appositus pavo e patina illico avolavit (ππ) miraculo hoc magna ipsi reverentia fuit conciliata, veniaque abeundi mox data. (c) Spretis his igitur laudibus domum regressus, secessum sibi in saltu Bohemico, permissione sui Abbatis, quaerit, ac ibidem anno 1008. in loco Kicsrach vocato, invenitur (b) cellulam ibidem in S. Johannis honorem construens, ac per triginta et septem annos ibidem in summa rerum inopia subsistens. Arnolfus S. Emerami coenobita, explicatius de eo loquitur, scribitque, Guntherum in coenobitica rite probatum palaestra, solitariam vitam aggressum fuisse: atque ut eo majori cautela se aptaret, montem quendam petüsse, a monasterio uno milliari distantem, quem Zanoingam nominavit: in quo paene per tres annos consistens mo-

(ππ) Mabillon. T. IV. Annal: Bened: pag. 189.
(c) Mabillon. Ann: Bened: T. IV. pag. 189. 190.
(b) Lambertus pag. 158. Anno 1008. Guntherus monachus eremum petivit.

dico victu ac humillimo habitu, parvaque cella contentus erat, verum cum a multis illic conveniretur, veritum, ne frequentia populi et gloriola seculi sibi sub specie religionis quid de veris surriperet aut minueret bonis, inde fugisse in eremum, quae Aquilonaris sylva vocatur, ibique singulare certamen contra diabolum iniisse, multasque tentationes pertulisse. Henricus rex in diplomate anno sequenti 1009. Idus Junii dato | ecclesiam illam vocat sitam eremo, quae vocatur Wortwald, a Guntherio monacho inibi primitus vitam eremiticam ducente, constructam in honorem victoriosissimae crucis, sanctaeque genitricis Mariae, nec non B. Johannis Baptistae, in usum fratrum ibi DEO sub regula S. Benedicti servientium: quibus quoddam spatium terrarum concedit ob interventum conjugis suae, Chunigundae, Reginae, Brunonis, Augustensis ecclesiae praesulis, Eberhardi Ratisbonensis, et Bennonis, Pataviensis, Episcoporum (T) Caeterum annona ei ejusque socüs e vicino monasterio suppeditabatur, sed vüs ob hiemis injurias interclusis, nec panis eis suppetebat, nec aquae satis, nec interdum ad mensuram etiam, Scripturae cognitio ipsi nulla, nisi psalmorum quorundam, earumque rerum sacrarum quae auditu saltem perceperat, tantae tamen penetrationis, ut auditores „suos non sine fructu, perorante inprimis eo in festivitate S. Johannis Patroni sui, dimitteret, scienter cum Benedicto nescius, et sapienter indoctus. Multae equidem in ipso praeterea virtutes, sed tolerantia in adversis emicuit, et dum saxum etiam ipsi pro lecto erat, vestigia et illi post mortem reliquit impressa. Contigit denique ut

(T) Verba sunt Mabillonii T. IV. Annal: Bened: pag. 202. 203. quae studio retinui.

ut, cum Bretislaus Dux Bohemiae (*) Polonia subjugata rediret domum, inter venandum in urbis Bragae venerit confinium, ibidem venaturus. Heic occurrit ipsi cervus mirae magnitudinis, quem cum insequeretur, deducit ipsum ad quendam locum, ubi stat, nec progredi audet, subito ipsi desuper audita vox: Bretislaë, non semper, quae alta sunt DEI consilio, desiderio appetas, sed humilia sectare cum humilibus. Hoc enim in loco latet thesaurus DEI, qui quondam amabilis, nunc vero et in futura tempora cunctis quaerentibus pie desiderabilis. Hoc audiens, timore omni abjecto, surgit, et rivulum, virenti gramine circumdatum conspicit, unaque lapidem mirae magnitudinis, et super eum cellulam e lignis et virgultis constructam, quam cruce ante signatus, dum intrat, senem, canitie venerandum, et veluti orantem invenit. Illum quoque senex conspicatus, bono jubet esset animo, professus, se esse Guntherum illum, qui ipsum è sacri baptismatis fonte levasset, diversis simul hujus rei eidem indicatis signis et expositis indiciis. Dux ad se rediens causam hujus electae solitudinis exquirit, et duras admodum vitae monasticae, rogans amicissime, ut ad suos rediret, ab iisdem meliori modo suspentandus. Sed dum renuit, seque ipsi commendat, inter alia memorat, se cras hora tertia moriturum, rogare se propterea ipsum, ut mortuum Brunoviae sepeliri faciat. Ille dictis ingemiscens et ingeminans: O canities veneranda! cur me filium spiritu-

(*) Hinc conjicio, Gontarium, monachum esse hunc, de quo diximus, qui Henrico III. Bohemiam invadente anno 1040., referente Chronographo Saxone, missus fuerat ad pacem firmandam, qui de eo p. 248: Donec et venerabili viro Gontario, Monacho cum legatione Regis adveniente, pace data et accepta victores redierunt.

alem, vix notum tibi, relinquis? adeo nec mihi praesidio erunt in posterum tua jejunia et orationes? Legesoit ille: Secretum nolim prodas, craftinoque non tarde rediens morti meae interesse poteris, dataque protinus ipsi benedictione, eundem dimisit. Altero statim die, licet autumnali tempore, Bretislaus cum Severo, Episcopo Pragensi, se in viam dant, ad cellulam perveniunt, Guntherum psallentem et orantem summo diluculo offendunt, qui, missa celebrata, ipsoque corporis et sanguinis Christi viatico sumto, hora diei tertia intercanendum spiritum DEO reddidit, suavi odore, post mortem è corpore relicto, die VII. Idus Octobris, anno 1045. (v) (1047) (g) Corpus ejus a ferocibus equis mansuete tractum, in monasterio Brevnoviensi quod triginta stadiis à Praga distat, ubi vir sanctus optaverat, sepultum ab ipso Bretislao fuit, ubi per ipsum in hunc usque diem multa fieri dicuntur miracula. Superest, ut Guntheri et Godehardi vitae clausulam non admodum de Zbo. Sóloys quibusdam multisque ad Pontificiam religionem fulciendam sine dubio confictis sollicite claudamus Melchioris Cani judicio L. II. Locorum communium. Suetonium res Caesarum longe incorruptius et integrius exposuisse, quam Catholici solent, qui non res dico, Imperatorum, sed martyrum, virginum, et Confessorum sparsos rumores vulgi exceperunt, et ficta pro veris ad posteros retulerunt; itemque beati

Rhe

(v) Wolferi vita S. Guntheri Eremitae apud Canisium in L. A. p. 575. 576. Hermannus Contractus ad h. a. Mabillon. T. IV. A. B. p. 470.

(g) Lambertus in Chron. p. 160. Anno 1047. Guntherus / de Thuringia eremita obiit.

Rhenani in praefatione super Historiam ecclesiasticam Eusebii: In eremitarum et divorum vitis, docendi gratia, plurimum sibi indulsit antiquitas, dum perfectissimam vitae formulam legenti delineat. Ac tandem Joachimi Vadiani de Collegiis monasteriisque Germaniae p. 41. Et experta est nostra aetas, quid aemulatio religiosorum posset, ut morbum illum finamus sectis religionum cognatum, quo in suis laudandis efferendisque nullum modum tenuerunt.

§. XXXIII. Godehardo ex Hersfeldensi ad Altahense monasterium anno 1012. decedente, huic dignitati ab Henrico II. Caesare haud indignus judicatus fuit Arnoldus, vel, ut alii, atque minus recte, ut credo, audit, Arnolphus s. Arnolfus, praepositus antea hujus ipsius Abbatiae Hersfeldensis (X) vir, ut decebat, multae gravitatis, et, ut Autor

(X) Lamberti Excerpta p. 156: Successit Herveldiae Arnoldus, ex praeposito ejusdem loci Abbas, districtae veritatis vir. Idem in Chron. p. 158. Cui Gothardo anno 1012. Arnoldus successit. Godeharti vita p. 481. Beatus itaque Godehardus, senio et labore jam fessus, et etiam taedio saecularis curae repletus, annuente rege, Herveldense regimen praeclaro viro, Arnoldo, suo prius eo loci praeposito, et Bertholdo, aeque venerabili suo primicerio, Degenense commendavit: sicque ad Altaha remeavit; et Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 572. Arnolphus, Abbas Hirsfeldensis, quem sibi successorem in Abbatia S. Gothardus, reversurus ad monasterium suum Altha substituerat. Mabillonius annal: Bened: T. IV. p. 230. Ut ergo supra laudatus Trithemius nunc insigniter vicissim erret, quando l. c. pergit: Anno 1036. fit Episcopus ecclesiae Gadebrunnensis. Nam Arnoldum, vel, ut ipse illum supra appellavit, Arnolphum, cum Rudolpho, Abbate Hersfeldensi, infra plu-

Annalium Hildesheimensium eum dilaudat, (Ψ) pater monasterii Herueldensis, praecipuusque in diuinis et humanis rebus; judicioque Trithemii (w) vir ad regimen animarum multum idoneus, in diuinis scripturis doctus, eloquio disertus, et praedicator DEI sermonum egregius, nec minus sanctimonia vitae, quam eruditione ac multitudine scientiae illustris ac venerabilis. Sed nunc pro more ad reliqua ejus vitae. Sane, quando Henricus claudus, Caesar, marcam Lupenzo universam monasterio Fuldensi assignavit, tractumque nemorum immensum ex eodem limite Lopponi donavit Abbati, factum hoc esse asserit Browerus, adprobantibus istud Ercenbaldo, Moguntiacensi Archiepiscopo, Arnoldo, Herfeldensi abbate (a) et accolarum primoribus. Atque dum hoc ipso tempore Fuldensis et Hersfeldensis familiae creberrimas contentiones, rapinas, et nonnunquam etiam seditiones inter se exer-

---

ribus memorando, perperam confundit. Mas. Rev. Dn. Olearius hujus quoque abbatis meminit ad annum 1025. in Chron. Arnstadiensi p. 30. Quod si esset ipsi de eo diploma ad h. a. ut illud aliquando in lucem proferat, publice eundem obtestamur. Quando Necrologium Fuldense 7 Id. ad an. 1022. haec refert. Praepositus gestis Arnold imitandus in almis suspicari mihi liceret, annon hunc Arnoldum intelligat, ex quo mense Gotehardus ad Hildesheimensem Episcopatum scilicet obiit hoc anno.

(Ψ) pag. 726. T. I. Leibnitii S. B. et apud Franc. du Chesne T. III. Hist: Franc: p. 522.

(w) In Chron. Hirsaug. p. 172.

(a) Browerus Annal: Fuld: p. 288.

exercerent, et subditos modis infinitis invicem vexarent, et depraedarentur, itemque de Decimis etiam haud raro litigarent acriter, propterea quae continuae innumeraeque querelae deferrentur ab istis ad Imperatorem Henricum, judicem tunc temporis, uti supra audivimus, rerum et personarum ecclesiasticarum unicum, iisdem tandem motus, publicum, consentiente utroque Abbate, severissimum dedit interdictum, excoriationis supplicium nempe sacinoris autori statuens, et in alios complices omnes magna severitate simul animadvertens. Meretur omnino, ut integrum, ob singularia multa, quae continet, et jure suo una particularum variorum Germanicarum antiquitatum censeri potest, Diploma (b) huic inseramus doleamusque merito, quod annus (bb) uti plerisque Browerianis, quo datum illud est, pro more tamen seculi, non sit et idem adjectus: In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Romanorum Im-

(b) Hoc nobis primitus et suppeditavit C. Broweras in Annal: Fuld: p. 254. Dehinc Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae p. 60. postea celeberrimus Lunigius in Spicilegio ecclesiastico tom. II. pro Reichsarchivo. T. III. p. 156. a. b. et novissime hoc Legibus suis Salicis et Ripuariorum, velut appendicem ob ejus dignitatem cum aliis hujus generis inseruit vir doctissimus et celeberrimus, Amicus et fautor noster singularis Jo. Georgius Eckardus. p. 201. 202.

(bb) Si conjecturae locus est, et putarem hoc anno 1020. factum esse, quippe quo non solum Fuldae praesens fuit Henricus Imperator, sed et pontifex Benedictus multa ius privilegia impertitus, teste Necrologio Fuldensi p. 767. quo fieri potuit, ut Hersfeldam simul excurrerint, aut Abbatem Hersfeldensem accesserint.

perator Augustus. Omnibus fidelibus, tam futuris, quam praesentibus, notum fore cupimus, qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob innumeras et frequentes seditiones et contentiones, quae crebrerime fiebant inter Fuldensem et Hersfeldensem familiam, quae insania in tantum prorupit dementiam, ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia, et inde maximum detrimentum utraque pateretur Ecclesia. Quapropter, ne talis ac tantae praesumtionis audacia, sine digna ultione inter utrasque familias diutius remaneret, cum consensu et consilio utrorumque Abbatum, Richardi videlicet et Arnoldi, aliorum fidelium nostrorum, per hujus chartulae praeceptum, tale constituimus praeceptum: Ut primum omnis injustitia, quae jam per multa tempora incorrecta permanserat ab advocatis et praepositis illorum utrinque corrigatur, deinceps, si quis ex familia utriusque ecclesiae alignem servorum vel S. Bonifacii, vel S. Wigberti, insequeretur, vel ausu temerario et armata manu ad occidendum, vel ad depraedandum ejus curtem, sive domum infregerit, et eum impugnaverit, illi, qui hujus facti dux et princeps fuerit, tollatur corium, et capilli, et insuper utraque maxilla ferro candenti comburatur; reliqui ejus sequaces cute et capillis priventur. Si autem ibi aliquis occiditur vel vulneratur, auctor homicidii, vulneris vel obtruncationis Wergeldum (c) illi ecclesiae, cujus homo est occisus, vel truncatus restituet.

Et

(c) H.e. aestimationis pretium, quo quis mortuum luit juxta Speculum Saxonicum, damit man einen Todten verbüßet. h.e. 24. alte Schof. Haec compositio hominis olim Leudis dicta. Confer. celeberrimi J. G. Eckardi annotata in Leges salicas et Ripuariorum. p. 97. 168. 202.

Et in quocunque loco, aut ex una aut ex alia familia aliquis occidatur, nisi ille, qui homicidium facit, probabiles testes habeat, aut per ferrum candens (d) hoc probare valeat, quod ob aliam causam non fecisset, nisi quod de impugnatione ipsius aliter vim ejus vivus effugere non potuisset, supra dictae poenae subjaceat: si autem hoc probare potest, nihil patiatur, nisi quod hactenus ipsa ecclesia pro lege habuit. Istud constitutum advocatus (e) in cujus regimine hoc evenerit, cum consilio utrorumque Abbatum fideliter adimpleat. Si autem advocatus aut mercede conductus, aut misericordia amicorum motus aliqua calliditate hoc decretum facere noluerit, advocatione (f) careat, et gratiam regni (g) amittat; nisi hoc juramento probaverit, quod invasorem invenire non possit, et quam citissime repererit, judicium et justitiam Ecclesiae faciat. Quodsi ipse advocatus reum acquirere non potest, fideles Abbatis (g) vulgari persecutione acquirant, et

(d) Purgatio haec tunc admodum consulta, hodie obsoletis adnumeranda. De qua legi merentur ejusdem laudati Dn. Eckardi Observationes, l. c. p. 98. qui judicii ferri candentis ritum ex Lithoco ibidem fusius exponit, hodieque diversae de hac purgatione integrae multae exstant Dissertationes in etcademiis editae.

(e) Lege, si cupis, in hanc rem C. L. Schurtfleischii elegantissimam dissertationem, de Advocatis veteris ecclesiae.

(f) Er soll seiner Vogtey hiemit verlustig seyn. (g) Er soll in des Königs und des Reichs Ungnade verfallen seyn.

(g) H. e. Jure feudali obstricti. i. e. Vasallen und Lehnleute.

ad praedictam poenam repraesentent. De Camerariis vero et Cincernis (h) aliisque honoratis utrorumque Abbatum hoc constituimus, ut si quid tale aliquis eorum fecerit, praedictae poenae subjaceat, vel libris decem talentorum (i) redimatur. Et hoc firmiter praecipio, ut semel recte definitam causam nullus iterare audeat. Si autem vel ipsi Abbates hoc decretum infregerint, ad regalem cameram duas libras auri (k) persolvant. Verum licet aequitatis dictante justitia, de ambabus ecclesiis pariliter definitum sit, tamen considerandum est, quod Domini Apostolici Fuldensem super omnes ecclesias Galliae (l) praeposuerunt, minorque cedat majori. Nunc ad alia. Anno 1005. Gero, Archiepiscopus Moguntinus, anno regiminis sui tertio, cum Magdeburgi Beatae Mariae instituere ecclesiam, et canonicorum simul monasterium, illudque insigni fundorum et jurium adparatu instruere atque dotare, inter alia etiam ab Arnoldo, Hirsfeldense Abbate, pro decima cujusdam villae Dorlingae in dioecesi Halberstadensi per commutationem impetraverat / sic enim verba diplomatis mox sequentis capio / quatuor mansos in Karelesbach et Karlstadt sitos, eo fine, ut

---

(h) Ex hoc loco patet, tunc Abbatibus illis fuisse ministeriales certos, nempe Camerarios et Cincernas, quorum officia ex illo tempore facta fuerunt hereditaria.

(i) Mit Zehn Pfund Silber oder 10. March Silbers; tunc initio libra et talentum aequipollebant, ut alibi ostendi; heic conjunguntur.

(k) Zwey Mayrg Goldes.

(l) H. e. Germaniae utrinsque, cis et ultra Rhenum, cum Lotharingia.

ut de ipsa hac decima, ea, quae vetustas in lignorum instrumentis
censum ferit, reparentur. Dignum est diploma, ut integrum heic legatur;
In nomine Sancte et individue trinitatis. Gero solo nomine Archie-
piscopus, licet indignus. Omnibus ecclesie catholice fidelibus. No-
verit universitas fidelium, tam presencium, quam futurorum, qua-
liter nos, ad augmentum divini cultus, pro salute anime nostre et
predecessorum nostrorum Archiepiscoporum, ecclesiam in honore be-
ate Marie a fundamentis ereximus et in ea congregationem clerico-
rum collocavimus, quos etiam in nostre congregationis fraternitatem,
sanctorum videlicet Mauritii et Innocentii, martyrum, susceptos
nostra diligentia firmiter stabilivit. Hec sunt autem, quae ad su-
stentationem eorum, et post ipsos futurorum perpetuo possidenda
contulimus. In villa Rodenuorde XXII. mansos. In villa Winkel-
dorp VII. mansos; in Ryere IX. mansos; Navicum Ryere totum,
X. scilicet mansos; In villa Mülinge Slavorum hobas VI. In villa
Wellesleve VII. mansos cum possessoribus eorum; Villam Swalesse
totam, X. scilicet mansos cum colonis eorum. Civitatem Frese,
cum omnibus, quae ad eam pertinent, quaesitis inquirendisqz
areis, edificiis, pratis, pascuis, aquis salsis et insalsis, et quic-
quid in ea utilitatis esse poterit, in mercatu theloneo et Moneta,
et Capellam ejusdem civitatis, in honore sancti Laurentii dedi-
catam, cum dote sua, VII. videlicet mansis et decima ipsorum,
et prato, quod adjacet Albi, quod Frosmae gewisshe dicitur;
Villam quoque Kanoldesthorp cum decima et mancipiis utri-
usque sexus in ea commorantibus. Mansum unum in villa

Euenthorp cum tota decima ejusdem ville; In villa Rotordastorp V. mansos, et ecclesiam ejusdem ville cum tota sua; In villa Mose V. mansos XV. solidos solventes; In villa Salbecke X. mansos, cum silva, quae intercluditur antigua et nova Ubi certis terminis dispositа, a viro nobili Harterado, centum talentis Colbratis comparata, legitimis ejus heredibus consentientibus, et compromittentibus, in praesentia Domini Heynrici, regis secundi, consistente eo Valehusen, anno regni ejus XII. Item villam Volcmoreslorp, a quadam nobili matrona Emmeke vocata, precio centum LXX marcarum comparatam, ut quidquid ex ea utilitatis provenire poterit, tam in areis, quam in edificiis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, rivis rivorumq, decursibus, mancipiis, totum in usus fratrum novelle plantationis cedat. Addimus et huic donationi nostre quasdam res proprie utilitatis nostre in villa Oddenheim et Oddenbor LXIV. mansos et XV. mansos in villa Rothmaresleve, quatuorque mansos in Karelesbach et in Karlstat sitos dedi cenobitis in Heroldesveld, pro decima cujusdam ville Dorlinge dicte, in parrochia Halverstadensi site, ut de ipsa decima ea, quae vetustas lignorum instrumentis consumpserit, reparentur. Predictam vero canonice familiam hoc donamus libertatis privilegio, ut nullius expeditionis, aut alterius servicii incommoda exactione graventur. Canonici autem defuncto praeposito, vel decano, non cogantur alios accipere nisi suos probatos vita et moribus elegerint. Quodsi in eligendo

gendo partium vota se diviserint, alius alium clamantibus, sanior pars, favente gratia episcopi, quem elegerit, obtineat. Idem vero qui et praefectus est urbis Magdeburgensis, advocatus eorum sit, nullumque pro se sibi advocatum, nisi rogatu canonicorum substituat. Hujus rei testes sunt confratres nostri et chorepiscopi Meynwertus, Hildewardus, Enicus, Wigo et Nazo, fratres de sancto Mauricio, Heriman decanus, Helmericus, presbyter, Hildebrandus, presbyter, Theodericus, presbyter, Stephanus, presbyter, Geddo, presbyter, Fridericus, diaconus, Meyngoz, diaconus, Gero presbyter, Stuart, diaconus, Eric subdiaconus. His igitur diffinitis, et certis testibus assignatis autoritate sancti Spiritus in virtute Domini nostri Jhesu Christi excommunicamus et eterno anathemate a societate superorum civium sequestramus, si quis hanc nostram sanctionem presumserit violare et temeritatis ausu in aliquo temptaverit annullare. Data ydus Decembris anno Dominice incarnationis M XV. indictione XIV. presidente sancte universali Romane ecclesie Benedicto, papa octavo. Anno autem glorioßißimi Heynrici, regis secundi regni XV. imperii tercio. Anno quoqz Pontificatus Geronis Archiepiscopi III. Actum Magdeburg feliciter Amen.

Ex diplomate hoc simul datur intelligere, qua humilitate olim Archiepiscopi incesserint in exprimendis suis titulis, [dum se solo nomine Archiepiscopum, licet indignum, vocat] quod sane alios legas in sequioris temporis diplomatibus, qua intentione fundaverint olim ecclesias et monasteria, in augmentum

scilicet divini cultus et /pro superstitione ipsius seculi/ pro salute animarum suarum et praedecessorum suorum, qui olim fuerint sancti primarii et primicerii Magdeburgenses, S. Mauritius videlicet et Innocentius; quod illo tempore adhuc multi aut notorii a Slavis conditi exstiterint pagi, quam sufficientem novae sacrae familiae et canonicis sustentationem, liberalitate effusa in prima statim fundatione procuraverint, huic quidem statim 182. mansos assignando, octodecimque villas addicendo, cum una civitate Fraza, horum praeterea templis, capellis, decimis, silvis, fluviis, rivis, itemque regalibus etiam, salinis, telonio, monetandi jure, mercata aliisque utilitatibus, possessoribus praeterea, colonis, civibus utriusque sexus, mancipiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis; quod tuno pecuniam talentis libratis solverint; quod insignia ipsis jura et libertates concesserint, ratione exactionum, electionis, praepositi et decani itemque advocati; quod ad durationem et perpetuitatem majorem legatorum suorum horrenda denique addiderint anathemata, quae omnia clarius ex ipso diplomate possunt cognosci. Anno 1023. dum Aribo, Moguntinensis Archiepiscopus, Selingenstadii die VI. Augusti Synodum provincialem Episcoporum et Abbatum pro pace celebri et iis, quae ecclesiae ex usu essent, in monasterio S. Marcellini et S. Petri coëgerat, Trithemius in Chronico Hirsau-

Hirsaugiensi, edit. primae, p. 60. et ex eo Laurent. Frisaeus in Chronico Wurzburgensi referunt, eidem etiam interfuisse Arnoldum, Abbatem Hersfeldensem, quem tamen Trithemius in altera editione hujus Chronici Hirsaugiensis, anno 1030. quae ex S. Galli monasterio prodiit, nescio, qua de causa motus, vocat Arnolphum, Abbatem Aichfeldensem, praesentibus caeteroquin ibidem Aribone, praesule Moguntino, Burchardo, Episcopo Herbipolensi, /quem in prima editione rectius vocaverat Wormatiensem, siquidem hoc anno Wurzburgensi sedi praefuerat Meinhardus, Frisaeo teste/ Brunone Augustano, Eberhardo, Hildesheimensi, Richardo, Abbate Fuldensi, Reginvaldo, Laurishamensi, Herichome Trevirensi S. Maximini, Eberwino Hohenburgensi, Heinrico, Herbipolensi, Sirichone, Schlachterensi, Gerberto, Moguntino S. Albani, Adelberto, Klungenmunsterensi, Rodolphus denique Hildenstadiensi. Ut adeo propter temporis rationem prioris editionis lectionem omnino hic praeferamus, praesertim hactenus ignorantes, ubi locorum degat Abbas Aichfeldensis, Arnolphus contra et Arnoldus passim nominetur apud Autores hujus temporis Abbas Hersfeldensis. Ipsum et deinc anno 1027. /1028./ Francofurtensi Concilio seu Synodo, sub Aribone, Archiepiscopo, iterum indictae, interfuisse, de eo vitae S. Godehardi Autor et Chronographus Saxo Leibnitzianus nos edocent. (m) Non minus et aeternum nomen sibi peperit,

(m) Prior p. 493. Eo anno 1027. vel 1028. Aribo, Moguntinus, /sc. Episcopus/ Francovordi concilium Synodi aduavit, praesidente Imperatore, cum Episcopis XXIII. ubi testimonium Godehardo praebuerunt. In aquilonari porta considens Arnolphus, /quem anonymus Chronographus apud Mabillonium T. IV. p. 328. vocat Arnoldum/ Hersfeldensis Abbas. Chronographus Saxo p. 240. Eo item anno (1027) Aribo Moguntinus

exstruendo anno 1013. ut vult Mstum, aediculam, sive monasterium parvum, divo Johanni Baptistae sacrum (n) versus australem urbis plagam in monte elegantis

concilium Synodale habuit, praesidente Imperatore; cum Episcopis XXIII. in quo iterum B. Godehardum de saepius praeventilata causa more suo inquietavit. Confer Serarium in R. M. p. 731. qui id ad annum 1027. refert. Ubi denuo videas olim, in hoc sacro Synedrio ex Episcopis viginti et tribus congregato, non Pontificem aut ejus Legatum a latere, sed ipsum praesidisse Imperatorem ut Pontificem Maximum Germanorum.

(n) Eberhardus vitae Hemeradi Autor p. 589. Mortem Arnoldus cum hoc mundo damnaretur, sed a Domino correptus, hic judicaretur, credimus illum meritis S. Johannis Baptistae adjutum, cui monasteriolum venustissime construxerat, versus australem plagam urbis in monte, qui exinde appellatur mons S. Johannis. Inde et postea urbis Hersfeldensis porta nomen accepit Sub Johannis Chron. V. Winckelmanni Chronic. Hass. p. 264. W. Dilichii Chron. Hass. p. 86. 88. Testantur et hoc versus Eichenses a Winckelmanno descripti, et Chronico suo Hassiae p. 260. inserti:

Arnoldus templi, Johannes nomine dicti
auctor, cum regni culmen habebat, erat. † 1031.

Non vero intra monasterii fines subsitit, sed in praeposituram tandem, perinde ac Petersbergense excrevit, et monachos aluit Benedicti regulae addictos. Hodie vero praeterea rudera cellarum et murorum subsunt, ajunt, eam domus praefecturae anno 1083. fuerit aedificata. Ex lapidibus monasterii, incolae inferioris Haonae tunc praesentes vidisse in cavitate muris quadam foeleten humanum, ac judicasse caementatorum magistrum, muro hoc olim inclusum fuisse monachum delinquentem. Ad hanc spectat Hanna inferior, Hanna superior / quae et nova aedicula gaudet / Rodense et Biergardes, et vicariam hodie praebent Pastori aedis cathedralis Hersfeldensis. Aspero tempore hodie in capella peregrinantium monasterii Johannes montis conciones habentur, sita intra illud et Hannam inferiorem in colle s. montis crucis, sanctaeque cruci olim fuit dicata. Formata ea erat prima in fr.

gantissimum, quod exinde mons S. Johannis hodienum appellatur. Hujus Abbatis praeterea tempore circa annum 1016. [1017] quod supra monere fuissemus fere obliti, non solum monasterium Mimmileben ab Ottone I. ut antea audivimus, fundatum, et sui juris hactenus ac litera beneficio Ottonis II. ab anno 1073. exiptens, propter luxum, libidinem et mores solutiores monachorum jurisdictioni Abbatis Hersfeldensis, Arnoldi, Imperatoris Henrici jussu, qui regulares ubique monachos laxiorum loco substituere summopere annitebatur, subjectum fuit. (o) Rainoldo Abbate ibidem depositio, et monachis insuper prioribus expulsis, ac hinc inde late dispersis, novisque subinde per Arnoldum introductis, sed et B. Heimeradus [et quem concise olim dixere Heimonem] Presbyter aliquandiu egit Hersfeldiae. Hic natione Suevus ex servitute

---

trifolii formam, postea vero anno 1609. in quadranguli modum fuit exaedificata, testante scriptura, lapidi cuidam in frontispicio insculpta. Dotata ea est quodam praedio, quod in usus pastoris aedis cathedralis hodie cedit, quod Conradus Leghusen, Pastor Hilperhusanus eidem 1331. legavit, perinde ac Wolfframus, Episcopus Wirzburgensis pastoratum inferioris Hannae eidem conventui 1335. in vigilia B. Mar. Magd. eidem literis adscripsit. Tribus haec etiam gaudet campanis, quae in turri ante quindecim annos minori ob pondus importabile, reddito. Pastores inferioris Hannae hos scias: Hieronymum Gulden 1589. Balthasarem, Johann Balthasarem Limbergerum filium, Johannem Georgium Gemmelingium 1714.

(o) Dithmarus L. VII. Chron: p. 408. Notandum et non absque singultu proferendum, quod monasterium in Mimileve constitutum, a libertate diu corroborata in servitutem redactū est. Depositio namque ejusdem coenobii Abbate Reinildo, dispersisque late confratribus suis Heresfeldensi ecclesiae, ejusq; tunc provisori, Arnoldo, illud subditum est. Fabricius in Chron. Sax. p. Calovius in Op. Chronologico ad annum 1018.

in libertatem asſertus, relictis patriis laribus Romam primum, dehinc Palaeſtinam petiit. In Germaniam reverſus in cellam Hersfeldenſis monaſterii Mimilebio ſeu Mimileve conſedit. Hoc comperto detectoque ejus patria, gente, cauſaque ipſius adventus Hersfeldiam eum acceſsivit, eique ſanctae converſationis habitum tradere voluit Arnoldus: Cum vero ille neque habitum religioſum induere, neque hic monere vellet, ſed aliquando in Capitulum, ut vocant, fratrum, nihil ſuſpicantibus monachis, ingreſsus proſtratus in terram diſcedendi veniam petiit, animam ſuam ibi pro voto ſalvam facere non poſse, cauſatus, ab Arnoldo, Abbate, exiſtimante eum peregrinandi pruritu abire velle, ejectus fuit, dum vero, quando hoc fiebat, Imperatoris fratrem ſe eſse profiteretur, Abbatis juſsu, iterum retractus et ſuſtibus amplius, quamvis invitis fratribus, bene dedolatus, nihilominus in eo perſtitit (p) ſe, juxta Apoſtoli effatum, Chriſti, ſummi Domini et Imperatoris exiſtere fratrem. (q) Huic flagellationi et inter

fuit

(p) Autor vitae Heimeradi p. 567. Quem Herueldenſis Abbas, nomine Arnoldus, in uno coenobiorum ſuorum, Mimilebo nomine, invenit, ſciſcitatusque patriam gentem, cauſamque adventus ejus, Herueldam eum ante ſe praemiſit, fratique ſubſecutus ei ſanctae converſationis habitum tradere voluit: Sed ille nullo modo conſentit. Interea rogatus ergo, quid cauſae haberet? hoc tantum reſpondit: quod animam ſuam ibi, pro voto, ſalvam facere non poſſet. Igitur iratus Abbas, et objiciens illud de trivio videlicet, pedem eum rurſus titillaret, invitis fratribus, ejecit cum indignatione. Ex eo chabillon. T. IV. Annal: Bened: p. 266.

(q) L. c. p. 567. Qui ejectus, cum in cella hoſpitum ad portam equum ſuum expectaret, quem praepoſitus, monaſterii praefectus in obedientiam ſuam, ſecum habebat, fertur interea in hanc vocem prorupiſse: non recte ſe nec ſatis honorifice, pro natalibus ſuis, tractatum fuiſse a monachis atque Abbate, latuiſse illos generis ſui nobilitatem, Imperatoris fratrem ſe eſſe.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

fuit Aizo, religiosissimus coenobita, qui ex ore ejus, dum caederetur, nihil se audisse testatus est, praeter Psalmi quinquagesimi preces. Inde vero ad villam dioeceseos Paderbornensis, Dietmelle profectus, in veteri quadam ecclesia commoratus est, interrogatusque a Hemwerco, Episcopo, quis esset? exhibitis libris incontissimis, quibus in re sacra utebatur, velut gyrovagus demum verberibus caesus est. Demum ad montem Hassiae, Hasungen appellatum, se recepit, ac reliquos vitae dies pie ibi traducens, mortuus est anno 1069. IV. Kal: Julij. (r) Quod ipsum factum causam postea interpretatur vitae Heimeradi Autor, discordiae subsequutae inter monachos hujus loci, et Abbatem suum, unde et depositus tandem fuerit ultimus (s) nempe propter crimen objectum / tacetur, quale, a Scriptoribus / et multiplicis discordiae causas, a fratribus quibusdam accusatus apud Caesarem Conradum II. nec diluere ea satis sine dubio valens, honore illo anno 1031. exuitur. (t)

(r) Chron: Saxon: Anno 1069. Heimeradus, Presbyter vir sanctus, in Hasungen de hac vita feliciter ad Christum migravit. Trithemius in Chron. Hirsaug. ad h. a. et Mabillon: T. IV. Annal: Benedict: T. IV. p. 251. 266.

(s) L. c. p. 567. Depositus Abbas, Arnoldus, reliquam aetatem suam degebat privatus; cum tamen nunquam ad mentem reduceret, quod pro injuria, quam viro Dei ingesserat, deponi meruisset. Heimradi hujus Presbyteri vitam unacum actis S. Meinwerci cum annotationibus edidit Adolphus Overhamius, Werthinensis coenobita.

(t) Lambertus in Chron. p. 159. Anno 1031. Arnoldus Abbatiam Heruel-densem perdidit. Ejusdem Lamberti Excerpta p. 156. Apud quem Conradum, Caesarem, accusatus Abbas Arnoldus, deponitur. Vitae Heimeradi Presbyteri Autor T. 1. R. B. Leibnit: pag. 569. Zizaniam discordiae, quae inter fratres et Abbatem succreverat,

Neque tamen, ut Wincxelmannus tradit, (u) hoc anno 1031. adhuc demortuus, sed potius, postquam fere per annum privatam egisset vitam, anno 1032. V. Kalend: Januarii, in Gellingen, ubi tunc haerebat, supremum spiritum reddidit ibique sepultus fuit, (x) sed corpore post tres dies inde effosso illud ex voluntate Rudolfi, successoris, Hersfeldiae in S. Michaëlis templo humatum legimus. Sique recte conjicio, sub hoc Abbate, et huic in monasterio Hersfeldensi egit doctissimus monachus Theodericus / Dietericus, Thiedericus / Teutonicus S. vulgo dictus, qui ingenii sui monumenta de S. Benedicto elaborata, si Browerum audire velimus, Richardo Abbati Fuldensi inscripsit (y) atque vis

extra

---

acuta sententiae falce taliter demessuit / Imperator / ut eundem Abbatem Arnoldum, deponeret. Annal: Hildesh: apud Leibnitium p. 720. et Du. Chesne T. III. H. F. p. 522. Arnolfus / rectius Arnoldus / pater monasterii Herueldensis -- quorundam fratrum eo loci cujusdam criminis objectione accusatus, miserabiliter proprio honore est privatus. Wincxelmann. Chron. Hass. p. 260. omisso tamen anno. Ubi haud praetermittendum reputo, ipsum, quod supra allegati Autores inculcant, ab Imperatore non de eo consulto tunc temporis Pontifice, fuisse hoc honore suo privatum. Neque legimus, eundem de injuria sibi inflicta unquam appellasse ad Papam. Confer. Mabillonius T. IV. Annal. Benedict: p. 374.

(u) In Chronico Hassiae. pag. 260.

(x) Lambertus p. 159. in Chronico: Anno 1032. Arnoldus, amissa Abbatia Herueldensi, obiit in Gellingen. W. Dilichius in Chron. Hass. p. 88. Mabillon. Annal: Bened: T. IV. p. 364. 374. Chronicon Hildesheim. apud du Chesne T. III. H. F. p. 522.

(y) Vide ejus Annal: Fuld: p. 84. In quibus legas: Richardi quoque nomine facit Theodericus Hersfeldensis vicini monasterii doctissimus monachus, qui ingenii sui monumenta de S. Benedicto elaborata

Ri-

errasse, si illum interpretem Dietericum, sive Theodericum, monachum Hersfeldensem, qui diu in Gallicanis monasteriis, praesertim Floriacensi commoratus, ac ad suos Thuringos reversus, libellum de illatione sive secunda translatione corporis S. Patris Benedicti (ζ) Aurelianis scilicet Floreanum scripsit ad venerabilem Richardum Amerbacensis coenobii (α) Abbatem, cujus hortatu id aggressus erat (β), et quamvis liber iste

---

Richardo Abbati inscripta voluit, sequutum sine dubio Trithemium de scriptoribus ecclesiasticis. Theodericus monachus ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus et in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, et clarus eloquio fertur non spernendae lectionis quaedam opuscula scripsisse, de quibus ad meam notitiam pauca pervenerunt. Legi tantum ad Richardum, Abbatem Fuldensem, de vita S. Benedicti librum unum cum coelestium de translatione corporis ejusdem libr. I. Cum diu gens Longobardorum Epistolarum ad diversos librum claruit sub Henrico Rege III. anno 1040.

(ζ) In codice Aquicinctino nominatur Theodericus Teutonicus, ac hujus libri autorem eundem facit quoque Johannes Molanus in Notis ad Martyrologium Usuardi a se auctis, die videlicet XI. Julij.

(α) Hoc monasterium in Wurzburgensi dioecesi inter Neccarum et Moenum, fluvios, situm est, cujus originem S. Pirmino nonnulli adscribunt. Istud autem hic Richardus S. fundavit, instauravit, et S. Simplicio dicavit, unde et nomen Amerbacensis Abbatis traxit, mortuus 1039.

(β) Interrogatus nempe ab Abbate fuerat: Quaenam causa existat ipsius festivitatis, quae apud Gallias praecipue celebratur in diebus Dominici adventus sub nomine illationis? conscripsit exinde libellum, in quo refert, causam hujus solennitatis esse translationem corporis S. Benedicti ex urbe Aurelianorum in Floriacense monasterium, postea dein eidem monasterio a Normannis illatam.

laudetur a Trithemio (γ) sunt tamen alii, qui authoritatem ejusdem elevent, in quibus praecipue doctissimi Joannes Mabillonius (δ) et Godofredus Henschenius (ε) non minus et sub Arnoldo vixisse censendus est Adelbertus, montis S. Johannis Hersfeldiae praepositus, sanctaeque conversationis monachus, qui electus fuit in Hildesiensem S. Michaëlis monasterii Abbatem, mortuo scilicet ibidem pridie Kalendas Julij, Goderanno, primo hujusdem loci Abbate, octavo Kalendarum Januarii anno 1030, a S. Godehardo consecratus. (ζ)

§. XXXIV. Arnoldo anno 1031. Abbatis axiomate privato, eodem statim denuo, intercessione cumprimis Giselae, Imperatricis, cujus consanguineus fuisse dicitur, a Caesare Henrico exornatus fuit Bardo (η)

(Barth.

(γ) Vide observat. (γ) supra.

(δ) T. III. Annal: Benedict: p. 216. scribens scilicet, non admodum accuratus esse, ac addit: Sunt et alia, quae hujus Scriptoris testimonium penitus elevariat, nisi ab aliis ejus temporis gravibus viris, Rudolfo Tortorio imprimis et Petro venerabili Abbate Cluniacensi, autoritas ei accederet.

(ε) Qui putat, historiam hanc illationis ex meris conjecturis a Tiderico fuisse consarcinatam, neque proinde dignam, quae recudatur. T. III. Mens. Martij, in Actis sanctorum. p. 300.

(ζ) Mabillon. Annal: Bened: T. IV. p. 364.

(η) Lambertus in H. G. ad annum 1031. Cui (Arnoldo) Bardo successit. Trithemius in Chron. Hirsaugiensi ad annum 1031. et 1048. S. Bardo vir doctus et sanctissimae conversationis, atque post mortem sanctorum Catalogo insertus. Godehardi vitae autor p. 494. Cui (Ariboni) vir simplex et rectus, Bardo, Herveldiae Abbas successit. Lamberti Excerpta p. 156. Bardo, Abbas, succedit Arnoldo. Suffragantur Annales Hildesiens. p. 726. Anno 1031. In cujus [Arnoldi] loci vicissitudinem subrogatur Bardo, procurator (i.e. Abbas) coenobii vir-

(Bartho) minime vero Rudolphus (3) ex nobili Wetteraviae Oppersho-
viorum, sive de Oppershofen familia, et quidem patre Adelberto, matre
Christiana prognatus, (2) et in Fuldensi monasterio sub disciplina

---

virdunensis, suggestione Gislae, Imperatricis. W. Dilichius in Chron.
Hass. p. 88. Mabillon. T. IV. An: B. p. 374. ubi ergo Max. Rever. Dn.
J. C. Olearius eundem jam anno 1030. viderit Abbatem Hersfeldensem,
referente eodem id in Chronico Arnstadiensi p. 30. edoceri quam maxime
cuperem. Et cur Trithemius, in talibus alias versatissimus et tot
Mstorum Chronicorum adminiculis adjutus, in Chronico Hirsaugiensi p.
188. 1bg. tam timide et dubie de ipso tanquam Abbate Hersfeldensi
scribat, sane non est, si superius allata penitius consideres. Ita vero
de illo: De cujus Abbatia unde fuerat in Pontificem assumptus, certam
hac vice non possumus dare sententiam, propter multiplicem Scriptorum
diversitatem, quorum alii asserunt fuisse Fuldensem, post Richardum:
alii Hirschfeldensem post Arnolphum (prescribe Arnoldum) et alii Au-
giensem, post Bernonem. Major tamen pars Fuldensem Abbatem illum
fuisse post Richardum, confirmat. Sed heic errare Trithemium, patet,
dum non fuisse prius Fuldensem, supra ex Browero et aliis satis de-
monstravimus. Vitae Bardonis Autor anonymus, ut tamen rursus in
eo cespitet, quod scilicet Bardoni a Rege traditam fuisse Hersfel-
diam scribat, Pastoris sui morte viduatam, cum potius antecessor
suus Arnoldus officio suo fuerit depositus.

(3) Ut vult Monachus Hamerslebiensis in Excerptis Lamberti p. 156.
qui Arnoldo Rudolphum, et Rudolpho Bardonem successisse (nescio
quo deceptus) affirmat.

(1) Nic. Serarius in R. M. p. 733. ex Catalogo Bruschiano. Browerus
Annal: Fuld: p. 71. Bruschius de Episcopis p. 8. b. Gabr. Bucelini

monastica enutritus (ιι) cognomen ipsi ex oris facundia adhaesit Chrysostomi, (κ) vitae alias sanctimonia, quam opibus et potentia clarior, hinc et post fata Sanctorum numero insertus, et Trithemii elogio, vir doctus in Scripturis sanctis, et morum religione multum illustris, ac venerabilis; itemque Autoris vitae suae: vultu hilaris, verbis amabilis, moribus suavis, coram quo pauper nullius indiguit, dives apud illum nihil perdidit. Bruschius (λ) equidem et Mstus liber Major Moguntinus apud Serarium ((μ) Trithemius (ν) imo et ipse Eckardus (ξ) ac

Gabriel

Menologium Benedict. p. 414. Mallinckrodt de Cancell: Imp. p. 149.

(ιι) Mollinckrot. de Cancellar: imperii. p. 149.

(κ) Vitae Godehardi Autor T. 1. Leibn: Script: Brunsu: p. 49. Cujus quidem vitam et actus tunc conscribere nolumus, quando, pro sanctitatis suae meritis, apud Moguntinos inter Apostolicos sacerdotes eximie celebratur. Unum tamen illud elogium, quod ei apud nostrates et finitimos, honoris causa, a sanum sapientibus Clericis tributum est, reticere nolim, puta, quod communicato ei cum beato Johanne Constantinopolitano Episcopo, cognomine propter singularem pro concione dicendi suavitatem Bardo Chrysostomus appellatus est. Conf: Serarium et Browerum l. c. Bruschium l. c. p. 48. Mabill: T. IV. Annal: Bened: p. 375. Chronogr. Sax. infra ad (Φ).

(λ) De Episcopis p. 8. S. Bardo Abbas Fuldensis et Hirschfeldensis.

(μ) In rebus Mog: p. 733.

(ν) Vide observat. (4) supra.

(ξ) In Chronico suo, qui ita, referente Trithemio in Chronico Hirsaugiensi p. 191. In Coenobio Fuldensi sub monastica professione a puero nutritus, inde pro vitae merito ad pontificialem dignitatem provectus, Spiritus prophetiae, multisque virtutibus et miraculis clarus effulsit.

Gabriel Bucelinus (ℤℤ) Fuldenſem Abbatem etiam eundem perhibent; ſed falſo, cum neque apud Browerum (O) neque apud eundem Bucelinum alibique (ℵ) in ſerie Abbatum Fuldenſium compareat, ſed potius Richardus huic ſedi tunc praefuerit, Cenſor potius (C) aliquandiu in memorato exiſtens coenobio diſciplinae (S) quae in lubricum valde ſtatum degenerauerat. Secundum nonnullos (T) Abbas prius fuit Virdunenſis (Wirdunenſis, Wertherenſis, rectius Werthinenſis ad Luram) ſecundum alios (V)

(ℤℤ) In Menologio Benedictinorum. p. 413.

(O) Qui potius p. 71. ita: Fuldenſis Eccleſiae rectorem / Bardonem / dixi, quia ob lubricum diſciplinae ſtatum ejus praefecturam geſsiſſe, aut cenſuram, ſtatuo, nec aliam in partem veteres Catalogos accipio. In quibus vero ita legerat, teſte ipſo p. 287. Eigilbaldus, Branthoas, Poppo, Wolcmarus, Bardo, Richardus. Ubi rurſus addit, probabile, male coalescentibus diverſarum familiarum animis, moderatorem ex vicina Hersfeldia petitum Bardonem, cum id veteres libri non obſcure teſtentur. Alioquin acta per vetuſta, diſſimulato Popponis et Bardonis regimine, diſerte Erckenboldo ſucceſſorem dant Richardum, id quod non Dithmaro tantum nobili Scriptori, ſed etiam Chronico Lamberti bis repugnat.

(ℵ) In Germania ſacra. pag.

(C) ~~Vide~~, verba ſunt obſervat. (O) p. 71. 72. cum quo omnino et hoc ego facio, praecipue Chronographi Saxonis reſpiciens fidem, cujus 93 ſequuntur haec verba.

(S) Chronographus Saxo: Bardo Hirſchfeldenſis eccleſiae rector. Trithemius in prooemio Chronici Hirſaugienſis: Bardo Archiepiſcopus Moguntinus Monachus Fuldenſis.

(T) Vionem L. II. memoratum a Serario in Reb: Mog: p. 733. Trithemium de viris illuſtribus S. Benedicti, L. II. c. 243. Autorem Annal: Hildeshеimenſium, cujus verba vidimus ſupra obſervat. (Y) Autorem vitae Meinwerci, cujus verba in obſervat. (X) Mabillonium in Menologio Benedict. p. 414.

(V) Trithemium, cujus verba vid. ſupra obſervat. (Y)

Abbas Augiensis, post Bernonem; Quid nobis videatur, diximus supra, neque nostrum jam est, tantas componere lites. Hoc certius, non diuturnam ejusdem hic fuisse mansionem, fama suae eruditionis et vitae admodum honestae totum orbem Germaniae jam occupante. Hinc Aribone / Erpone / Archiepiscopo Moguntino VIII. Idus Aprilis Canis demortuo, nemo potior, dignior nullus anno 1031. requirebatur, quam Bardo (Q) precibus etiam Imperatricis Giselae accedentibus, (X)

postquam

(Q) Lambertus in H. G. Anno 1031. sed is (Bardo) post dimidium annum Araboni, Moguntino Archiepiscopo defuncto, successit. Ad eundem rem annum id quoque referunt Serarius in R. M. p. 734. Winceselmann. Chron. Hass. p. 261. Browerus in Ann: Fuld: p. 71. Ex antiquioribus autor Annal: Hildesh: p. 726. Anno 1031. cujus / Aribonis / honoris principatum obtinuit Bardo, tunc nuper praelatus Abbas Hirsfeldensis monasterio. Autor vitae Godehardi p. 494. in Arbonis locum suffectus est vir simplex et rectus Bardo, Abbas Hirsfeldensis, qui, DEO eum perspicue provehente, brevi ad summae perfectionis culmen pervenit. Chronicon vetus Wurzburgense è Baluzii Miscellaneis depromptum et L. Frisii Wurzburgensi adjectum, p. 1008. in annum 1030. id refert. Anno 1030. XVI. Kal: Septemb. Aribo Moguntiacensis Archiepiscopus, obiit, pro quo sanctus Bardo constitutus. In annum 1032. inde Marianus Scotus p. 450. A. 1031. Arbio, Archiepiscopus Moguntinus, obiit 1032. Sanctus Bardo successit annis 20. Rectius, ut supra adducti, ad annum 1031. Chronographus Saxo ad h. a. Aribeni Moguntiae vir simplex et rectus Bardo, Hirsfeldensis Abbas, successit, qui DEO provehente, brevi ad culmen summae perfectionis feliciter processit, qui propter dulcisonam

proe

postquam haec vix per dimidium anni sedisset. Memorabilis est allocutio, quo elegit ipsum in conventu ac consessu Patrum ecclesia-

---

praedicandi melodiam Bardo Chrysostomus dicebatur. Lamberti Excerpta monachi Hamerslebiensis p. 156. Qui Bardo eodem anno 1031. Archiepiscopus Moguntinus efficitur, ad cujus sepulchrum miracula fiunt. Annal: Isenac: veteres: Vñ de der (Stribo) gestarb de hoss man regiern an sine statt, der exes gestiftn Bardo, vnde der was ein brst czů Hirsfeldt, ein frommer wolgelarter Man. Autor de Landgravüs Thuringiae apud Eccardum p. 253. Iste Imperator (Conradus II.) diligens Ludovicum, cognatum suum, volens sibi providere de aliqua haereditate et beneficiis, misit eum ad Archiepiscopum Moguntinum, Bardonem, ante Abbatem Hersfeldensem etc. Consentiunt praeterea Frithemius in Chron. Hirsaug. p. 168. V. Dilichius in Chron. Hass. p. 88. itemque versus in arce Eichensi à Winckelmanno in Chron. Hassiae adducti p. 267.

Eloquio magnus, doctrina maximus, aegris
Boetus spes miseris auctor a pauperibus.
Officium menses vix post sex Bardo resignat,
Et Moguntina Praesul in urbe sedet. † 1031.

Mallinckr. de Cancell: Imp. p. 149.

(X) Autor vitae Meinwerci Baderborn: Episcop: p. 516. T. 1. Leibnit: S. B. Bardo Wertheuensis Abbas, qui imperatricis machinamento fabintraverat, quique ante paucos menses, Arnoldo a Hersueldensi regimine deposito, successerat, interesse non poterat.

sticorum, splendidissimo die videlicet S. Petri et Pauli. Novimus Fuldense privilegium / vi cujus tertium Antistitem Abbatia haec debebat mittere / nec infringimus statutum praedecessorum nostrorum; sed quia non desunt, qui noverint, qua causa non promoveamus (Richardum) te ejusdem (Moguntino) ovili antistare statuimus secundum piorum voluntatem. Et tempus, quo Episcopatuum largitionem absoluta veluti potestate Caesaris usurpabant, non observatis etiam aliarum Abbatiarum et monasteriorum privilegiis. Praefuit consecratus anno aetatis suae quinquagesimo huic proto-Episcopatui per viginti annos usque ad IV. Idus Junias / h.e. 10 Junij / anno 1051. (Ψ) durante

qu

(Ψ) Lambertus in H. G. p. 161. Anno 1051. ubi (Paderbornae) Bardo Archiepiscopus, ad missam, habito sermone, obitum suum instare praedicens, orationi fidelium se commendavit, qui eodem mense decessit, eique Ludolphus successit. Dignum hoc observabis, L. B. quod notes, tunc Archiepiscopos, contra hodiernum plane morem, ad missas habuisse sermones factos, seu conciones. Marianus Scotus p. 451. ad annum 1051. S. Bardo Episcopus Moguntinus obiit IV. Idus Junii. Urspergensis Herman. Contractus, Sigbertus Gemblacensis, qui simul refert, sanctitatem ejus per multam miraculorum gratiam potuisse. Chronographus Saxo p. 251. Bardo, Archiepiscopus, in Christo quievit anno 1051. Fuldense Necrologium p. 768. Anno 1051. S. Bardo Archiepiscopus. Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum 1051. p. 191. S. Bardo, vir doctus et sanctissimae conversationis, atque post mortem Sanctorum Catalogo insertus; et de viris

illu

quo templum summum sive S. Martini, quod Willigisus inchoaverat, et etiam nunc supererat, absolvit, eodem anno 1036. [1037] IV. Idus Novembris (10. Novemb:) ab ipso dedicatum (w) praesentibus Conrado, Imperatore II. Heinrico, Rege, filio, Regina, septendecim Episcoporum, multorumque aulae et imperii procerum, anno 1042. aut potius [1042.] templum Altenbergense a Ludovico, barbato, Landgravio Thuringiae, exaedificatum, in S. Johannis honorem, in die decollationis Johannis dedicavit (a) aut quod mihi probabilius videtur, baptiza-

---

illustribus S. Benedicti ord: L. III. c. 243. L. IV. c. 117. Bruschius in de Episcop: German: p. 8. b. Browerus in Annal: Fuld: p. 72. Gab. Bucelinus in Menologio Benedict: p. 414. Mabillon. T. IV. Annal: Bened: p. 526. Mallinckr. de Concell: imp. p. 149. Baronius Annal: Eccles: ad annum 1051. Chronicon Wurzburg. vetus Friso additum p. 1008. in annum 1040. id rejicit: Anno 1040. Bartho Moguntiacensis Episcopus obiit. Minasque recte J. J. Winckelmannus in Chron. Hass. p. 261. in annum 1031. collocat mortem ejus, quo ipso potius solium episcopale conscendit.

(w) Marianus Scotus p. 450. S. Bardo Archiep. praesente Conrado, Imperatore, Indictione V. IV. Idus Novemb. consecravit monasterium S. Martini, sedis Moguntiacensis Archiepiscopatus, imo omnium Francorum, in honorem S. Martini. Browerus in Annal: Fuld: p. 72: Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 173. ad annum 1037. id refert, itemque J. Bangius in Chron. Thuring. p. 39. b. Hennenges T. III. Geneal. p. 133. in annum 1036. id minus recte reponit, sine anno vero adjecto id tradit Bucelinus in Menolog. Benedict. pag. 414. Mallinckrot de Concell. imper. p. 149.

(a) Reinhardsborn. Annales Germanici: Und in dem andern Jahre darnach [1042.] bauete sie die Pfarre zu dem alten Berge

vit, anno 1041. Sintzerum Bambergenſem Epiſcopum in Nemi-
gardevarde conſecravit (a a) quo ipſo et Ludovicum, Ludovici bar-
bati filium, die Johannis natum, e ſacro baptiſmatis fonte ſuſce-
pit (b) quo ipſo et dedicationi baſilicae B. Virginis Goslarien-
ſis cum Henrico Rege, et Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo in-
terfuit, itemque S. Jacobi monaſterium in radicibus Eichelſtei-
nenſibus anno 1051. fundavit. (c) Inſigne denique eſt elogium
et, epitaphii loco, prorſus habendum, quod ipſi tribuit. autor vi-
tae Meinwerci, Paderbornenſis Epiſcopi (d) inter coaetaneos S.

Mei-

---

di ſente Bardo ſalbor uriatte. Bangius Chron. Thuring. p. 42. b.
Winhardus p. 85. Et ante hos jam autor de Landgraviis Thurin-
giae apud Eccardum p. 354. Anno Domini MXLII. Bardo
Archiepiſcopus Moguntinus baſilicam, quam pater ſuus Ludo-
vicus cum barba in Aldinburge aedificaverat, venerabiliter con-
ſecravit, et in ea Ludivicum, filium Ludivici cum barba, et pri-
mogenitum, baptiſavit in die decollationis Johannis baptiſtae
qui natus fuerat in die Johannis ante portam Latinam.

(a a) Annal: Corbejenſes p. 387. ad annum 1051. Chronograph. Saxo
p. 248. Anno 1041. Heinricus III. natalem domini Nemigarde-
warde feſtive peregit. Ibi dominus Suittgerus, Ravenborgen-
ſis Praeſul, Pontificalem promotionem a venerabili Bardone Arch-
epiſcopo, glorioſe percepit.

(b) Jovius in Hiſt. Schwarzburgica p. 18. Annal: Germ: Bangius
Chron. Thuring. l. c. Winhardus l. c. Henninges T. III. Geneal.
p. 133. Gudeni Hiſt. Erfurt. p. 20.

(c) Serarius in Reb: Mog: p. 115. 739.

Meinwerci eundem collocans, qui pontificia dignitate venerabiles, sanctitate incomparabiles, quorum meritis adeo illo in tempore floruerit ecclesia, ut non sit hodie aliqua, quae nobis ejus temporis non portendat suorum meritorum insignia, qui ut Cherubin virtutum suarum alas alter ad alterum concusserunt et in laudem DEI orbem terrae commoverunt.

§. XXXV. Bardone in Archipraesulem Moguntinum anno 1031. promoto, (non vero Arnoldo antecessore existente) (e) Abbatem ex illo tempore heic agere coepit Rudolphus, (f) (Rudolfus,

(d) T. 1. Scr: Leibn: pag. 556.

(e) Quod vult Autor vitae Heimeradi p. 569. Conf. observ. (f)

(f) Lambertus in H. G. p. 159. Anno 1031. Rudolphus vero Abbatiam Herveldensem /post Bardonem/ suscepit. Ejusdem Lamberti Excerpta per monachum Hemerslebiensem, apud Maderum in Antiquit: Brunsuic: p. 156. Rudolfus, Abbas, instituitur, Italus genere, mitis pater, et benevolus, in DEI servitio vigilantissimus. Annales Hildesh: p. 726. Anno 1031. huic /Bardoni/ quoque nox successit ad Abbatiae dignitatem Rudolfus, Bopponis Monachus, coenobii Stabulone praepositus. Autor vitae Heimeradi p. 569. Et piae memoriae Rudolphum de monasterio, quod dicitur Stabulaus, postea Paderbornensem Episcopum, loco ejus /Arnoldi/ subrogarent. Adstruunt et id versus arcis Eichensis a Wirenelmanno descripti, et Chronico suo Hassiae inserti, p. 261.

Cur Italus tibi succedit, dic, Bardo, Rudolphus?
Debentur magnis praemia magna viris.

Ut falsus ergo sit Autor Annal: Hildesh: qui Bardoni Geroldum successisse affirmat, scribens p. 726. Anno 1031. eidem /Bardoni/

Radulphus, alias Rothardus, Ruodi, Ruodo, Rotho, nescio quam recte dictus, minime vero omnium Geroldus (g) monachus Fuldensis / ratione Italus, Bopponis. (Bopponis) Abbatis Stabloensis discipulus, et hujusdem loci prius Monachus, postea hujusdem monasterii quoque praepositus, (h) mitis alias pater et benevolus, inque servitio Dei vigilantissimus, et quod Brucelini est elogium, ex virtute et eruditione compositus sane in S. Bopponis, Abbatis Stabulensis, vita propterea clare hic ipse Rudolfus rector ab ipso ingestus in coenobium Hersfeldense dicitur (i) hoc est, ut

---

successit Geroldus, Fuldensis monachus. Corrigendusque exinde ex dictis superioribus Mas. Rev. Dn. J. C. Olearius, qui in Chronico Arnstadiensi p. 30. hunc Rothardum / Rudolphum / anno 1028. Abbatem Hersfeldensem refert, cum tamen munus hoc anno 1031. demum capessiverit. Sic et perperam Mabillonius, Conradum II. Regem Hersfeldensi Abbatiae Ruodenem S. Rudolfum anno 1029. praefecisse tradit T. V. Annal: Bened: pag. 357.

(g) Ut vult Autor Annal: Hildesh: p. 726. vide observ. praec. (f)

(h) Confer verba inprimis Lamberti, cujus et elogium est supra adductum, et Annalium Fuldensium Autores vitae Heimradi, in observ. praec. (f) et Mabillonii T. IV. Annal: Bened: p. 408.

(i) Quae legitur T. II. Actorum Sanctorum Bollandi Mens. Martii, p. 643. In quamplurimis proinde monastici instituti coenobiis a praefato jussus Rege primus successit, rectoresque singulos ingessit: apud Herosfeldiam quidem Ruodonem.

ut hodie effertur, ob curam ecclesiarum et Abbatiarum a Conrado II. Rege ipsi commissam. Abbas huic Hersfeldiae constitutus fuit. Ex primis sine dubio ejus actis fuit, quod Antecessores suum, Arnoldi corpus in monasterio Gellingensi, e terra effodi et in S. Michaëlis templo Hersfeldiae sepultum voluerit. (k) Sub ipso praeterea non solum Imperatoris decreto, monasterii consuetudines reformatae sunt (l) sed et Albuinus Hersfeldensis ecclesiae praepositus anno 1034. [1035.] in Episcopum Numburgensem [hodie vulgo Munchen Nümburg illud audit monasterium] fuit electus (m).

(k) Vide supra sub Arnoldo observat. (x)

(l) Autor Annal: Hildesh: ad annum 1031. p. 726. A quo (Rudolpho) Imperatoris decreto, inibi (Hersfeldiae) immutata est monachica consuetudo.

(m) Lambertus in H. G. p. 159. Anno 1034. Albuinus praepositus Herueldensis, Abbas factus in Nuuenburg. Confer. Chronicon Bergense idem tradens, p. 296. Brunone [1034.] Verdam translato ex coenobio Hirsfeldensi evocantur duo, Sidagus et Albuinus, hic missus est Munchennaumburgum. Annales Hildesheimenses p. 72. Eidem vero Brunoni [Abbati Magdeburgensi] in Nienburg, Albuinus, in Philosophica arte eruditissimus, Hersfeldiae praepositus, qui fuit ibidem anten Scotae magister famosissimus, successit. Et hunc sine dubio intelligit Mabillonius in Annal: Bened: T. IV. p. 186. scribens: Albuinus seculi undecimi Monachus Hersfeldensis. Aliud tamen forte sit oportet Numburgum, quam illud in Thuringia, ubi sedes Episcopalis, nempe Munchennaumburg, insigne ad Salam fluvium coenobium, conditores venerans Geronem,

Neque tamen ipse multos heic transegit annos, sed sequenti statim 1033. [1036.] anno Meinwerco Nonis Junij 1036. demortuo, Imperatoris, Conradi II. beneficio, (n) in Paderbornensem Episcopum evectus est (o) cui muneri usque ad annum 1052. et non, (ut

---

Archiepiscopum Coloniensem, et Dithmarum, Marchionem Lusatiae, fratres Christiani Comitis Lusatiae ex Hidda, Geronis Saxonici Marchionis filia filios, anno 975. Hunc Albuinum Abbatem Numburgensem anno 1081. obüsse, tradit Chronographus Saxo p. 256. Anno 1081. Albuinus Nienburgensis Abbas migravit, Tolemarus successit.

(n) Lamberti excerpta p. 156. Sed paulo post ab eodem Conrado [Caesare] in Episcopum Paderbornensem instituitur.

(o) Lambertus in H. G. p. 159. Anno 1033. Rudolphus, Abbas Herueldensis, ordinatus Episcopus Padebrun: cui Meginherus, vir venerabilis, successit. Wineselm. in Chron. Hass. p. 261. W. Dilichius in Chron. Hass. p. 98. Mabillonius Acta Benedict: T. IV. p. 357. Buccelinus hinc in Germania sacra pag. 20. minus recte Meynwercum, Episcopum antecessorem suum anno 1036. obüsse tradit; Magisque errat in anno, et praeprimis in nomine Trithemius, quando in Chronico Hirsaugiensi pag. 172. scribit: Anno 1036. Arnolphus, Abbas Hirsfeldensis, fit Episcopus ecclesiae Padebrunnensis, cum reponere debuisset Rudolphum.

(ut Winckelmannus (p) et Dilichius (q) aſſerunt, 1035. magna cum laude praefuit, anno 1052. ut jam diximus, extinctus, et inter ſanctiſſimos hujus eccleſiae praeſules jure ſuo reputatus (r) officii hujus ſui, dum Hersfeldiae egit, bene rectèque exacti, ſummam ita tradit Egbertus vitae S. Heimeradi, (ſ) quod cenotaphii loco heic ſubjiciemus: quod totum nempe ſe divinae religioni mancipaverit, fratrum ſtudiis erga divinum ſervitium adeo congratulatus fuerit, ut, quaecunque poſſet charitas officia aeſi indulgentiſſimus pater, eis impenderit. Atque hoc encomium ſua initi ac radiare veritate, ex eo clarum eſt, quod ſuo tempore et anno prius diſceſſerat, a monaſterio ſuo aut Munchennaumburgum, aut, quod aliis placet, Magdeburgum (t) in Abbatem evocatus fuerit, quem

non ſolum

(p) In Chronico Haſſiae p. 261. ex verſibus arcis Eichenſis. Unde patet, ſi hi verſus a monacho Hersfeldenſi olim fuerint compoſiti, et Abbatum iconibus ibidem ſubſcripti, uti vero videtur ſimile, non ſatis accuratam ſuarum rerum tunc habuiſſe notitiam, multoque minus eandem hodie apud ipſos indigenas eſſe quaerendam.

(q) In Chronico Haſſiae. pag. 88.

(r) Annales Paderbornenſes, et ex his Mabillonius T. IV. Annal: Bened: p. 408.

(ſ) T. I. Script: S. Leibnit. pag. 569.

(t) Nempe eodem anno 1035. ad Magdeburgenſem Abbatiam translatus, Kalendis Januarij à Caeſare, Conrado, Goslariae natalem Domini celebrante, in locum Brunonis, fratris Friderici, Comitis Nienburgenſis, qui Thietmaro, Epiſcopo in ſede Verdenſi fuerat ſucceſſor, ut vult Chronici Hildesheim. autor, et ex eo Mabillon. in Annal: Bened: T. IV. p. 404. Niſi forte diverſi plane fuerint, dictus unus Albinus, alter vero Albuinus, de quo videant alii, alias Lamberti autoritatem praeferimus, Autoris Chronici Hildesheim. niſi praeterea Chronographi Saxonis et Chronici Bergenſis accederent.

supra jam attendimus, Albuinus in philosophica arte eruditissimus, Hersfeldiae praepositus, ac Scholae antea hujus magister famosissimus, sed exsyn-agus, cujus anno 1034. curae et inspectioni traditum fuit monasterium Bergense. (u).

§. XXXVI. Rudolfo sic in Episcopale solium a Conrado, Caesare, collocato, hanc porro Abbatiam anno 1035. cum laude regere coepit Meginerus (x) Maginerus, Megenherus, Meginheri, Meginhyr, vir admodum venerabilis, gravis, singularis exempli bonus (y) rebus monasterii ex asse, scholam etiam publicam instituendo consulens (z). Propria virtute in hac sanctitatis et disciplinae officina surrexerat, ita, ut ex Mona-

(u) V. Meibomius in Chronico Bergensi p. 298. Brunone Abbate Bergensi 1034. Verdam translato, ex coenobio Hirsfeldensi evocantur duo Sidagus et Albuinus: hic missus est Munchennaumburgum, illi commissa est Berga, fuit in gubernatione Bergensis coenobii Sidagus annis 17. — — Abiit ex vita Sidagus 17. Kal: Decemb: anno 1051.

(x) Lambertus in H. G. p. 159. Anno 1035. cui Meginherus, vir venerabilis, successit. I. C. Olearius primum et ultimum imperii annum sine dubio conjungens in Chronico Stapadiensi p. 30. ad ipsum a. 1036. et 1059. adnotavit.

(y) Lambertus Excerpta p. 157. Meginherus, Abbas ex monacho ejusdem loci successit, vir gravis et bonus, cujus doctrina concordavit cum vita. Conf. obs. [a] sequ:

(z) Ita enim capio Lamberti verba in exceptis monachi Hamerslebiensis pag. 157. Scholam instituit, omnium artium peritus fuit.

Monacho hujusdem monasterii, omnium artium peritia auctus (α) etiam culmen in eodem conscenderit, cum dignitate et meritis, recte propterea a Trithemio laudatur tanquam vir in divinis scripturis doctus, et secularis philosophiae non ignarus, magnarumque in Christo virtutum et unicum exemplar Monasticae Religionis. Sed vix ad clavum ecclesiae hujus consederat, ecce! anno 1037. totum monasterium, basilicam (β) et reliqua omnia aedificia furens flamma absumsit, non diu tamen post, anno scilicet 1040. basilica ab ipso, ut conjicio, reparata, et miraculorum beneficio (γ) restituta fuit, dedicataque

---

(α) Hoc asserere videntur versus arcis Eichensis a Winckelmanno descripti et adducti in Chron. Hass. p. 261.

Insigni pietate valens Meginherus, et ingens
Virtutis columen, praemia laudis habet.
Nam grave promeruit venerandi nomen ob artes
Pectoris, et vitae dona decusque suae. † 1059.

(β) Lambertus in H. G. p. 159. Anno 1037. incensum est monasterium Herueldense. Ejusdem Excerpta p. 157. Tempore ejus (anno Domini 1038.) ejus anno tertio totum monasterium incendio periit. Causam hujus conflagrationis Autor vitae Heimeradi plagis adscribit, quas Hersfeldiae acceperat B. Heimeradus ab Abbate Arnoldo, p. 569. ita scribens: Sed et ille locus celeberrimus, ubi B. Heimeradus tam crudeliter verberibus est actus, Hersfeldia scilicet, non longe post obitum Arnoldi cum basilica et universis aedificiis incendio conflagravit. Conf. Saurii parv. theatr. urb. p. 259. Dinharti Chron. Thuring. W. Dilichii Chron. Hass. p. 86. 88.

(γ) Lamberti Excerpta p. 157. Sed Deus optimus miraculis multis eos (Hersfeldenses) consolatus est, ibidem ostensis per merita sanctorum Patronorum, Wicperti et Lulli. Accedebat, quod cereus sive candela

eodem adhuc anno in praesentia Henrici Regis Iuvenis adhuc, nec tum temporis adhuc uncti, Humfredi, Magdeburgensis, Rassonis (repone Rassonis sive Razzonis, aut rectius Cadali, Chatali) Nuenburgensis, et Hunoldi Merseburgensis, Episcoporum, ab ipso hoc Henrico Caesare, qui illum Meginherum ut virum sanctum venerabatur, et lateri suo sociabat, ut loquitur auctor Excerptorum (S) etiam beneficio decimarum ex tributis

---

ex cera non sine miraculo altera die in cineribus integra fuerit reperta, quod totidem verbis tepatur auctor vitae Heimeradi p. 569. scribens: Nam cereus, qui in sabbatho sancto consecratus est, in initio incendii, ut solet, ad propulsanda pericula coram altari fuerat accensus, sed altera die, cum totum aedificium in cineres conf[illegible]disset, integer inventus est, atque illaesus carbonibus atque seminstis roboribus ad usque fumarium cacumen circumdatur, qui exinde per singulos annos, donec aliquid superfuit, particulatim novo cereo est adjectus. Magnus ergo ex hoc Hersfeldiam, pro more illorum temporum, undique fiebat concursus hominum, promptissimis manibus stipem ad hoc aedificium, ut merita novorum patronorum consequerentur, conferentium. Conf. Johannis de Ysenach verba in observat. seq. (S) M. Abr. Saurii parvum theatrum urbium p. 141. Zeileri Topogr. Hass. p. 57. Winckelmann. Chron. Hass. p. 259. Sinhart. Chron. Thuring. p. 83.

(S) Ubi notes, male prorsus esse descriptum et excusum Rassenis, sed potius legendum Rassonis, h. e. uti apud alios audit, Kathalonis, Cathelonis, et postea pro more seculi, nomina longiora contrahendi, Kassonis. Ita enim rectius Johanni de Ysenac in suis Actis et factis praesulum Nuenburgensium, apud Paulinum p. 131. Adfuit | Kathalo Episcopus Numbergensis | dedicationi novae ecclesiae

in

tis Regalibus, dum viveret, accipiendarum, cum consensu Bardonis, Archipraesulis Moguntini, donatus. Sub eodem et hoc ipso anno 1040. dedicata simul fuit crypta Hersfeldensis (ε) inque eam translatas legimus sanctorum Confessorum et Patronorum Hersfeldensis monasterii praecipuorum ac primiceriorum, Wigberti et Lulli, multis miraculis clarorum, reliquias, (ζ) deinde anno 1048. Henrico, Imperatore, Paschа Ratisbonae celebrante, Sifridus, Hersfeldensis monachus, Abbas in Tegernhensi monasterio, loco Eberti, Abbatis demortui, constitutus est, cujus temporibus SS. Martyrum,

---

in Herosueldt, cum Hunolte, Merseburgensi, et Hunfredo Magdeburgensi, ex consensu Bardonis Moguntini, ad cujus Parochiam spectat ipsud monasterium, praesente etiam Henrico III. adhuc juvene, A. D. MXL. Langius in Chronico Citizensi p. 772. Interfuit dedicationi ecclesiae novae monasterii Hirsfeldensis et cryptae ejusdem. Ad quam solennitatem invitatus fuit unacum Hunoldo, Merseburgensi Episcopo, atque Hunifredo, Metropolitano eorundem Magdeburgensi: in hoc consentiente Bardone, Moguntinense Archiepiscopo, ejus loci dioecesano.

(ε) Lambertus in H. G. p. 159. anno 1040. dedicata est crypta Hersfeldensis, atque in eam translatae sunt reliquiae sanctorum Confessorum, Wigberti et Lulli. Conf: Langii verba in praeced. observ. (ζ) Ex priori postea et id repetit Mabillonius T. II. Annal: Bened: p. 545. scribens: Post annos vero ducentos [locutus est de anno 850.] dedicata est crypta Hersfeldensis, atque in eam translatae reliquiae sanctorum Confessorum, Wigberti et Lulli, ut tradit item Lambertus, eximius Chronographus, et monachus hujus coenobii.

(ζ) Lamberti Excerpta p. 157. Inter sanctos advenit unus ex illis, qui in

Chrysogeni et Castorii corpora e Beronensi monasterio S. Mariae ad organa in Tegernsense translata dicuntur (A) atque hic est porro Abbas, e cujus manibus, fama ejus et religione adductus, celeberrimus monachus et Historicus sui temporis, Lambertus Aschaffnaburgensis (A) anno 1058. ipsis Idibus Martiis cucullum accepit, et cujus toto orbe vulgatam placitam cum DEO conversationem aemulatus tunc est, (D) ut ipse loquitur (1) eodem adhuc anno, exeunte mense primo autumnali Presbyter a Lupoldo / Liutpoldo / Moguntino Archiepiscopo apud Aschaffnaburgum / unde et postea Schaffnaburgensis nomen tulit / ordinatus, ex pio zelo Hierosolymam (K) profectus est. Inde vero 15. Kal: Octobr: 1059. ad Hers-

---

Kollabrst, quod interpretatur praeiarum vires Choream illam famosam duxerant, tremulus per annos jam 23. Hic ibidem janus factus Luthart nomine, servitio S. Wigberti se tradidit, gratus DEO et sanctis ejus.

(A) Mabillonius T. IV. Act: sanct: pag. 494.

(D) In Hist. Germ. sua p. 164. Ego rei familiaris curam, ne in via DEI praegravarer, abjeci, sanctam vestem ab ejus sanctissimis manibus iidibus Martiis huic nimium impar tali armaturae, suscepi. Conf. Mabillon. Ann: Bened: T. II. p. 584. et T. V. p. 113. unde cum certo certius hoc sit, et ipse hoc de se testetur, vix causae satis habuit Pl. Rev. J. M. Lefler-Hornius in Chronico suo Thuringiaco scribendi p. 7. Lambertus Schaffnaburgensis, secundum Spalatini relationem, monachus dicitur fuisse monasterii Hersfeldensis.

(1) Pag. 165. ibid.

(K) Ibidem p. 165. Ego Presbyter ordinatus sum Aschaffnaburg, in jejunio autumnali a Lupoldo, Archiepiscopo / intellige Moguntino / statimque peregrinationem Hierosolymitanam aggressus sum zelo DEI, sed utinam secundum scientiam.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Hersfeldense monasterium non sine multis maximisque vitae periculis superatis reversus (λ) ac abbatem Reginherum in vivis superstitem, uti multis precibus postulaverat, a DEO inveniens, veniam ipsius sibi exoravit ob admissum crimen, quod insalutato ipso, atque adeo sine permissione ejus ac sine benedictione simul ab ipso accepta, abiisset, de quo exinde in itinere saepissime conscientiae stimulis compunctus valde indoluerat, idemque ab optimo sene facile eo impetravit die, quo aegrotare coeperat, ipso paulo post et intra octiduum febre correpto et multo ardore excocto placide VI. Kal: Octob: demortuo (μ) Anno 1071. excurrisse Schafnaburgensem legimus per quatuordecim hebdomadas tum Folfeldiam tum Sigebergam (ν) ut conferret ibidem cum monachis de ordine et disciplina monasterii autem quod praeclara de illis, vulgi opinione jactarentur, animadvertit tam suas, quam illorum consuetudines regulae S. Benedicti melius congruere, si rigidi paternarum traditionum aemulatores vellent existere. Hoc ex illo tempore

(λ) Lambertus in Ch. G. p. 165. Ego exacta peregrinatione Hierosolymitana XV. Kal: Octob: ad monasterium reversus sum, et quod in omni illa profectione mea praesuperstitem inveni. Timebam scilicet, quoniam sine benedictione ipsius profectus fuissem, si offensus, irreconciliatusque decessisset, magni criminis reum me teneri apud Dominum.

(μ) Ibidem pag. 165. Mirum autem in modum diceres vitam ejus absolutioni meae ex industria servatam fuisse, eodem die, quo me crimine absolverat, febre correptus est, et sic per octo dies gravi aegritudine decoctus VI. Kalendas Octobr. feliciter consummato cursu quievit in Domino. Mabill. l. c. p. 597.

(ν) Lambertus l. c. p. 187.

delitescens non vacuum sit Minervae litans strenue, inter cetera ingenii sui opuscula conscripsit Chronicon monasterii Hersfeldensis, breve quidem, sed admodum utile, e quo postea Monachus Hamerslebiensis Excerpta dedit, a Madero in Antiquitates suas Brunsuicenses postea relatum; reliquit et nobis Chronicon de gestis Regum principum et Imperatorum, a tempore Caroli M. usque ad annum 1077. volumen Historiarum insigne, jucundaeque prorsus lectionis. Quo ipse sane merito, (ζ) ut Trithemio audiret, vir tam in divinis scripturis doctissimus, quam in secularibus literis valde eruditus, ingenio subtilis et clarus, eloquio Barthio (o) Scriptor, quo nemo politius res Germanicas literis commisit, Mabillonio domesticus et gravis autor (oo) Seckendorffio diligens et supra seculi sui genium cultus scriptor (ooo) et Scaligero (π) mira visa fuerit ejus in seculo tam barbaro tanta in loquendo puritas et in temporum computatione solertia, ut Chronologis nostri temporis pudorem aliquem exprimere posset. Hujus Meginheri Camerarium circa 1036. 1039. egisse Gundthronum, ex idoneis documentis probari potest, postea in S. Fradonis Abbatem adscitum. Ortus nempe is erat ex non ignobilibus parentibus in Hasbania, postea in S. Fradonis monasterio a pueritia educatus,

(ζ) In Chronico Hirsaugiensi. pag. 202.
(o) Adversar: L. XLIX. c. 4.
(oo) T. V. Autor: Bened: p. 73.
(ooo) In repetita et necessaria defensione justae protectionis Saxonicae in civitate Erfurtensi, Anno 1664. edita.
(π) De emendat. temp:

catus, et sub Adelhardo, Abbate ibidem, in ecclesiastica et regulari disciplina apprime eruditus. Adelardo dehinc in exilium adducto, suo Proppone, Stabulensi Antistite, ejus vice agente, probatus, ac aliquandiu in hoc Stabulensi monasterio etiam degens inde in Hersfeldensem, nescio qua de causa recedens, huic Camerarius Abbatis factus est magna honoris praerogativa, cum ille domesticorum turbae praeesse soleat, qui ipsi parere tenebantur, eorumque quae Abbati solventur, quasi tertius est particeps, eidemque commissus fuit locus regnis, studiis, liberalium artium, et opibus praecellens. Illic dum versaretur morum suavitate, corporis proceritate (nam toto capite grandioribus eminebat) formaeque praestantia non modo Hersfeldensibus placuit, sed etiam exteris, ut ad aulam Regiam etiam fama ejus pertingeret. Hinc mortuo tandem anno 1039. Adelardo, S. Trudonis Abbate, Guntramnus ei suffectus fuit, et quidem eodem adhuc, ut annales docent, anno 1039. ac Leodici à Nithardo ordinatus, disciplinam regularem, cui et ipse vixerat antea addictus, invexit, quamque tunc Hersfeldiae florentissimam invenerat, seditque ibidem annos sedecim, usque ad annum 1055. (c) Diu denique, annis non paucis, ut ad vitae Meginheri pergamus clausulam, litis admodum gravis serram reciprocavit quoque cum Burchardo, Halberstadensi Episcopo, insidias coenobii Hersfeldensis rebus et libertati ejusdem perpetim struente, ob decimas è Saxonia accipiendas, quam tandem ob causam,

(c) Verba sunt utplurimum Mabillonii T. V. Ann: Bened: p. 432.

et cum injuriam sibi fieri putaret Meginherus, ipsum Pontifi-
cem Nicolaum II. (S) adire necesse habuit, qui causae suae justi-
tia facile cognita, non solum consolatorias ad Abbatem perscripsit
literas, Schaffnaburgensis adhuc tempore ibi in Archivo seu ta-
bulario monasterii visendas, (T) sed et anno 1059. solennibus li-
teris apostolicis easdem ipsi adjudicavit, et, ut Burchardus
de hisce litigiis futilibus in posterum desisteret, paterne admo-
nuit, praecipiens, ne statutos patrum terminos transgrederetur,
neve monasterium Herfeldense superfluis concertationibus per-
turbaret, alioquin si pergeret molestus esse, se Apostolicae auto-
ritatis virga usurum adversus ejusdem inobedientiam. Iste vero
parum illas curans, opibusque magis adversus ipsum quam jure
praevalens acquiescere, hicque lite contendere non valebat,
soli DEO causam coenobii justissimam committendam ratus, do-
nec

(S) Lambertus in H. G. p. 164. Is eodem anno 1059. ab Abbate Me-
ginhero interpellatus, propter decimationes Saxoniae, literas
et mandata direxit Burchardo, Halberstadensi Episcopo, ne
statutos patrum terminos transgrederetur, neve monasterium Her-
feldense superfluis concertationibus inquietaret; si pergeret mo-
lestus esse, necessario se Apostolicae auctoritatis virga usurum ad-
versus ejus inobedientiam, praesertim cum monasterium illud sub juris-
dictione esse Romani pontificis, tot praedecessorum ejus privilegia
testarentur.

(T) Idem ibidem p. 165. Abbati quoque epistolam scripsit verbis con-
solatoriis, quae usque in praesentiarum in Chartario Hervelden-
sis

nec e vivis abiens Meinherus causae justitia commotus, eundem Friderico, Palatino Comite interprete, ad tribunal aequissimi judicis intra annum sub termino evocasset (υ) ipse ante terminum anno 1059. die VI. Kal: Octob. seu die 26. Septembris placide demortuus (ϕ) paucis diebus post Burchardo subito miserrime extincto, ante mortem tamen culpam deprecante, et Hersfel-

---

fis monasterii servatur, sed ubi hodie illa hospitetur, Deus noverit.

(υ) Lambertus p. 185. seqq: Gabr. Bucelini Menologium Benedict: ad 26. Sept. pag. 667.

(ϕ) Fuldense Necrologium p. 768. Anno 1054. Meginheri Abbas de Hersfeld. Winckelmann. in Chron. Hals. p. 261. Lambertus p. 185. Febre correptus est, et sic per octo dies gravi aegritudine decoctus VI. Kal. Octob. 1059. feliciter consummato cursu, quievit in Domino. Is cum Burchardo, Halberstadensi Episcopo, diuturnam traxerat litem, propter decimationes Saxoniae, quas ille Herueldensi monasterio ereptas per occasionem Episcopalis regiminis sibi vendicabat. Contra cujus improbitatem cum nec forenses, nec ecclesiasticae leges quicquam valerent, tandem brevi, antequam vita excederet, mandavit ei per Fridericum, Palatinum Comitem, siquidem tanquam viribus imparem causa cadere, DEO tamen vires ad tuendam aequitatem non defuturas esse; proinde parati ambo essent, ut infra paucos dies ad tribunal aequissimi judicis DEI causam dicerent, victoriam ibi esse, non qui plus posset, sed cujus causa justior esset. Refert et id ad annum 1059. Trithemius in Chronic. Hirsaug. p. 207. Mabillon. T. IV. Annal: Bened: p. 596. 597.

denſi eccleſiae ut a ſucceſſore ſuo omnia reſtituantur, et Magdeburgenſem et Hildesheimenſem, Epiſcopos praeſentes monente, et ſerio cohortante; itemque Vtone, Archipresbytero Halberſtadenſi, litis hujus incentore, ſimiliter morte repentina abrepto; Bruccone vero, in epiſcopatu ſucceſſore, ab infeſtatione hujus eccleſiae ex illo tempore penitus abſtinente. (X) Quibus non poſſumus non addere inſigne et neſcio, an poſſit majus? elogium, quod veraciſſimus Hiſtoricus Lambertus Aſchaffnaburgenſis, ipſi jam ſuo tempore, Epitaphii egregii loco, tribuit, nempe quod fuerit vir magnarum in Chriſto virtutum et vere (quod omnium modernorum Abbatum pace dixerim) unicum ſua aetate in Teutonicis regionibus recte ac monaſtice vivendi exemplar.

S. XXXVII. Ab illo tempore, quo Meginherus Abbatiae rebusque humanis ſimul valedixit, anno 1059. die vero VI. Idus Novembr. ſummi praeſulis huic loci officio defunctus eſt Ruthardus (Ψ) (alius

(X) Vide omnia fuſius enarrata apud Lambertum l. c. p. 165. Trithemium in Chron. Hirſ. p. 204.

(Ψ) Lambertus in H. G. p. 165. Meginhero Abbati VI. Idus Novemb. ſubſtitutus eſt Ruothardus, Corbejenſis diſciplinae monachus, qui in monaſterio Corbejenſi Abbas quondam fuerat ordinatus. Ejusdem Excerpta per Monachum Hamerslebienſem, p. 158. Ruthardus quondam Abbas Corbejenſis Megenhero ſucceſſit, Abbati Herveldiae, vir prudens, et magnanimus, imperare et imperari novit. Ad ſeculum ſe prudenter agebat, in ſpiritualibus mediocriter. Megenherus via contraria inceſſerat. W. Dilichius in Chron. Haſs. p. 58. Mabillonius T. IV. p. 597. ſed valde errat T. IV. p.

(alius qui scribitur Rothardus, Ruothardus) e Baronum de Beuren familia trahens spiritum, Corbejensis primum disciplinae monachus, (ΨΨ) Scholasticus dehinc, sive magister monachorum (w) ac tan-

---

p. 478. dum ex Annalibus Corbejensibus refert, eum novam Corbejam rexisse usque in annum 1051. quo Abbas Hersfeldensis factus fuerit. Neque cum veritate consentiunt, quae tradit Nic. Schatenius in Annal: Paderborn: p. 528. eum ob quaedam delicta et dissidia anno 1053. ab officio fuisse remotum et in ordinem redactum. Ejus meminit et Max. Rev. I. C. Oleavius in Chronico Arnstadiensi, ad annum 1062. diplomate sine dubio de hac epocha edoctus. Conspirant praeterea versus in arce Eichensi a Winckelmanno in c. a. p. 261. addicti:

Nobilium solus illustri de stirpe Baronum
Inter et egregios fama Ruthardus avos.
Ignibus absumptas proprii renovasset ut aedes,
Coenobii princeps fit, Padeborna, tuus. pag. 141.

Zeileri Topograph. Hass. p. 51.

(ΨΨ) Schnaccenb. Annal: Corbej: p. 388. An: 1046. Routhartus, commonachus noster, vir doctus, factus Abbas. Et postea: a. 1050. exornat et auget Routhartus templum et pretiosa vasa ecclesiastica. Anno 1051. III. Idus Decemb. ultro resignat, et factus est Abba Hersfeldensis.

(w) Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum 1038. Multo tempore Ruthardus scholae monasticae in Corbeja publice praefuit, et eruditos post se discipulos reliquit. Mabillon. T. IV. p. 478. ipsum ut virum doctum VII. Kal: Martii 1046. electum, et VII. Idus Martii a Rothone, Episcopo Patherbronensi ordinatum prodit.

dem et ab anno 1046. non 1051. sacrae Corbejensis familiae antistes. An antea S. Jacobi monasterii ante Moguntiam in monte speciosо secundum egerit, dubius haeret Mabillonius, (a) neque hanc litem nostram heic faciemus. Vir ceteroquin prudens ac magnanimus, sed seculo magis, quam ecclesiae rebus addictus, et si Trithemium (b) audias, vir doctus et magnae reputationis, qui scholis monachorum apud Corbejam multo tempore praefuit, et magnum eruditionis suae experimentum dedit, deinde proficientibus meritis Abbas ejusdem monasterii, fratrum electione constitutus, et satis religiose versatus; si vero Mabillonium (c) vir genere, eruditione ac pietate insignis; si denique Lambertum (d) vir in sacris Scripturis apprime eruditus, et sic ad loquendum expeditus, ut nemo illa aetate verbum DEI copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret; (e) alias in observatione sanctae regulae paululum

(a) T. V. Act: Bened: p. 527. Cujus Abbas secundus Ruthardus, genere, eruditione et pietate insignis, qui non pauca ingenii sui monumenta reliquisse dicitur; haud scio, an idem Abbas Hersfeldensis, cui Lambertus haec tribuit.

(b) In Chron. Hirs. l. c.

(c) T. V. Annal: Bened: p. 527.

(d) In Hist. Germ. p. 211. ad annum 1074. et ex eo Mabillon. T. V. p. 73.

(e) Heic formatum iterum praesto est, quod supra de Abbatibus monuimus, nempe habuisse conciones ad populum frequentes, nec ad tantas dignitates prius fuisse promotos, quam juventutem monasticam aliquandiu probe in omnis generis disciplinis instituissent, ac artibus, scholastici tunc audientes et magistri monachorum, quo

lulum, quam mores et tempora expeterent, remissior. Praefuit tamen tam diu rebus monasterii hujus, donec Henrico IV. Leye veniente Hersfeldiam, de quibusdam criminibus falsò /ut creditur/ accusatus (f) et a Januario praeterea per totum annum decumbens, certe senium jure praetexens Abbatiam aut amiserit, aut, quod magis credibile, et Lambertus etiam affirmat, valetudine, uti diximus, mense Januario impeditus et toto anno aegritudine consumptus degz valetudine desperans, exactis hoc loci annis tredecim, III. Idus Decemb. anno 1072. ultro se abdicaverit, eamque resignaverit. (g)

---

quo nomine et tunc maxime floruit Hersfeldense monasterium, quod illud inter monasteria alia perpauca, studia optimarum artium, et restituerit, et diu satis, longoque tempore aluerit, observante id ante nos jam Johanne Launoio in de scholis celebrioribus a Carolo Magno restauratis. p. 117. edit. fabr.

(f) Trithemius in Chron. Hirsaug. p. 204. Post annos vero paucos, quorundam criminum falso, ut creditur, insimulatus /Luthardus/ dimissa tandem Abbatia etc. Idem tessatus est Lambertus jam, ex quo exhauserat Trithemius. Vide infra observ. (O)

(g) Lamberti Excerpta p. 188: Luthardus Abbas, senio confectus, Henrico /Caesare/ adveniente Herueldiam resignavit. Hartwigus, monachus ejus loci, substituitur per eundem Heinricum, Caesarem. Observes denuo hic velim, jura Imperatoris Henrici IV. Abbates cum Episcopis non solum instituentis, sed et, si res ecclesiae poscerent, loci ex solio moventis, nimirum Luthardi resignationem, si non imperantis, certe ratam gratamque habentis, aliumque

Vixit post abdicationem duos adhuc cum dimidio annos, privatam in diversis monasteriis agens vitam, caduco tamen per id tempus plurimum

in illius locum substituentis h. a. Hartwigum Abbatem rursus designantis, ut adeo jus hoc Imperatori tunc unice, ut summo in ecclesia pontifici, competierit, liberque et sine contradictione quoque ab ipso fuerit exercitum. Neque hoc, adversae licet partis, Johann. Hoffmannus in Annal: Bamberg: diffiteri potest, pag. 69. scribens: Ecclesiae ab initio Episcopi eligendi potestatem non habuerunt, sed solennes munerum et honorum distributiones Imperator obivit, et ferme quae ad formandum regnum et ecclesiam pertinebant, solus peregit. Unde legimus a primae ecclesiae Bambergensis fundationis tempore, novem ab Imperatoribus, continuata serie, datos esse Episcopos. Olim ergo non erat sic, ac hodie, ubi pallia Romae care satis emi et adsportari oportet. Mansitque sic, donec his intenderetur a Gregorio VII. ac sequente Hadriano IV. qui non erubescebat, Fridericum I. Barbarossam in conventu principum Germaniae Wurzburgensi suum beneficiarium appellare per legatos, Germania propterea statim excedere jussos per eundem Imperatorem. Caeterum superius dicta adstruit rursus Lambertus in H. G. p. 189. Anno 1072. Rothardus, Abbas Hersfeldensis, mense Januario aegrotare coepit, et sic per annum continua aegritudine decoctus, cum evasurum se desperaret, abbatia et pastorali dignitate, quam per infirmitatem administrare non poterat, III. Idus Decembris ultro se abdicavit, anno, postquam Abbati Megingero successerat, tertio decimo jam exacto. Vid. Dilichius in Chron. Hass. p. 88. morbum ejus et abdicationem ad annum quoque 1072.

mum vexatus morbo, ex quo et mentis deliquium incurrit saepius; (h) Winckelmannus equidem cum nonnullis aliis asserunt, et coenobii aedes igne absumptas ipsum aedificando restituisse (i) et Paderbornam fuisse huc evocatum in istius loci Episcopum, (k) sed quantum ego quidem video et capio, illi, aut forte ante eum plures alii, Ruthardum hunc cum paullo antecedente Rudolfo egregie confundunt, qui (Winckelmannus) eundem etiam anno 1072. mortalem reliquisse affirmat, (l) cum tamen anno 1074. V. Idus Junij demum ipse, ob male affectam valetudinem, decesserit. (m) Hoc certum, ante et post abdicationem, duobus scilicet ante obitum annis ac

---

1072. refert, itemque Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 53. 73. perinde ac Anton. Schenckenburgius in Annal: Corbej: p. 388. Anno 1072. Ruthard Hersueldens. commonachus olim noster, ob morbum III. Idus Decemb. resignat, cum officium facere non posset propter infirmitatem.

(h) Mabillonius T. V. Ann: Bened: p. 53.

(i) Vide supra observat. (Ψ) hoc est in Chronico Hass. p. 259. 260. cui accedit M. Abr. Saurius in parvo theatro urbium, p. 141. Zeilerus in topogr. Hass. p. 51. W. Dilichius in Chron. Hass. p. 86. 88.

(k) In versibus arcis Eichensis, quos vide supra in obs. (Ψ)

(l) In Chron. Hass. p. 260.

(m) Lambertus in H. G. p. 211. Anno 1074. Ruthardus Abbas Herfeldensis monasterii V. Idus Junii decessit. Ant. Schnackenburgius in Ann: Corbejensibus p. 388. A. 1074. obit Ruthard Abb. Herueld. V. Idus Jun. phreneticus et epilepticus. Et

per sex menses, ex profundo DEI judicio ipsum phrenesi correptum, sensu defecisse, exinde in epilepsiam, ac demum in insaniam incidisse, (n) quod tamen semper luxisse fertur, quoties a stupore et mentis hebetudine tantisper respiraret, privatimq; post abdicationem annum integrum et sex menses in diversis monasteriis tempus vitae reliquum, non sine poenitentiae signis transegisse. (o) Hoc tantum addimus, quod dum Ruthardus

heic

---

ex iis Launoius de Scholis celebtior. a Carolo M. p. 117. itemque Mabillon. T. V. Annal: Bened: p. 73.

(n) Lamberti Excerpta p. 158. Ruthardus in insaniam post haec versus est. Item in H. G. p. 211. Is miro judicio DEI, qui, quos diligit, corripit, ante diem mortis suae sensu defecit, et per continuos duos annos et sex menses, phrenesi pariter, et epilepsia gravissime vexabatur. Defunctus est autem, anno integro et sex mensibus exactis, postequam Abbatiae se abdicaverat. Quod tamen factum adeo poeniters deflebat, quoties a stupore atque hebetudine mentis paullulum respiraverat, ut ambiguum esset, morbo an moerore gravius acerbiusque tabesceret. Et ex hoc Mabillon. T. IV. Annal: Bened: p. 53.

(o) Lamberti Excerpta p. 188. Sed quorundam criminum postea falso /ut creditur/ insimulatus, abbatia amissa nonnullos per diversa monasteria privatus exegerat annos. Sui vero et dictorum praecedentium omnium oblivisci tur ibidem Trithemius, quando statim subjicit: Donec Hersfeldensem Abbatiam post Meginherum obtinuit, /Ruthardus/ in qua

ubi

huic Abbatem ageret, anno 1064. Werherus Comes, villam monasterii Kirchberg nomine a Rege Heinrico IV., Abbate inconsulto sibi expetierit vindicaveritque, quae monachorum precibus nullis, jejuniis nullis ab ipso impetrari exinde poterat (p) donec anno 1066. cum Rege ad conventum Tribuniensem proficiscens et in villa Ingilnheim, Hersfeldensis ex parte jurisdictionis, nocte divertens, octo inter milites suos praedas, ut solent, agentes, et loci incolas dissidio, dum ipse suis succurrit, a vilissimo homine, aut foemina, ut alii volunt, saltatrice, clava in capite percussus fuerat, quo facto et morte instante absolutionem a peccatis vicissim impetrare non valebat, usque tum pudore magis, quam pietate villam per suos restituendam promisisset. (q)

---

usque ad mortem sanctissime vixit. Sane contrarium per omnia ex supra dictis constabit satis.

(p) Lambertus p. 171. Werherus, Comes, villam monasterii nostri, quae dicitur Kirchberg, inconsulto Abbate, a Rege petiit et impetravit. Pro qua recipienda diuturnum agonem defudavimus, dimicantes adversus tanti hostis saevitiam, non armis carnalibus, sed jejuniis et crebris orationibus. Unde ille mordaciter magis, quam facete jocari solebat, magno munere dignum se esse apud Regem, qui monachos ejus languidos prius in opere DEI et tepidos novis facibus adhibitis exsuscitasset invitosque.

(q) Lambertus p. 175. Cum quo et Werher comes, veniens in villam Ingelheim, cujus pars aliqua ad nostrum quoque monasterium pertinet, hospitatum divertit, ubi tum milites ejus ab incolis praedas agerent, et illi ad aram conclamantes, manu vindicare se niterentur, atrox pugna coorta est, in qua dum Wernher, Comes, ad ferendam suis opem, impigre discurreret, a quodam nostri monasterii vilissimo mancipio, vel ut alii ferunt, a foemina saltatrice, clava percussus in capite, corruit, atque ad Regem semivivus est reportatus. Admonitus ab episcopis, qui praesentes erant,

Caesar Henricus IV. exinde Goslariam, mox Trajectum ac Frizlaria profectus, ibi in morbum incidit, sed ex eo mox etiam reconvalescens Pentecosten hoc ipso anno 1066. Hersfeldiae celebravit, (V) ac non multo post nuptias Triburii Anno 1071. Synodo Moguntiae indicta, qua Conradus electus episcopus Constantiensis purgare se debuisset a criminibus et inprimis Simonia objectis; hinc et Henricus, Caesar, instantibus Kalendis Augusti Moguntiam se contulit, discussurus ipse omnia, ac hac ipsa et via Hersfeldiam venit. (S) Unde sequenti die digressus Utenhusam, cum ibidem

Lupol-

---

ut pro peccatis suis DEO in extremo jam spiritu constitutus, satisfaceret, sequeque Herueldensium monachorum precibus interemptum recognoscens, villam Kirchberg, quam injuste invaserat, redderet, nullo modo acquievit, donec episcopi consensu facto immiterente sui sacram communionem morienti non daturus, nisi prius tanti peccati pondere se exoneraset, sic tandem pudore magis, quam religione victus reddidit, statimque vita decessit. Sed quam egregium praedia, villasque accipiendi, aut recipiendi modum! qui in exemplum notari meretur.

(V) Idem p. 176. Rex Fridestariae jam veniens gravissimam aegritudinem incidit – – a qua infirmitate vix dum plene resumptis viribus, pentecosten Herueldiae celebravit, nec multo post nuptias in Triburia. Cfr. Spangenbergii Chron. Mans. p. 182. ac Dilichii Chron. Hass. p. 11. p. 118.

(S) Idem pag. 185. Hac de causa Synodum Archiepiscopus Moguntiae indixit in mensem Augustum. Itaque instantibus jam Calendis Augusti Rex Moguntiam properabat, cupiens ipse in discursione tanti negotii cum Archiepiscopo cognitus assidere. Inter eundum Herueldiam venit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Lupoldus de Mersburg, consiliarius intimus Regique charissimus, de equo in gladium Attilae incidens, exspirasset, ejusdem corpus Hersfeldam reportari ibidemque in medio templi insigni cum pompa sepeliri curavit, triginta praeterea mansis ecclesiae, pro salute animae suae, in pago Martenefeld legatis et ecclesiae Hersfeldensi addictis (t). Obsignamus Luthardinae vitae compendium editis ab ipso scriptis, pro seculi illius genio doctissimis, quorum indicem diligentissimo de-

(t) Idem p. 185. Inde digressus die postero in villam, quae dicitur Utenhusen, prandendi gratia divertit. Cumque refecti, jam ferventissimo accelerandi itineris studio certatim omnes caballos repeterent, accidit, ut Lupoldus quidam de Merspurg, regi carissimus, cujus opera et consiliis familiarissime uti solitus, caballo forte laberetur et proprio mucrone transfossus illico exspiraret. Cujus calamitas intolerabili dolore et moestitia regem confecit, statimque Heruel-diam reportatum in medio ecclesiae cum magnifica funebris offi-cii pompa sepelivit. XXX. quoque mansos pro anima ejus mo-nasterio contradidit in loco, qui dicitur Martenevelt. Notatum autem est, hunc ipsum gladium fuisse, quo famosissimus quondam rex Hunnorum Attila in necem Christianorum atque in excidium Gal-liarum hostiliter debacchatus fuerat. Hunc siquidem mater Salamonis, Regis Ungariae, Ottoni, Duci Bajoariae, hic Dedoni, juniori, Marchi-oni Missnensi dederat, hoc vero perempto, Rex Henricus, et ab hoc Lupoldus acceperat. Et paulo post ibidem: Rex Magnifice ac re-galiter ornato corpore Lupoldi etc. Conf. in hanc rem Semarium de reb: Mog: p. 754. Cyr. Spangenbergii Chron. Mansf. p. 186. b. et ejus Chron. Sax. supra. 279. Winckelm. Chron. Hass. p. 204.

bemus Trithemio (u) quae omnia, si genuina sunt, hactenus latent.

1.) De tranquillitate vitae pulchrum opusculum, in quo se ipsum multimoda ratione consolatur, dicens: Monachum non debere perturbari propter quoscunque contrarios eventus rerum transitoriarum, cum omnia sint brevi mortis interventione terminanda.

2.) De miseria vitae praesentis, libellus non contemnendae lectionis ex Trithemii judicio.

3.) De institutione monachorum liber unus.

4.) De justitia Christiana Libri II.

5.) De Sacramento altaris contra Berengarii haeresin, libri II.

§. XXXVIII. Ex illo tempore voluntateque antecessoris Ruthardi, anno 1073. Abbatis dignitate a Caesare Henrico IV. ornatum legimus Hartwigum (x) ejusdem loci antea monachum,

Egberti

---

205. Stumpfii vita Henrici IV. L. 1. c. 15. G. Fabricii Orig: rer. Sax: L. V. pag. 523.

(u) In Chron. Hirs. p. 207. et ex eo Mabillonius T. IV. Annal: Bened: p. 73.

(x) Lamberti Excerpta p. 158. Hartwigus monachus ejus loci substituitur per eundem Henricum [Caesarem] Anno [Colonienfis Episcopus] hoc gratum habuit. Idem in H. G. p. 189. Successitque ei (Ruthardo) protinus secundum ipsius postulationem ibi [Hartwigus] ejusdem coenobii monachus. Mabillon. T. V. Ann: Bened: p. 53. Ejus mentionem etiam injicit Max. Rev. I. C. Olearius in Chron. Arnstadiensi, sed anno, quo vixerit, omisso. Adspulatur caeterum non minus H. Winckelmannus in versibus arcis Eichensis, Chron. suo Hass. p. 264. insertis:

Hartwigo cessit vivensque volensque Ruthardus,
Ut successorem cerneret ipse suum. † 1093.

Egberti monachi elogio, verae virtutis exemplar unicum. Munus ejus in iniquissima tristissimaque incidit tempora, nec cum praecedentibus comparanda. Nam mota ab Archiepiscopo Moguntino, Sigfrido, a Caesare Henrico IV. instigato, de dandis in Thuringia decimis, controversia, haec res tot tantosque motus excitavit, deditque quos quantosque vix alia. Coloniensi nempe „Archi„Episcopo et praedagogo prudente et consiliario circumspectissimo, abdicato, Rex juvenis in vitia non tam pronus quam praeceps ruens, castella quamplurima in Saxonia et Thuringia exstruxerat, ut iisdem incolas regionum dictarum sub jugum mitteret, et ut tyrannidis suae haberet praetextum, Moguntinum instruebat, ut decimationes in Thuringia (Y) a sacerdotibus exigeret, sibique partem de iisdem Rege dignam traderet, contra omnes hostes ipsum propterea defensuro, et ut singuli darent, vi armisque eosdem coacturo. Synodo proinde hanc ob causam Erfurti anno 1073. VI. Idus Martii indicta, Imperatore etiam, Episcopis Principibusque omnibus praesentibus haec ipsa res in medium afferebatur et de eadem consultabatur. Et quamvis omnes manibus pedibusque tacite ac palam renuerent, tamen Thuringorum spes et fiducia potissimum in Widerado, Abbate Fuldensi, et Hartwigio (minime vero Ruthardo, ut scribit Mabillonius,) (Z) Hersfeldensi, Abbatibus innitebatur, cum quod hi ecclesias decimales omnium plurimas et praedia

(Y) Neque id negare potis fuit ipse Nic. Serarius in Reb: Mog: pag. 749. 750. 751. 757.

(Z) T. V. Annal: Bened: pag. 59.

infinita haberent (α) et Moguntinenſium praeſulum conceſsionibus, et Romanorum Pontificum literis et decretis dudum libera, tum, quodſi hi cauſa excidiſsent, ſibi una cadendum praeviderent. Nihil tamen valebant preces interpoſitae a regni proceribus apud Moguntinum, nihil rationes praegnantiſsimae, pro retinendo antiquo collectandi more, pro legatis priſco ſeculo factis, nihil Romani Pontificis authoritas, nihil Caroli M. aliorumq; Imperatorum privilegia his monaſteriis clementiſsime conceſsa. Quartam partem decimarum tandem offerebant, tres retenturi. Ut dum ad ſedem Apoſtolicam provocare vellent, id ſub capitis poena ipſis interdicebatur ab Imperatore. Ita Abbas Hersfeldenſis ſummo conterritus periculo, neque videns, quo elabi poſsit, rem arbitrio Regis permittit, ut ex aequo ſaltem et bono cauſam inter ſe et Archiepiſcopum definiret. (β) Res eo tandem pervenit diu deliberata, ut Abbas in decem ſuis decimalibus eccleſiis duas partes decimarum retineret, tertiam Archiepiſcopus acciperet, in reliquis vero ipſius eccleſiis dimidia Abbati, dimidia Archiepiſcopo maneret, ubi vero eccleſia decimalis propria Archiepiſcopi eſset, tota illic et decima ipſi cederet; praeterea, ut omnes dominicales Archiepiſcopi curtes in quacunque eſsent parochia, ab omni

(α) Lambertus in G. H. pag. 190. Ric. Serarius in R. M. p. 751. Browerus Annal: Fuld: pag. 85. Johann. Binhardtus in Chron. Thuring. pag. 501.

(β) Lambertus in G. H. pag. 190. Cyr. Spangenbergius in Chron. Mansf. pag. 158. a. Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 59. 60.

omni penitus decimarum exactione sint immunes. Sub jugum ergo sic missо Abbate Hersfeldensi, statim Thuringi, omni spe adempta, eo quod in illius prudentia et eloquentia plurimum fiduciae posuissent, non ultra restiterunt, sed decimas in posterum absque retractione se daturos episcopo professi sunt. (V) Cum itaque Henricus IV. probe sciret, hoc non probaturum Romanum pontificem, sub amissione gratiae suae utrique Abbati praecepit, nec ne ipsi, neque per nuncium, neque alio quovis modo pro instituenda Synodo Apostolicam sedem interpellarent. Uniti vero contra Caesarem Proceres instabant, ut castella dirueret, privilegia vetera restitueret, et immunitates, probos rerum imperialium gnaros Principes in consilium adhiberet, pravos removeret. Sed verbis facile nihil se proficere apud ipsum animadvertentes, ipsum paulo post Goslariam, hincque in castrum Harlesburg se recipientem valida manu adoriuntur ac obsident. Rex vero ex altera parte arcis per vastissimam Sylvam, venatoris cujusdam auxilio, cum suis elapsus, quinto die Hersfeldiam venit, itinere et jejunio bene emaceratus. Operiebatur ibidem et Udelonem Wurzburgensem, Hermannum Bambergensem, Episcopos, missique nuncios Rudolpho, Suevorum duci, Episcopis Rheni, Suevіae et Bajoariae, ipsis denunciavit, ut sibi cum copiis, quantis possent, succurrerent, in villa capella, haud procul ab Hersfeldia (S) convenitque mox inter illos, ut septi-

(V) Lambertus pag. 190. Serarius in rebus Mog: pag. 596. Binhartus in Chron. Thuring. pag. 103.

(S) Lambertus p. 195. W. Dilichii Chronic. Hass. L. II. pag. 119.

mo die post Michaëlis festum miles in praelium contra Saxones coiret in villa Hersfeldensis monasterii Soredingen /hodie Beiren Breitungen/ (ε) Saxones, regem ipsis elapsum resciscentes, et quid animo meditaretur contra ipsos, non ignari, pactum cum Thuringis ineunt in Tretteburg prope Gebesam ad Unstrutum, se ad extremum usque spiritum pro libertate sua depugnaturos, et in hunc finem denunciant Fuldensi et Hersfeldensi Abbatibus caeterisque principibus, ut ad ferendum genti auxilium die statuto cum militibus suis adessent. Saxonibus mox factis superioribus castellisque aliquot expugnatis, die assumptionis S. Mariae, cum adhuc Hersfeldiae degeret Rex Heinricus IV. misit qui ducem Magnum custodiae hactenus mancipatum, suis nunc restitueret liberum. (ζ) Exorto paulo post exinde nihilominus bello, vulgo sic dicto Saxonico, nulla exactio decimarum facta est amplius gaudentibus applaudentibusque cunctis maxime Thuringis. Expugnatis contra ex illo tempore /1074./ ab iisdem Castellis Afsenberg, Spalenberg, Vockerot, unde (nam in hoc castro Vockerot toto belli tempore regina se continuerat) Abbas Hersfeldensis, Hartwigus, jussu regis, Reginam Hersfeldiam, consentientibus Thuringis, deduxerat praegnantem. Ea hinc ibidem 4. Idus Februarii feria quarta anno 1075. peperit filium, ab Ebzone, Altenburgensi Episcopo, tunc forte apud Abbatem Hersfeldensem hospitante, baptizatum, Conradumque atavi sui

nomine

(ε) Lambertus in H. G. p. 196. Cyr. Spangenberg. Chron. Mansf. pag. 191. b.

(ζ) Lambertus pag. 197. Spangenberg. Chron. Mansf. pag. 192. a.

nomine in baptismate vocatum, et ab Abbate Hersfeldensi non solum, sed et plerisque fratribus deficientibus magis idoneis personis in sacri fontis lavacro susceptum (u) Regi cum Saxonibus conflictare juxta cum aliis Fuldensis et Herfeldensis Abbatum milites sese opposuerunt, nolentes in suppressionem innocentum arma suscipere. Rex interea

(u) Lambertus in C. G. pag. 202. Castellum Wockenrot paucis ante diebus coeptum fuerat obsideri, et quia Regina in eo toto tempore belli hujus servabatur jussu regis, profectus eo Abbas Hersueldensis, consentientibus Thuringis, eandem inde accepit, atque Heruelidiam adduxit praegnantem, et jam de partus vicinitate indies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur, nesciente scilicet rege, propter perturbationem Reipublicae, quo eam mittere posset servandam, II. Idus Februarii feria quarta peperit filium. Is quomodo infirmari et jamjam expiraturus putabatur, tertio die baptizatus est ab Ezzone, Altenburgensi Episcopo, qui tunc forte apud Abbatem hospitabatur, et nomine atavi sui Conradus est vocatus: et quoniam alii non aderant, qui digne eo munere fungerentur, Abbas et alii plerique fratres Herueldensis coenobii eum de facto fonte susceperunt. Albert. Stadensis ad annum 1073. Hispor. vitae et bellorum Henrici IV. apud Urtisium. Albertus Krantzius Lib. V. Saxon. 63. Pfeffingerus in Vitriario illustrato L. 1. T. V. p. 537. Struvius in Germanici imperii Hist. c. 15. §. 19. Lamberti Excerpta per monachum Hamerslebiensem, p. 158. Imperatrix parvulum peperit Regem in Heruelidia, sapientibus ista sufficiant: alibi plura requirant. Nic. Serarius in Reb: Mog: p. 762. 765. Mabillon.

Wormatia egressus VI. Calend: Febr: Hersfeldiam cum suo exercitu venit, qui tamen pridie, quam Hersfeldiam ingrederetur (I). Miserat Abbatem Hersfeldensem ad Saxones, in ulteriori Wertae ripa confidentes quaesiturum, num tuto ad ipsos liceret mittere nuncios ?. Ipse Rex transgressus Hersfeldiam in proximis villis reditum Abbatis praestolabatur, inter has moras exercitus Regis, praedae, quam pugnae avidior per contiguas Hersfeldiae villas longe lateque discurrebat, easque hostiliter depopulabatur. Qua clade ita attritae sunt Fuldenses et Hersfeldenses possessiones, ut ingravescente alimentorum inopia, magna cum difficultate Patres retinerentur in monasteriis (1). Abbas Hersfeldensis reversus, mitia Saxonum consilia retulit, et si Rex ipsis sua vellet restituere, et facere, quae essent Imperatoris, se lubentissime in omnibus parituros. Anno 1075. congregato iterum a Rege exercitu, ad diem VI. Idus Junij (K) in Herfeldensis monasterii villa Breidingen (hodie Herren-

Brei-

T. IV. annal: Bened: p. 73. Cyr. Spangenbergius Chron. Mansf: pag. 196. a. W. Dilichii Chron. Hass. L. II. p. 120. qui tamen falso Conradum infantem Regium ab Abbate Hersfeldensi Hartwigo baptizatum perhibet.

(I) Lambertus pag. 202. 203.

(1) Lambertus pag. 203. Cyr. Spangenberg Chron. Mansf. pag. 197. a. Mabillon. Annal: Bened: T. V. p. 72. 73.

(K) Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 89. 90. Lambertusque loc. cit. Casp. Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniae praecipuorum. p. 211. Abbas / Fuldensis Wideradus / cum Imperatorem Jejunatus versus monasterium Bredingen iter arriperet, jam provectae imo confectae potius aetatis in ipso curru suo frequentium militum ma-

Breitungen *) die prima venit ad Elenen, sequenti in Beringen castra posuit, et paulo post aggrediens Saxones, palantes eos fugavit. Eodem anno 1075. singulari fato Anno, Episcopus Coloniensis, post Colonienſium nefariam conſpirationem, cum, animi levandi cauſa, Salfeldiam veniſſet, ut noſcentis monaſterii alumnorum ſpiritualibus exercitiis recrearetur, inde Hersfeldiam profectus eſt, ut feſtum ibi purificationis Mariae celebraret, exinde vero Sigebergam perrexit, et tandem Coloniam venit, ubi poſt annum Epiſcopatus vigeſimum primum, pridie nonas Decemb. anno modo dicto demortuus fuit (*). Sic et eodem tempore 1075. fiebat, ut, Widerado, Fuldenſi Abbate, extincto, in monaſterio Breitungenſi a ſolis calore, hominum multitudine et pulvere campi, itineris incommodis adflicto nimis, die 16. Julii, cum tantam in aula ſua multitudinem in precanda praefata dignitate et infula indignabundus conſpiceret Imperator Henricus IV. quid faceret neſciret, Caeſar tandem ex arena hoc capiebat conſilium, ſcite dirimens lites orituras, facileque ſimul graviſſimos Eccleſiaſticorum corrigens mores, evocando e ſollicitantium turba fortuito in aulam et curiam ſuam Bambergam ob arandam aliam cauſam, juſſu Abbatis ſui, advenientem Hersfelda monachum Luthardum (Ruzelinum) nihil minus quam hoc ſuſpicantem, renitentemque hinc valde, et mox valetudinem, mox imperitiam, mox Abbatis ſui

---

magno ſtrepitu et ingenti pulveris motu ſuffocatur.

(*) De quo conſulas Joh. Michaël. Weirrichii Programma, cui titulus: Hiſtorica diſquiſitio de olim celebri Abbatia Herrenbreitungenſi, anno 1772. edita.

absentiam obtendentem, invitum Abbatem pronunciavit, baculum cum annulo, pro more tunc investiendi Abbates, tradendo. Probe nihilominus tamen ab ipso postea rebus ecclesiae et ultra viginti annos administratis (N), instauraverat etenim monasteria B. virginis Mariae et S. Michaëlis, et non pro levi pietatis argu-

(N) Lambertus in H. G. p. 229. ~~qui in praefatione, quam praefixit apologiis~~ Horum ambitiosorum impudentiam Rex vehementissime /ut dignum erat/ detestatus, cum hinc inde importune obtundentium precibus urgeretur, regente divino /ut creditur/ Spiritu actus, monachum quendam Herueldensem, Ruzelinum nomine, qui pro causa monasterii, jussu Abbatis sui, ad curtem venerat, in medium evocat, et nihil minus suspicanti, etiam inopinatae rei miraculo paene exanimi baculum pastoralem offerens, primus ipse Abbatem eligit, dein caeteros tam monachos, quam milites, ut in electionem ejus consentiant, obnixe flagitat. — Et cum diu nunc Abbatis sui absentiam causatus repitisset, vix tandem aliquando praesentium Episcoporum obtestatione adjuratus suscipere consentit. Ex Broweri Ann: Fuld: p. 294. Centur: Magdeburg: II. c. 10. p. 346. Zeilerus in Topogr. Hass. p. 37. J. Bertius R. Germ: L. III. p. 542. Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae, pag. 107. 108. Mabillonius T. IV. Annal: Bened: p. 89.

argumento reputatur, quod Halberstadensem episcopatum ipsi oblatum recusaverit. Neque tamen constitere possunt, quae de Hartwigo tradit Mabillonius T. V. Annal: Bened: p. 712. nempe suffectum fuisse anno 1085. in locum Hartwigi, Episcopi Magdeburgensis, scribens: Adhaec Magdeburgensi Episcopo, Hartwigo fugato, Hartwigius, Hirsfeldensis Abbas substituitur. Interim Saxones, ut ad illos redeamus, anno 1086. (In hoc antecessorem habens Melchiorem Goldastum, qui in praefatione, quam praefixit apologiis imperii principum, pro Henrico IV. ad Ottonem, administratorem Abbatiae Hersfeldensis, Hassiae Landgravium, Hartwicus, qui post ibi, ob fidem et integritatem ab Imperatore est Archiepiscopatu Magdeburgensi donatus etc: Et p. 20. fuit hic Hartwicus eo nomine secundus ex Archiabbate Hersfeldensi ad Archiepiscopatum ab Imperatore promotus, ut ipse Waltramus scribit L. II. Apolog. c. 28. p. 41. Hartwicus iste ex Archiabbate Hersfeldensi ab Imperatore Henrico IV. electus ad Archiepiscopatum.) Gerstungae congregato denuo exercitu Henricum Imperatorem denuo adgrediuntur, eumque Hersfeldam usque fugant, indeque in Bavariam, Hersfeldam denuo obsidentes, sed Imperator iisdem rursus incumbens, novisque auctis copiis illam obsidione liberat. Et licet de novo exercitus suus Wurtzburgi esset fusus, nihilominus in Saxones movet, et exercitum suum Hersueldae aliquantum jubet quiescere. Licetque ibi Marchio, Egbertus, ad genua Imperatoris veniam orasset, exorasseque, attamen mox ab eo recedens rebellis factus est. (N)

(N) Dilichii Chron. Hass. p. 173. L. II.

Circa haec tempora 1086. Waltramus delectus a Collegio suo Hersfeldensi legationes in aula et castris apud Hermannum anti Caesarem obivit. Sic enim ipse / Waltramus / in Apologia pro Henrico IV. dicta modo L. II. c. 16. Ecce nos aliquando eundem Hermannum vidimus in castris Saxonum, non Regis seu Principis loco militare, quem ne ad colloquia quidem principum persuexìmus venire: et cum suppliciter eum interpellaremus pro imminentis periculi necessitate, quod jam jamque nobis minabatur vastitas et contritio ecclesiae nostrae (Hersfeldensis,) respondit: Se non posse vel sibi vel nobis prodesse. Conf. L. II. c. 28. ubi ita: Quarum nulla magis ad vivum nos tetigerat, quam illa, quando ad locum Herosfeldiae posuit castra. Specialiter enim ipse, / Hartuino Exarchiepiscopo Magdeburgensi, sententia Imperatoris et episcopi in comitiis Moguntinis, circa annum 1085. celebratis, ob crimen laesae majestatis et feloniae condemnato et depositio / prae ceteris Saxonibus odio habebat eundem locum Herosfeldiae, ideoque civitatem et sancta nostra quaerebat omnibus modis destruere. Et c. 31. p. 149. Ergo post 13. expeditiones, quibus contra Regem eundemque Imperatorem Henricum supra dictas militaverat Burcardus (Halberstadensis Episcopus) quem nos ipsi quoque vidimus, cum illo Magdeburgensi Hartwico in castris, quae posuerant Saxones atque Thuringi ad locum Hersfeldiae / sicut supra jam diximus / quando perrexerant in orientalem Franciam, ad patrandum illud circa Wirciburg magnae occisionis

scelus

scelus. Huic etiam Hartwigo Abbati, Egbertus, tunc monachus Hersfeldensis, ejus jussu, vitam B. Heimeradi Presbyteri et Confessoris, conscripsit, ipsique etiam dedicavit (V). Vitam tandem cum morte commutasse ipsum anno 1089. aut circa initium anni rogo. ex iis patebit, quae infra dicturi sumus, sed quaeso? quid dicemus ad Waltrami, Episcopi Numburgensis verba, qui in Apologia sua pro Henrico IV. Caesare, L. II. c. 28. diserte eum ad Magdeburgensem Archiepiscopatum promotum asserit, apud Goldastum in Apologiis modo memoratis, p. 139. Nam Abbas ejusdem loci (Hersfeldiae) dictus quoque et ipse Hartwigus successerat illi, damnato et depositio in episcopatum Magdeburgensis ecclesiae etc. Falsusque sit adeo oportet Winchelmannus, qui anno 1093. (Z) obiisse eundem affirmat, magisque falsus Wilhelmus Dilichius, qui ipsum anno 1074. in morbum gravem incidisse, propterea que Abbatiam tradere necesse habuisse, refert. (O)

(V) Integram illam reperies T. I. Leibnitii Script: Brunsuic: p. 585. et ex parte apud Mabillonium T. IV. Annal: Bened: p. 266. Erat vero Heimeradus Presbyter sanctissimae vitae, qui obiit anno Domini 1069. 24. Kal: Julij, super cujus tumulum Liftridus, Archiepiscopus Moguntinus, monasterium nostri ordinis construxit, cujus Patronus est S. Heimeradus, qui multis ibidem miraculis corruscavit, inquit Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum 1071. 1072. Vide supra Abbatem Arnoldum pluribus.

(Z) In Chron. Hass. p. 261.

(O) In Chron. Hassiae. p. 86.

S. XXXIX. ab anno 1090. Hartwigo defuncto abbatis munere fulsit Fridericus (Friderichus) natus comes Palatinus Saxoniae, cujus imperium, sicut antecessoris sui in bellicosa quam maxime ac turbulenta, ita hujus in magis pacatiora quodammodo tempora incidit, suo exemplo probantis, omina quandoque inesse nominibus. Tangere et hoc videtur distichon, quod sub imagine ipsius in arce Eichensi vulgatum (π) legitur:

Omnino felici Friderichus tempore pacis
Imperium tenet, et tempore pacis obit. + 1100.

Vir, caeteroquin, conversatione optimus, corpore castissimus, consilio providus, circa divina devotissimus, quamvis decretis regalibus et curis militaribus et secularibus. (ϱ) Exstitit antea, de quo tamen nihil in versibus, nihil apud Winckelmannum et alios legas, abbas coenobii Gozecensis (Gozeka, Golseen) Sindramo obeunte, quintus, ex monacho pariter ejusdem loci creatus (ς) et

(π) apud Winckelmannum p. 2bt. in Chron. Hals. Consentit W. Dilichius in Chron. Hals. p. 88.

(ϱ) Autoris fundationis coenobii Gozecensis est elogium, p. 222. 227. addentis: O talis, quam rarus et quam vere nullus nostris temporibus!

(ς) Situm hoc ipsum coenobium est in finibus Thuringiae, non procul a Numburgo, inter hanc urbem et Weissenfelsam, S. Benedicti instituti olim, hodie vix in ruderibus superstes, pagus nobilium de Hagen. Fundatum illud erat anno 1041. (minime gentium vero anno 1057. ut vult Trithemius in proemio Chron. Hirsaugiensis) ab Alberto, Archiepiscopo Bremensi, et Dedone, ac

et anno 1062. ab Alberto, Archiepiscopo Bremensi, / patris sui De-

ac Friderico, Comitibus Palatinis Saxoniae, fratribus, qui erant filii Friderici / de nobilissima Francorum et Saxonum prosapia / et Agnes, Comitis Winarienſis, conjugis, Burchardi cumprimis, Episcopi Halberstadiensis, consilio, instinctuve, sub Henrico III. Imperatore, in honorem Christi, Mariae, et Michaëlis Archangeli, ea lege, ut Archiepiscopatui Bremensi semper subesset, et advocatos ex fundatorum familia haberet. Referentibus hoc nobis autore coenobii Gozecensis fundationis, et A. Beyero in Syllabo Rectorum Jenensium, p. 388. Unde erat etiam, ut noviter Abbas et advocatus hujus monasterii se sistere necesse haberent Archiepiscopo Bremensi certo cum tributo, cujus rei praeceptum offendimus apud Lindenbrogium in Scriptoribus suis septentrional: p. 138. 139. edit. Freher. Vides ergo L. Sb. quam erret Trithemius in prooemio Chronici Hirsaugiensis, scribens: Monasterium in Goseck prope Nuenburg in dioecesi Halberstadensi; et eum forte sequutus Reimannus in indice Chronologico Monasterii Halberstadensis, p. 3. Itemque J. G. Leuckfeldius, qui in Antiquitatibus Bursfeldensibus p. 83. illud mavult Numburgensi Episcopatui (forte ob viciniam) adscriptam. Dedicationi anno 1053. interfuit cum Alberto Bremensi, Eppo Citizensis, Burchardus Halberstadensis, et Winterus, Merseburgensis, Episcopi. Conf: Acta praesulum Numburg: apud Paulinum pag. 131. Chron. Gozecense p. 219. A. Beyeri Syllabum Rector. Jenens: p. 388. Abbatem hujus monasterii primum egit Benno, monachus e Corbeja Saxonia accitus, et quidem ab anno 1021. usque 1043. Nempe ipse de Corbeja venerat, a fratribus vero ob fornicationis crimen heic accusatus, post triennium a Comite ex-

donis fratre] non Dedonis, Comitis Palatini Saxoniae filius natu-

pellebatur, postea eremita prope Goslariam factus, exindeque Pontificis, Victoris II. beneficio Canonicus, ac paullo post Decanus Goslariensis creatus, tandem in Episcopum Misnensem evectus, sanctis tandem adscriptus et insertus est a Pontifice. Consule de eo Trithemium in prooemio sub Sanctis ordinis S. Benedicti, et in ipso Chronico Hirsaugiensi p. 199. Fabricium et alios. Rectissimeque haec nuper Maxime Rever. et Clarissimus I. G. Leuckfeldus, amicus noster singularis, contra Heidenreichium in sua nova S. Bennonis editione 1694. ejus vitae priora praetereuntem, aut ignorantem, observavit ex Trithemii Epist: 64. ad Papam Julium II. p. 491. edit. Freher. 1601. Item Ep. 31. ad Abbatem S. Matthiae Trevirensem, in operibus Trithemii spirit: edition. Busaei 1605. Secundus Thiemo, Bavarus, Adamundensis coenobii prius monachus, crypta ibidem sub eo cum duobus altaribus anno 1046. Nonis Novemb. ab ipso Archiepiscopo Bremensi Alberto consecrata sedit ab anno 1044. usque 1048. quo abdicatus etiam secessit, et moribus mutatis, exinde non solum Ratisbonensis, sed et Salzburgensis demum Archiepiscopus electus fuit, in metropoli Salzburgensi quoque sepultus. At anno 1049. tertius Hiltinus, Bavaricus, praefuit, sub quo anno 1053. III. Kal: Octob: templum majus ibidem ab Archiepiscopo Bremensi fuit dedicatum, anno 1056. in Episcopum in Dacia promotus. Quartus ordine a. 1061. successit Sinzo sive Sindramus, Thuringus, anno sequenti, II. Kal: Maji fatim demortuus.

Illum

naturalis erat Fridericus / Bremae cõsecratus (T)

Illum excepit anno 1062. Quintus Fridericus, officio hoc summo ad annum 1093. perfunctus, de quo supra plura, ex quo Conradum, Bavaricum, sextum habuit insulae successorem Gozecensis, qui eandem ad annum usque 1121. gestavit. Hujus latus claudit alius, nomine Conradus, numero Abbas Septimus, Numbergensis coenobii antea monachus, sedens ad annum 1126. quo oneri huic humeros octavus supposuit Bertholdus I. S. Georgii in Numburgo antea Abbas; ad annum usque 1132. ibidem vivens. Huic proximus Nonus anno 1133. est Nentherus Regaviensis Monachus.

Anno 1197. offendi in hujus aani diplomate a Gaidolfo, Halberstadiense Episcopo, conscripto, Witewoldum, in quo vir disertus et omni prudentia pollens vocatur. Legaverat iste VII. mansos in Eichellesberge, ut de parentum suorum salute sollicetus / patris sui et matris suae, sui quoq; ipsius ac fratris sui in anniversarii ipsorum singulorum habeatur memoria, fratres quoque eo die praedictis bonis, sicut inter se ordinare voluerint, consolationem percipiant. vid. I. G. Leuckefeldii de numis Halberstat: pag. 107. ubi illud integrum adductum leges.

Conf. Bucelini Germaniam sacram p. 41. Greg. Greiffchii libellum de Salae fluvio et adjacentium coenobiorum. Lit. D.

(T) ctutor fundationis coenobii Gozecensis p. 213. 214. post hunc / Sindramnum / Fridericus, Dedonis, Palatini, filius. (dixerat autem p. antecedente, p. 213. Dedone defuncto, qui filium legitimum non habuit, hujus congregationis monachus, pater eligitur, electus Bremis consecratur. Conf. Adami Bremensis Hist: Ecclesiasticam L. III. p. 75. 80. Walteri Chron. Bremense apud Meibomium) T. II. R. G. p. 39. F. Lucae atrium Comitum, quorum familiae emortuae. p. 654. 655.

vix praefectus huic muneri omni studio et suis monasterio suo muro, domicilijs, pictura, praedijs multis, vinea prosperexerat (υ) et fama nox rectioris suae vitae disseminata, cura etiam et consilio praeprimis Friderici, Palatini Saxoniae, Parentis sui, fratris / quem anno 1086. VII. ℔. Kal: Junij e vivis abeuntem Gozecae die VI. Kal: Jul: sepelivi inter alios quoque curaverat. / (ϕ) accedentes Abbatiam S. Georgij in Naumburg circa 1075. a Rege novo Germaniae, Rudolpho Suevo, Henrico IV. oppositio, impetraverat, (χ) post decennium etiam Fridericum III. Junioren Palatino Saxoniae a Ludovico, Landgravio Thuringiae, per insidias

---

(υ) Vide Autorem fundat. coenobii Gozecensis. pag. 215. – 220. Is / Fridericus / novellae vineae Domini, sibi creditae, omni sollicitudine insudavit, et quod per se minus potuit, ad hoc Dominum Palatinum / Fridericum / adhortando indesinenter excitavit – – Hoc quidem bonorum operum ejus exordium fuit: muros australes claustri nostri perneccessarios in eis disposuit: monasterium nostrum pictura decoravit; vineam, quae adjacet sanctuario, primus incoluit.

(ϕ) Autor fund. coen. Gozec. p. 220. Buccelinus Germ. sacra. p. 41.

(χ) Autor fund. coen. Gozec. p. 216. Sub suo tempore / 1075. / Abbas Fridericus, interventu Domini Palatini / Friderici / Abbatiam B. Georgii in Nuenburg a Rege Rudolfo Saxonico regendam suscepit. Langius in Chron. Citizensi p. 777. cui scriptoris nomen exciderat. Sagittarius de Episcopis Numburg: p. 9. C. F. Paulini in actis et factis praesulum Numburgensium, p. 132. Interim Abbas Gozecensis, Fredericus, e Comitibus Palatinis Saxoniae fit praelatus S. Georgii in Nuenborg ordinis S. Benedicti, volente ita novo Rege Rudolpho Suevo, Henrici IV. antagonista. Hoc monasterium Irmhilda Eckardi, Misniae Marchionis uxor, Hermanni Billungi filia, condidit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

dias interfectum anno 1085. cum Merseburgensi Episcopo, Werinhero, terrae commendans, pro cujus animae salute Fridericus, senior, Palatinus, praedium Kiendorff monasterio laudato obtulerat. (Ψ) Joh. Pet. Ludovicus, celeberrimus Hallensium Ictus et Polyhistor Tom. II. reliquorum Mstorum diplomatum, p. 371. diploma affert sine die et consule, quo Sifridus, Hersfeldensis et Numburgensis Abbas permutat bona quaedam ecclesiae Numburgensis, nempe duos mansos, sitos in Luderburg, cum curia adjacente, in qua domus lapidea aedificata, cum ecclesia B. Mariae in Magdeburg, videlicet duos mansos in villa Corlinge solventes annuatim XII. solidos. Sed quando in omni serie Abbatum Hersfeldensium nullus occurrit, qui simul Abbatem Numburgensem egerit, praeterquam hic noster Fridericus, mendam apud descriptorem initialem F. pro S. legentem, aut ex injuria Sifridum pro Friderico reponentem, mirorque, hoc ſcribendi genus a celebertimo editore non fuisse observatum, aut emendatum, aut singulari adjecta observatione, ut alias solet, notatum. Interim meretur, ut veluti singularis nobilis illius bene merendi de coenobio suo Numburgensi, S. Georgii scilicet, studii, dum eidem praefuit, vestigium, publice et heic repetitum legatur integrum, quod minimum post annum 1075. conscriptum fuisse, certum est: in nomine sancte et individue Trinitatis Sifridus Hersfeldensis et Numburgensis abbas. Notum esse volumus tam futuris, quam praesentibus Christi fidelibus quod nos in remedium anime nostre operam dedimus de contractu concambii cujusdam inter ecclesiam Numburgensem et ecclesiam beate Marie in Magdeburg super duobus mansis, sitis in villa Luderdeburg cum adjacente, seu attinente curia, in qua domus lapidea edificata fuit. Cum enim tota fere villa Luderdeburg ecclesie beate

(Ψ) Autor Fundationis coenobii Gozecensis. pag. 217. 218.

Marie pertineret et prefatos duos mansos cum attinente curia matrona quaedam Adelheidis filia Thanemari, ministerialis Nuemburgensis ecclesie, possideret post mortem mariti ejus, Conradi, attemptaverunt quidam, mansos eosdem simul cum curia obtinere. Inde procul dubio magnum imminebat ecclesie beate dispendium, cui evitando diligenti cura intervenimus, et petitione Ulrici praepositi, eosdem mansos in concambium dedimus ecclesie beate Marie simul cum praefata curia, et pro eis duos mansos in villa Lorlinge, quorum quilibet solvit XII. solidos, equa vice recepimus. Acta sunt autem haec Nuemburg ex voluntate et petitione predicte Adelheidis, consensu quoque Gerlindis, sororis ejus, nec non assensu Guntheri, fratris eorum, qui aliquandiu contradicens tandem consilio nostro cessit, et huic facto cum ceteris ecclesie nostre ministerialibus acquievit. Concambium vero istud per manum nostram et per manum advocati, ducis videlicet Gerhardi, celebratum est, praesente et annuente priore Nuemburgense cum fratribus ejusdem ecclesie praesentibus quoque et fato consentientibus quam plurimis nobilibus beneficiatis et ministerialibus ecclesie Nuemburgensis.

Circa annum 1088. rogatu Canonis comitis de Beichlingen, Abbatiam in Oldisleben / Goldesleben scriptum sic interpretor / regendam quoque in se susceperat, sed nimio labore mox gravatus, eidem comiti illam annos post paucos rursus resignavit. (w) Atque hoc anno

(w) Autor fundationis coen. Gozecensis, pag. 221. per idem tempus / 1088 / Abbas Fridericus a Canone comite Biglingen exoratus, Abbatiam in Holdeslebe regendam suscepit, quam, quia laboris piguit, post paucos annos memorato Comiti resignavit.

anno adhuc 1088. Gunthero (a) Citizenſi Epiſcopo, demortuo, Fridericus hic unanimi conſenſu eligitur, electusque cum ingenti tripudio in cathedram Epiſcopalem Cizenſem collocatur, (b) qui cum pauco poſt ſtipatus, nonnullis ex ſacro et civili ordine, ac literis electionis munitus, Regem Henricum IV. pro expetenda inveſtitura Veronae in Italia adüſſet, repulſam a Rege illico tulit, quod ſine conſenſu ipſius fuerit electus, cauſatus, injuriam hoc ipſo fieri imperio Romano, hujus juribus (illo quippe tempore, ſcribit Langius) ſub regia poteſtate libertas eccleſiae periclitabatur / electione omni ſubinde pronunciata irrita, poenaque inſuper et illis propterea gravi irrogata denunciata q. Sed poſtea tandem remiſſa, datoque hunc in modum reſponſo, quando quidem contra anteceſſorum noſtrorum decreta Auguſtorum, ad injuriam Romani imperii qualemcunque perſonam eligere praeſumtis tam regnum, quam nos offendiſtis. Pro eo quidem ſecundum leges auguſtas poenas temeritatis dare merebamini, ſed ne poteſtate potius uti videamur, quam pietate, de electione quidem facta vobis ignoſcimus, eandem tamen irritam proꝛſus cenſemus. Quod non ad injuriam vel eccleſiae noſtrae vel electi fieri noveritis, verum ne in regno exemplo ſitis talis ac tantae

(a) Hunc annum habent Autor Gozecenſis, p. 221. 222. et B. Langius in Chronico Citizenſi, p. 778. 779. Sed anno 1089. Jac. Tamannius in Chronico Epiſcoporum Cizz. Numburgenſium. Brecliuus T. I. Germ. ſacrae P. 1. pag. 41.

(b) Gozecenſis p. 222. Langius l. c. p. 779. Eodem anno (1088) Guatherus Epiſcopus noſter Cizenſis defunctus. Mox omnis clerus coadunatus - - - Abbatem Fridericum Goſitzenſem pari conſilio elegerunt, et electum cum ingenti tripudio in cathedram epiſcopalem Cizae perduxerunt. C. Sagittarius de Epiſcopis Numburg: p. 10.

praesumtionis, insiterunt equidem perturbati animo Cizenses, a festo Andreae usque ad natalem Domini solicitando rogandoque pro nouiter electo suo Friderico, sed frustra (c) donec ipso nativitatis dominicae festo adeuenientes Heroldiensis coenobii Legati Abbatem obiisse renunciassent, pedum simul afferentes pastorale et in Regis manus resignantes. Rex igitur honesta hac accepta occasione (d) qua Cizensium electionem rescinderet penitus, omnem navabat operam, ut Abbatem, Fridericum Hersfeldensi praeficeret monasterio. Verum illo reclamante / verba sunt Gozecensis autoris / duobusque se coenobiis praeesse non posse, asserente, tandem importunitate tam Regis, quam principum devictus assensum, licet invitus, praebuit, et S. Stephani die memoratum coenobium per regale sceptrum suscepit regendum, sicque Zizensium quoque legatis se comitantibus ad Heroueldiam tunc reflexit. (e) Quocirca purificationem Mariae perveniente, Regis imperio per Fuldensem introducitur, et cum magna veneratione et honore ab omnibus suscipitur. Suscepto autem in honore stabilitus, Abbatiam in Nuenburg proprio reliquit arbitrio, cum Heroueldensi huic nostrae praeesse desideraret. Sed cum jam senio gravaretur, et nunc laboris, nunc longi itineris taedio afficeretur, utrisq; coenobiis praeesse detrectans Heroueldensem relinquere apud se disposuit, sed tali ejus proposito terror regiae Majestatis obstitit. Itaque hortatu ejus et consilio Conradus Bawaricus, monasterii S. Georgii in Nuenburg dudum praepositus, hic eligitur, Bremisque transmissus ad Archiepiscopum, anno Domini MXC. Abbas constituitur. Sed quando hic et Hildenesheimensi

(c) Gozecensis l. c. Buccelinus Germ. sacr. p. 4. Sagittarius p. 11.

(d) Gozecensis p. 223. Langius ibid. Sagittar. l. c. p. 11.

(e) Gozecens. 222. 224. 226. 227. 228. Sagittarius p. 10. 11. Langius p. 779. Sed nec Rex electionem per investituram confirmare voluit, sed abjectum Archiabbatiae Heroueldensis praeposuit.

mensi S. Michaëlis monasterio ex illo tempore praeficeretur, et saeculo nimis audiret addictus, Abbas Fridericus /verba sunt porro Gozecensis/ Herofeldensi ecclesiae gloriose praesidens, ubi haec facta ejus comperit, nimis aegre tulit, et per se et per internuncios de iis eum frequenter commonuit, dumque non praefecit, de ejus depositione attentius tractare coepit. Conrado vero exinde ipso post aliquot annos Numburgensem Abbatiam cum dedecore deserente, et inde Hildesheimiam se recipiente, eandem Abbatiam denuo gubernare coepit Fridericus, atque ad obitum usque, qui ipsi contigit anno 1098. Ad praecipua ejusdem ut Abbatis Hersfeldensis facta referendum sine dubio consecratio Waltroni ab Henrico IV. Imperatore ad episcopum Numburgensem anno 1090. electi, quam cum Hartwico, Archiepiscopo Magdeburgensi, peregit. (†) Hoc tamen praetermittere non possum, et hunc Abbatem magnam militum aluisse manum, unde et tantae autoritatis factus est, ut secundum Gozecensem Autorem, ejusdem plurimorum et frequentium militum potentia tota Thuringiae contremuerit provincia (F) et cum hinc hostium, /pergit laudatus Gozecensis/ illinc fraudulentorum comprovincialium

(†) Goldastus in Apologia pro Henrico IV. Imperatore, pag. 24.

(F) Haec quando legit ac expendit Ill. Dn. W. E. Tenzelius, addit Supplem. II. Gothano p. 378. distichon iconi ejus subscriptum, nil nisi pacem crepat multis fere difficultatibus, aemulationibus turbisque impeditum. Sed uti hoc seculi genio attribuimus, ita illud quoque verum est, ipsum in publicum bellum nunquam fuisse implicitum, temporeque pacatiori, ac antecessorem suum, obiisse, licet magnam militum aluerit numerum ad corporis sui defensionem, quod de antecessoribus suis et praesertim Bernhario quoque novimus, ac supra jam observavimus.

insidiae ipsi essent verendae, non ad inanem gloriam, sed ad tutelam Heroueldensem etsi Regis imperio, castrum restauravit, quod ex antiquo Wasenburg nominatur (g) Heic dum nonnunquam frequentius et sumtuose moraretur aestivo tempore anni dicti quoque adoenit, idque more solito, die postero aegrotare coepit, et licet extemplo venam sibi secari jusserit, nihilominus die tertio post, anno ut diximus 1098. (h)

vivis

(g) Ex quo sole clarius elucet, castrum Asenburgum [hodie Ebersburg] lapide ab Arnstadio distans, anno 950. cum templo a Meingotho Abbate Hersfeldensi conditum, qui simul non solum ibidem commoratus saepius fuit, sed et sacram ibidem familiam aluit, sub finem seculi undecimi sub Abbatum Hersfeldensium adhuc fuisse potestate, et nondum sub comitibus Schwarzburgicis, uti haec recte exinde concluserit Tenzelius, Supplem. II. Goth. p. 377. Anno 1170. deprehendo Adelherum castellanum in Wasenburg et ecclesiae Hersfeldensis ministerialem.

(h) De anno emortuali sic Gozecensis, p. 227. Itaque Abbas Fridericus annis XXVIIII. huic [Gozecensi] praefuit ecclesiae, octavo vero, postquam Herueldensis coenobii gubernacula suscepit, scilicet incarnationis Domini anno M. XXVIII. de hac vita migravit. H. W. C. Tenzelius videns, recte numerum hunc se non habere, eundem ita corrigit in Supplem. II. Hist. Goth. p. 378. ut pro ultimo reponat M. XC. VIII. addatqs in parenthesi [ita enim legendum esse, non MXXVIII. ut impressum est, antecedentia evincunt] pergitque: Ex hoc coaevi scriptoris testimonio non solum corrigere licet traditum a Winckelmanno L. II. Chron. Hassiaci ex Abbatum Hersfeldensium catalogo, ubi annus Friderici emortualis MC. dicitur. Huc ergo Tenzelius. At verba Gozecensis, nostro, si quod est, judicio, magis per omnia sunt attenden-

da

vivis excesſit, octavo anno postquam Hersfeldensis coenobii curam susce-
pisset, corpore ejus Hersfeldiam paullo post translato, instituti sqq exequiis

---

da. Nam primum, inquit, Gozecensi Abbatiae praefuisse annis XXVIIII. intellige exclusis illis, quo Hersfeldensi simul praefuit, nunc ex Gozicensi Autore p. 2. S. 254. patet, eum anno 1082. in Gozeca hoc suscepisse munus: si ergo anno 1082. addamus 28., emerget annus 1090. quo adüsse omnino credendus est ephoriam Hersfeldensem. Lotto affirmat exinde, annos VIII. Hersfeldensi praefuisse ecclesiae, ex quo fluit annus 1098. correctusque inde recte a Tenzelio numerus, et in ann. 1098. transmutatus X. in C. transmutando. Nempe, licet Guntherus Episcopus Cizensis, obierit ann. 1088. intercedentia tamen litigia iter versüs Veronam instituendum, et procrastinatio Imperatoris Henrici in causa fuerunt, quo minus ante annum 1090. adspirare potuerit ad hanc provinciam et clavum ecclesiae Hersfeldensis. Walramus praeterea successor ejus in Citizensi Episcopatu obüt anno 1111. sedissque sortitur 21. annos, necesse est, itaque hunc illum suscepisse 1090. Hinc porro et hoc sequitur, Hartwigum antecessorem in Hersfeldensi ecclesia, circa finem 1089. aut sub initium 1090. exspirasse, minime vero 1093. uti secure tradit Winckelmannus, nescio quibus, sex monasterio tamen ipso Hersfeldensi, ut credendum est, si praesidüs sustultus. Neque hunc Fridericum anno 1100. e vita discessisse, ut rursus idem vult Winckelmannus, sed anno 1098. Atque ex hoc corrigendus quoqs nunc locus apud Autorem Gozecensem, p. 235. Ex quo piae memoriae Abbas Fridericus Heroueldensis ecclesiae apicem conscendit, si quis fortasse advertere curaverit annos L. V. huc usque computare poterit. Loquitur autem ibidem de anno 1133. si ergo retro numeres

sumptuosis ante S. Petri altare in basilica ibidem ex voto ipsius humatur. (i)

S. L. Ab illo tempore, anno scilicet 1098. fratrum unanimi consensu et voce, supremus Antistes declaratus fuit Guntherus, sed brevis admodum aevi vir, dum ipse statim a. 1102. (k) aut ut Corbejenses Annales (l) volunt, anno 1103. tertena relinqueret, doemtibus id inter alia versibus in arce Eichensi:

Guntherum subito rapuerunt stamina Parcæ,
Commissum postquam vir subüsset onus. † 1102.

Adscribere hanc mortem repentinam propemodum videtur Mabillonius (m) ejectioni Marquardi, Abbatis, e Corbejensi monasterio, quando ex annalibus

annos XLV. incidet hoc in annum 1088. quo obüsse Guntherum, Eizensem Episcopum, constat, et in cujus locum Fridericus statim electus, qui a Rege Henrico IV. tamen, quod se inscio factum esset, reprobatus, Hersfeldensi contra Abbatia donatus fuit. Ut ergo pro numero LV. substituendus sit numerus XLV. quod descriptorum rudium vitio olim facile fieri potuit, et denarius ~~sicut~~ prior X. omitti.

(i) Gozecensis Autor, pag. 226. 227.

(k) V. Winckelmanni Chron. Hass. pag. 261. W. Dilichius in Chron. Hass. 88. Weinrichius in programmate de Abbatia Herrenbreitungensi. Lit. S. Z.

(l) Pag. 391. Anno 1100. idem Gunth. inimicus Nostr, et Corpo, qui Hoetesium nobis restituere nolebat, misere pereunt, Marchwart integre restitutus monasterio nostro.

(m) T. V. Annal: Bened: pag. 447.

bus Corbejenſibus ita inquit: Eadem tempeſtate /1102./ turbata eſt congregatio Corbejae novae expulſo ob ſimilem cauſam /intellige Schiſma/ Marcwardo, Abbate, per Guntherum, Hersfeldenſem Abbatem, qui forte Abbatiam invadere moliebatur, (n) verum Guntherum altero mox anno /1103./ ultio divina e medio ſuſtulit. De morte vero nunc ejusque de cauſa ut pluribus heic inquiramus, noſtrum non eſt.

§. LI. Novum exinde Reginhardum, qui ab anno 1103. ad annum uſque 1118. (n) praeſes in hac ipſa ſedit Abbatia. Unde ille, quisquis fuerit, verſuum arcis Eickenſis Autor, ita eidem occinit:

Regia, Reginharde, geras cum nomine, dotes,
Credimus ingenii te decoraſſe tui. † 1118.

§. LII. Sed aliquantum diutius hujus Abbatiae infulam a fratribus capiti ſuo impoſitam geſsit Adelmannus, ab anno videlicet „Weinrichius (x) 1118. uſque ad ann. 1127. (nn) et non, ut volunt Winckelmann. et Dilichius 1130. (o) decantatus a verſuum arcis Eickenſis Autore,

---

(n) Ann: Corbej: p. 391. Anno 1102. Marchwart noſter tempore ſchismatis a Gunthero Herueldenſi Abbate expellitur in exilium.

(n) Winckelmann. in Chron. Haſs. p. 261. W. Dilichius Chron. Haſs. p. 88. Weinrichius programa de Abb: Breit: lit. B. 2.

(x) In programmate de Abbatia Herrenbreitungenſi. Lit. B. 2.

(nn) Colligo hoc ex ſubſcripto anno X. regiminis Henrici, quod prodit ſequens diploma an. 1137.

(o) Winckelmann. Chron. Haſs. pag. 261. W. Dilichii Chron. Haſs. pag. 88.

hunc in modum:

Nomen Adelmanni praeclarum sanguine patrum
Iactat, et indicium nobilitatis habet. † 1130.

Interim quod de eo referam amplius, habeo nihil, praeter quod, quando Wolfhelmus, abbas Fuldensis, Landgravium Thuringiae, Ludovicum, saltatorem cognomento, adoriebatur, Wartburgumque castrum suis cingebat copiis, singulariter nostri Adelmanni simul emicuerit in illa obsidione virtus. (p)

§. LIII. Ab anno 1127. et non 1130. ut hactenus fuit creditum, quo, ceu modo audivimus, vita excessit Adelmannus, summam rerum suarum et coenobii pariter gubernaculum deferebat sacra familia Henrico a Bizengarten (pp). Hic statim congubernatores sub se nactus est Gunthrannum majorem praepositum, Wilibaldum, Camerarium

---

(p) Sic enim Eberh. Fabricius in Gloria Fuldae, p. 110. in Wolfhelmo:

Post etiam in bellum abripior Mavortis amore,
Landgravium contra fumereque arma paro.
Wartburgum forti cum milite cingimus arcem,
Tunc tua Adelmanni dextra probata fuit.

Conf. Centur. Magdeburg. 12. c. 10. p. 834. Sed quando factum ipsud W. Dilichius in suo Chronico Hassiae, P. II. p. 124. in annum 1113. rejicit, aut error scribentis est, aut diuturnius hujus Abbatis fuisse oportet regimen.

(pp) Ad nomen ejus adlusit versuum arcis Eckensis conditor:

Sicut apes nunquam cessant, sic omnibus horis
Henricus partas amplificavit opes. † 1150.

Idemq; docet Winckelmannus C. H. p. 261. Dilichius Chron. Hass. p. 88. Dn. I. C. Heario memoratus ad annum 1140.

um Curionem Capellanum, Ludovicum Landgravium Thuringiae advocatum ecclesiae, et ex ministerialibus, Wittelonem de Handschuesleben, Vitelonem de Grisheim, Eggehardum urbis Hersfeldensis Praefectum, Folbertum de Cella, Suidegerum de Dotendorff, Crocenberdum de Lengefeld, Toleman et fratres ejus de Grumbach, aliosque plures. Ex primis hujus Abbatis actis mihi hactenus innotuit, quod anno 1137. concambium duorum jugerum agrorum a Theoderico quodam Nosocomio in Konigsbreitungen legatorum, cum aliis ad hanc villam sitis et ad Ecclesiam Hersfeldensem pertinentibus confirmaverit, itemque noviter a parocho Henrico ibidem conditum Hospitale pauperum, manso uno in Berenbach, molendino uno ad vetus Breitingen sito ac salis putei cum area in Salzungen liberali manu dotaverit, ac praeterea traditionem duorum mansorum a Boppone de Stein, ministeriali fuldensi huic hospitali factam ratam simul habuerit. Meretur sane diploma ob varias res maxime memorabiles, ut et heic legatur integrum:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Henricus, Dei gratia, Hersfeldensis ecclesie Abbas, notum facio cunctis Christi fidelibus, tam futuris, quam praesentibus, quod dilectus ecclesie nostre filius, Henricus parochianus scilicet noster in Breitingen, quod dicitur Regis super ripam fluminis Wisserahe positum, duo jugera inter ecclesiam et pontem predicte ville sita ad parochiam ipsam quidem nostram pertinentia, sed pene prorsus inutilia ad edificandum inibi hospitale pauperum nostra concessione occupavit, que videlicet jugera

postea per concambium de proprietate parochie in perpetuum u-
sum pauperum acquisivit, et nostre successorumque nostrorum defen-
sioni, cum omnibus pertinentiis ibidem sitis tam presentibus quam
futuris contradidit dans ad parochiam pro eorum redemptione duo
meliora jugera, juxta praefatam villam posita que liber quidam
homo Theodericus nomine, seculo ibidem renuncians de pecunia
sua emerat, et Domino sanctoque Dei genetrici Marie, in usum
pauperum specialiter obtulerat Nos quoque pro anime nostre to-
tiusque congregationis nostre remedio, ad ipsum hospitale contulimus,
et in perpetuum stabilita esse volumus mansum unum in Sterebach
molendinum unum juxta vetus Breitingen, puteum unum salis
cum area sua in Salzungen. Praefatum ergo concambium et hanc
traditionem nostram et duos mansos a Babbone de lapide in Ru-
pphrideswenden a quodam ministeriali nostro comparatos, et illuc
oblatos, sed et donationes omnium qui pro animarum suarum re-
medio, aliquid ad ipsum hospitale tradiderunt, vel tradituri sunt,
cum omnibus acquisitis et acquirendis. predicto hospitali, pre-
sentis pagine nostre attestatione confirmamus, et debita sigilli
nostri impressione corroboramus. Hujus autem concambii nostri
et nostre traditionis testes sunt hi. Ego Henricus, Heresfeldensis
Abbas, Iwibbodo, Breitingensis Abbas, Guntramus major prae-
positus noster, Willibaldus Camerarius noster et S. Petri praepositus,
Curio Capellanus noster, Reginbodo, praepositus de Ordorff, Wite-
radus Archipresbyter de Diffethort, de liberis, Ludovicus Regio-
narius Comes Advocatus ejusdem ecclesie, Willihelmus Pala-

tinus

tinus comes de Orlahemunde, Godeboldus, Comes de Henneberg, Sizo, Comes de Schwarzburgk, Ernest comes de Tonnaha (Tonna) Ludovicus de Lengefeldt, Erff de Niethartshausen; de ministerialibus Fuldensibus, Poppo de lapide, et frater ejus, Hartung de Scharphenberg, Reginhardus de Salzungen, de Hersfeldensibus Witelo de Hantschuesleben (Hanxleben) Witelo de Grizheim, Eggehardus praefectus urbis, Folbertus de cella, Suidegerus de Dorendorf, Erckenbertus de Lengefeldt, Tolemandus (Volenandus) et fratres ejus de Grumbach, Wimarus villicus de Bredinge et omnes concives ejusdem ville, et alii innumeri liberi et ministeriales et littones. Hoc igitur concambium et has traditiones, si quis infringere vel in aliquo diminuere voluerit, Dei omnipotentis iram et offensam, beate Marie semper virginis, omniumque sanctorum Dei se et praesenti et in futuro seculo incursurum noverit. Acta sunt haec anno Dominice incarnationis M. C. XXXVII. Indictione XV. regnante Domino Lothario III. Romanorum imperatore Augusto, anno regni ejus XIII. Imperii V. anno vero nostri regiminis X. Duo scpraecipue ex hoc diplomate colligo maxime memorabilia. Primum est, quod dum Wilhelmum, Comitem Palatinum Saxoniae, et Comitem Orlamundanum in eodem subscriptibus video, eundem conjciam non solum insignem benefactorem coenobii Königsbreitungensis, et forte etiam fundatorem, sed et propterea ibidem in templo Königsbreitungensi olim sepultum multos hucusque hujus heic in templo superiore jaciens monumentum eximium sepulchralem lapidem ancipites tenuit, cuinam istud sit assignandum; plurimis, ex

doctis etiam illud cujusnam sit? vel plane ignorantibus, vel imperatoris cujusdam monumentum heic sepulti ac in coenobium singulariter olim forte grati et benefici interpretantibus, vel in via saltem heic locorum demortui imperatoris explicantibus, sed cujus nescientibus plane includis, cum maxime adhoc credendum tum sceptro in manu dextra, tum orbis globo, quem tenet sinistra. Alterum est, quod ex subscripta diplomati epocha et annum mortis antecessoris Adelmanni, et initium regiminis Henriciani rectius constituere et indicare mihi licuerit, ac antea fecerat Winckelmannus et Dilichius Historici Hassiaci. Nam quando vi diplomatis annus 1137. est annus Regiminis Henrici X. necessario mors Adelmanni antecessoris et initium regiminis Henrici incidet in annum 1127. quod hactenus prorsus fuit in rebus ignotis. Sed ad alia. Circa haec tempora orto de decimis bello, illud versus Chruaburgum protractum fuit. (x) Anno sequenti 1138. Conradus III. Impe-

(x) Ita enim Autor de Landgraviis Thuringiae p. 370. Per idem tempus 1134. cum Adilbertus, Moguntinensis Archiepiscopus, a provincialibus suis in Eichsfeldia aliisque decimas frugum exigeret, et illi fortiter resisterent: contigit propter hoc quosdam a militibus episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos etiam captivos abduci. Unde populi Thuringorum et Hassonum in colle Crutzeburg et villa ibidem, quod nunc castrum, tunc monasterium fuit ordinis S. Benedicti; de cunctis suis finibus convenerunt.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Imperator sub hoc Abbate exercitum suum ex Suevis et Francis Hersfeldam usque duxit, et cum illo ad Fuldam consedit, Saxonibus e contra ipsi Eschwegen usque vicissim profectis, bello tamen ipso ex illo tempore semper in aliud certas ob causas protracto (q). Certe luculentum et omni exceptione majus documentum castrametationis hujus Caesaris, Conradi III. ad Hersfeldam anno 1139. actae, praeter Autorem de Landgraviis Thuringiae (q) praebent nobis literae modo laudati Imperatoris, quibus monasterio Volckerodensi (r) molendinum ad pagum Körner situm pro octo marcis argenti a ministeriali suo Hermanno coëmptum, huic coenobio testem simul Heinrico, Abbate Hersfeldensi agente, sequenti diplomate, in quo sub finem totidem verbis mentionem injicit expeditionis, quam habuit Rex adversus Saxones in loco Hersfeldensi, confirmat, digno propterea, ut heic legatur integrum, praesertim, cum ex eo simul disci queat, tum qui praesentes Caesari tunc Hersfeldae fuerint Magnates et principes imperii cum clero, tum quem in finem hoc fecerit, nempe ut ipso-

(q) pag. 375. Anno Dn. 1139. discordia gravis fuerat inter Conradum, Regem Romanorum, et Heinricum, ducem Bavarorum atque Saxonum, propter Saxoniae Ducatum a Rege eidem duci ablatum et Alberto, Marchioni praefitum. Quem ducatum cum Dux Heinricus et reliqui Saxonum principes adversus eundem Albertum Marchionem, armis defenderent, Rex hoc indigne tulit, et Saxoniam hostiliter intraturus circa Hersfeldiam exercitum constituit.

(r) Monasterium hoc Cistercienfis ordinis anno 1138. fuisse fundatum, docet Autor de Landgraviis Thuringiae, c. 18. Ao. Domini MCXXXVIII. fundatum est monasterium in Volckenrode, Cistercienfis ordinis.

rum oratio pro imperatoris quotidianis excessibus expeditius possit intercedere. Habet vero se ita ad verbum:

In nomine Domini nostri et S. S. individuae Trinitatis. Ego Conradus divina favente clementia, hujus nominis secundus, Romanorum Rex Augustus. Notum esse volumus universis tam posteris quam praesentibus Christi fidelibus, quatenus pïs supplicationibus religiosorum virorum commoniti, et necessitatibus pauperum Christi providere cupientes molendinum juxta Lermare, quod ministerialis noster precio octo marcarum argenti recomparavimus, et in nostram potestatem libere recepimus, et sine omni contradictione idem molendinum monachis religiosis in Volckolderode, Deo et S. Mariae ibidem famulantibus cum omni libertate possidendi et fruendi in perpetuum propria manu tradidimus, et delegavimus videlicet, ne divinae religionis fervor pro penuria vectigalium ibidem decaleseeret, et ut ipsorum oratio pro nostris quotidianis excessibus, expeditius intercedere possit. Ut autem nostra haec traditio, et delegatio omnibus evidenter firma et inconcussa permaneat, praesentem paginam sigilli nostri impressione roboravimus et nostra imperiali autoritate confirmavimus. Si quis autem contra haec venire vel aliquo malo ingenio impingere praesumserit, auri triginta libras purissimi componat, quorum partem dimidiam eisdem tribubus persolvat, reliquam vero in scriniis Regis reponat. Huic autem delegationi nostrae idoneos testes adhibuimus, quorum nomina subscripta habemus. Albertus Moguntinus Archiep: Alberto Trevirensis Archiepisc. Bucco Wormatiensis, Sigfridus, Spirensis,

rensis, Udo, Cicensis, Embrico, Herbipolensis, Lupoldus, Dux Bavariae, Adelbertus, Dux Saxoniae, Albertus, Comes de monte, Ludovicus, Landgravius, Comes Sigebodo de Schartfeld, Hermannus, Comes de Blesa, Ludovicus, Comes de Lore, Heinricus, Abbas de Heresfelden, Sivart de Adelgeresburg, Conradus, Abbas de Nolden, Geuehardus, Comes de Sulzebach, Guntherus de Merchelbach. Signum Domini Conradi R. R. secundi. Ego Arnoldus, Cancellarius, vice Adeberti, Archicancellarii, indictione II. anno vero regni ipsius secundo. Facta est autem haec venditio in loco Hersfeldensi in Expeditione, quam habuit Rex adversus Saxones, Anno Dominicae incarnationis M. C. XXX IX. Indictione II. anno vero regni ipsius secundo. Signum Domini Conradi R. R. secundi. Ego Arnoldus, Cancellarius, vice Adelberti, Archicancellarii. Finis hujus belli, ut refert Autor de Landgraviis Thuringiae, pag. 375. hic fuit: Saxones proprium transgressi limitem, in partibus Thuringiae super fluvium Werra, castra metati sunt paribus atque ardentibus animis, in utrumque parati, aut fortiter vincere, aut non inulti mori. Quorum Rex audaciam veritus sanguine judicium facere noluit, sed consilio cum regni primatibus habito, dextras dedit et accepit. Sicque usque ad proximam pentecosten pace composita greges turmarum, qui cum ipso fuerant, dimisit. Sequenti 1140. anno idem Henricus, Abbas, Monachus cum fratribus de Cella B. Paullinae in Thuringia, non procul ab Ulmena civitate sita, eas decimas, quas de allodiis suis in villis Terrabecke, Gatterstadt et Bumsdorff dare antea ipsi necesse habuerant, ea ratione, cum ministrorum suorum

consensu mitigavit, ut ab hoc, quo datae sunt literae, tempore, tres saltem sexagenas megetom | dorij scharf Oerbru | de manso (von einer Hüffen) de novalibus vero quae de novo in posterum coluerint, nihil plane de decimis vero omnibus in villa Brunisdorff singulis annis tantum argenti talentum monasterio Memmelebiensi, quod ab antiquo ad Hersfeldiensem spectabat, solvere teneantur. Integrum, quo res magis pateseat, adjiciemus diploma:

In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris qualiter ego Heinricus gratia Dei, Herueldensis Abbas, pro amore divinae remunerationis fratribus de Cella beatae Paulinae hoc decretum ex consilio fidelium meorum institui, et literarum et sigilli nostri attestatione roboravi, scilicet ut in allodiis suis Serenbeche, Gaterste, Bumsdorff, de quibus decimas nobis dare debent a modo hanc justitiam teneant, ut de quovis manso tantum tres collectas manipulae, idem tres scoccones, sicut vulgo dicitur, persolvant. Si quid vero novalium in eis excoluerint ex nostra concessione sine decimationis exactione libere et sine omni contradictione possideant. Praeterea universas Decimas de villa quae Bumsdorff vocatur, sub hac conditione est concessum, ut per singulos annos talentum unum ad Mimeleibe, cellam nostram in recompensationem earundem decimarum, quae illuc pertinebant, persolvant. Si quis vero praeter id quod subscriptum ipsud continet, eos inquietare praesumserit, contra institutum Herueldense, et contra omnipotentis Dei gratiam tenere et irrationabiliter se facere noverit. Facta est autem hujus institutionis distinctio ab anno divinae incarnationis Millesimo CXL. Indictione III. Hujus autem rei testes hi sunt. Comes Sizo, Adelherus de Wizleibe. Gerlach de Geisa, Witelo de Griezheim, Witelo de Heinschuesleibe, Sigefridus et frater ejus Henricus de Hettesse, Aechardus et frater ejus Güntherus de Welebar, Enzerus de Dornheim, Camerarius &c.

Idem

Idem Imperator Conradus III. anno 1144. Abbati Reinhusano, Reinharto, in monasterio Hersfeldensi, intercessione Willibaldi, Stabloensis Abbatis, cujus ille praeceptor et magister fuerat, libertatem et immunitatem bonorum coenobii sui, quae Comes Conradus et Udo, Hildesheimensis Episcopus, conditores contulerant, literis solennioribus tradidit eas, et Henricus, Hersfeldensis Antistes cum multis aliis Episcopis et Abbatibus, ut moris erat, anno eodem 1144. XVIII. Kalendarum Novembris, sive 16. Nov: die sequente XVI. Kal: Nov: s. 17. Nov: subscripsit (5) imo et eopse anno 1144. laudatus saepius Imperator Conradus III. Heinrico, Abbati, decimas in inferiori Ingelheim, ipso dedicationis ecclesiae Hersfeldensis tempore confirmavit, pe(re)nostra erit, eas attulisse integras, ut ex iis sole clarius videamus, quod hoc anno et die templum monasterii Hersfeldensis, (nam de hoc interpretor, et non de eo in urbe ab Henrico I. Archiepiscopo Moguntino) fuerit dedicatum et consecratum; quod ad tales solennitates summos quoque principes, imo, ut patet, Imperatores invitaverint; quod ipsi non sine donis comparuerint, sed semper monasteria frequentata large quoque dotata discedentes reliquerint, et hoc Hersfeldense ex liberalitate Conradi III. decimas tunc in Ingelheim quoque acceperit, atque hac occasione singulari beneficio simul omnia bona ac praedia singula, quae imperatorum munificentia,

(5) Integras illas affert G. W. Leibnitius Tomo I. Script: Brunsuicensium, pag. 706. in Reinhardi Episcopi Halberstadensis, stirpe. In quibus legas, ipsi et collatum fuisse jus percussuram moneta ordinandi, quod an exercuerint unquam, dicere non habeo, siquidem Reinhusani coenobii numos videre nunquam contigit, forte sequior aetas eos detegat.

Principum liberalitate et aliorum fidelium donatione Abbatia antea impetraverat, sub poena centum librarum auri confirmaverit, quod multi Episcopi et Abbates, principes imperii, Comitesque hanc solennitatem praesentia sua ornaverint, quod Ludovicus hoc anno jam et Advocatum hujus ecclesiae egerit, et alia, quae clarius ex ipsis ejus verbis perspicienda.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Cunradus, divina favente clementia, secundus Romanorum Rex Augustus. Justitiae definitio est, constantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod sibi jure competit, quam virtutem cum omne hominum genus partim in natura, partim in institutis legalibus edoctum, colere semper et exercere habeat, precipue tamen regie dignitati congruit, talem animi habitum immutabiliter induere, eisque personis nostra dignatio in omni pietatis et aequitatis defensione propensionem debet adhibere benevolentiam, quae divinis sincerius sunt mancipati obsequiis, et nobis in administratione regni „sollicite agentibus, et orationis munde beneficio, et veracis consilii subsidio et indefessi laboris studio assistunt. Ea propter, Reverende Abbas Henrice, Hersfeldensis coenobii, cum nos, ad dedicationem tue ecclesie, que a Henrico venerabili Moguntinensi Archiepiscopo, rite peracta est, pia benevolentia invitaveris, dignum esse arbitramur, ut ecclesia tua de nostro adventu gaudeat, et de nostra liberalitate emolumentum capiat, et licet congregatio tua prisco Regum seu Imperatorum beneficio, decimacionem de indemnitatibus nostris in Ingelheim habuerit, tamen quia per insolenciam temporum jam a longis retro temporibus monasterio tuo negata est, eam tibi tuisque successoribus in perpetuum reddimus, concedimus et tam ipsum, quam omnes possessiones quae munificentia Regum, seu Imperatorum, aut alia quaelibet persona,

ſonn, magna ſive parva, eandem decimationem eccleſie tue abalienare vel aliquo ingenio diminuere praeſumat, tam tu, quam ſucceſſores tui omni deinceps tempore ſine contradictionis moleſtia poſſideant: Si quis vero, quod abſit, „tam predicta donatione, quam in ceteris eccleſie poſſeſſionibus te vel ſucceſſores tuos aliquo modo perturbare praeſumſerit, centum libras auri puriſſimi componat, quarum dimidiam partem camere noſtre, reliquam vero tibi tuisque ſucceſſoribus perſoluat. et ut haec noſtra conceſsio ſive confirmatio rata et inconuulſa permaneat, hanc inde chartam ſcribi et ſigilli noſtri impreſsione inſigniri juſsimus manuque propria, ut infra apparet corroboravimus, idoneos teſtes ſubnotari fecimus, quorum nomina haec ſunt. Heinricus, Moguntinenſis Archiepiſcopus (*) conſecrator ejusdem eccleſie. Bunggo Wormacenſis Epiſcopus, Wigerus Brandenburgenſis Epiſcopus. Adolfus, Fuldenſis Abbas, Willibaldus Habulenſis Abbas, Conradus Herwardenſis Abbas, Adelbertus Marchio (††) Ludowicus, provincialis comes Thuringiae, ipſius loci advocatus Hermannus, Comes de Winzenborg, et frater ejus Heinricus Sizo comes (†) Ernest Comes. Godefridus, Comes et frater ejus Boppo, Comesdeligenhaym. Ludgerus Comes Ludowicus, Comes de Lora (††) Ceteri quamplures.

Signum Domini Conradi, Romanorum regis II. Ego Arnoldus, Cancellarius,

---

(*) Hic eſt Henricus I. qui ab anno 1142. uſque 1153. Moguntinae ſedi praefuit, mirorque, diligentiſsimo Serario nihil de hac conſecratione eccleſiae Hersfeldenſis innotuiſse.

(††) Interpretor hunc Marchionem Miſniae.

(†) Credo Keverburgenſem, perinde ac ſequentem Ernestum Glichenſem, uti ſupra appellatum vidimus de dumnaha [Donna.]

(††) Cujus mox dabimus quoque diploma.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

vice Heinrici, Mogunt. Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi. Anno dominice Incarnationis M C. X L IIII. Indictione VII. Data est Hersfeld XVI. Kalendas Novembris in Christo feliciter amen.

Anno 1745. die 25. Martij testem legimus eundem adhibitum inter alios in diplomate, quod Conradus tertius Imperator intercessione Lutolfi Monachi Cellae Paulinae, super mansum legalem cum omni utilitate dederat, in rubeto, quod dicitur Kunigesholz, pertinente ad villam Vornstedte. Meretur illud ob multa memorabilia, quae continet, praesertim quod Gerdrudis Imperatrix, conjux Conradi III. testem praecipuum et primum egerit, et notabiles valde alios simul exhibeat, ut integrum illud heic legatur, uti et olim a B. Dn. Paulini adscriptum accepi.

Conradus divina favente clementia. Romanorum Rex secundus. Quoniam divina providente clementia caeteris hominibus quodammodo eminemus, oportet ut cui~~s~~ praecellimus munere, illi omnino pareamus in operatione. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum tam futurorum, quam praesentium industria, quod nos ob regni nostri firmam stabilitatem et animae nostrae, nostrorum parentum perpetuam salutem, interventu quoque ac petitione Lutolfi, monachi dedimus unum regalem mansum ex Rubeto, quod vocatur Konigesholt pertinens ad villam, quae dicitur Vornstedte ad cellam dominae Pauline, quae constructa et consecrata est, in honorem S. Dei genetricis Marie et Sancti Johannis, Baptiste, sanctique Johannis, Evangeliste, cum omni utilitate quae inde provenire potest, edicto regali praecipientes, ne aliquis successorum nostrorum Regum seu Imperatorum aut alia quaelibet persona, sive magna, sive parva, eundem mansum a praefata cella alienare presumat, sed nostra donatio omni tempore rata et firma permaneat. Ut autem haec ab omnibus credantur, et inviolata conserventur, hanc inde Chartam scribi et Sigilli nostri impressione insigniri jussimus, et testes

stes qui praesentes aderant, subternotari fecimus, quorum nomina haec sunt, dilecta nostra Gerdrudis, Regina, Bucco, Wormatiensis Episcopus, Otto, Freisingiae Episcopus, Arnoldus, Cancellarius Coloniae, Heinricus, Abbas Herueldensis, Adam Abbas de Ebera /Eberam/ Raffoldus, Abbas de S. Stephano, Fridericus, Dux, et filius ejus, Fridericus, Conradus, Dux de Ceringe, Ludovicus Comes Provinciae et frater ejus, Henricus, Otto, filius Marchionis, et frater ejus Dietericus, Rabbato Comes, Walthcrus de Lubenhusum, Engelhartus Comes, frater ejus Dietpertus, Conradus Arnoldus, ministerialis regni, Sigeboto de Seartfeld, Lobbo Comes de Hennebero. Signum Domini Conradi, Romanorum regis secundi: Ego Arnoldus, Cancellarius, vice Heinrici, Moguntini Archiepiscopi et Archi-Cancellarii recognovi. Anno Dominicae incarnationis MCXLV. indictione VII. regnante Conrado Romanorum Rege secundo, anno vero regni ejus VII. (t) data est in curia Wizeburc VIII. Kal: Aprilis feliciter Amen.

Anno 1148. Rutgero, Fuldensi Abbate, in solitudinem secedente, ejus ecclesiae ἐπισκοπὴν obtinebat hic Heinricus (u) mutationem eumprimis hanc probante Imperatore Conrado III. Sed rebus monasterii ibidem quotidie in deterius vergentibus, egestateque coenobi-

---

(t) Ex quo clare datur colligere, Conradum III. anno 1138. solium imperatorium conscendisse.

(u) Browerus Annal: Fuldens: p. 299. Ruggero secedente in montem B. virginis, rerum divinarum studio Henricum Hersfeldiensem, Abbatem sibi suffici passus est. Petrus Bertius L. III. Rer: Germ: p. 542. Gualter in sua Chronologia sub Abbat: Fuld: pag. 1123. Eberh. Fabric. Gloria Fuldae pag. 123. Bucelini Germ. sacra. P. II. pag. 35.

tis praeter spem obrepente (x) et Conradi III. Imperatoris et Pontificis Eugenii consensu, placuit huc [Fuldam] anno 1150. Antiquae dignitatis vindicem, Marquardium, Bambergi accersi, translatione hac ulterius in Trevirensi conventu a Pontifice postea ratihabita (y). Patet ergo hinc, quam falsus sit Winckelmannus et Weinrichius, mortem ejus in annum 1150. transferens (z) ac de promotione ejus Fuldam nihil quicquam monens, et quantis Chronologiae naevis laboret Autor Breviarii Fuldensis, qui abdicationem Henrici et successionem Marquarti in annum 1160. reponit, qui sit praelaturae ejus II. Concludimus versibus arcis Eichensis, memoriam ejus ex nomine renovantibus:

Sicut apes nunquam cessant, sic omnibus horis
Henricus partas amplificavit opes. † 1150.

Haec olim mea erat sententia circa translationem Heinrici Fuldam, dum hoc totidem verbis quoque Browerus (α) prodat. Sed incidi ex

(x) Breviarium Fuldense p. 434. Abbas 35. Henricus II. Abbas Herosfeldensis, quia fractas ollas non poterat reparare, ut distracta, vendita, donata et abalienata bona recuperare, et paupertatem fratrum ex arte sublevare, alius in ejus locum electus est ex monachorum monte Papenberg anno 1160. praelaturae II.

(y) Centur: Magdeburg: 12. c. 10. p. 875. Val. Muntzeri Chronographia pag. 79. a.

(z) Ille in Chron. Hass. p. 261. hic in programmate de Abbatia Herrenbreitingensi. L. B. Z.

(α) Annales Fuldens: L. IV. p. 299. Henricus II. coepit 1148. praefuit 2. annos, adeoque usque in annum 1150. et de Marquardo successore coepit 1150. praefuit 14.

ex illo tempore in diploma, ubi laudati Henrici, Abbatis Hersfeldensis fit mentio, ex quo disco, eundem adhuc 1152. ibidem egisse Abbatem, et quam coeci oberremus sine hujusmodi rerum subsidiis praesidioque! Ejus equidem initium, ut video legoque, dedit Joh. Georg. Juncherus (Z) exhibuit illud et deinde etiam Jn. Joach. Frid. Fellerus (Y) sed, quando ejus autographum orthographiam ipse nuper inspexi, id ex illo huc transscribam, ex quo eluceseet, fundum tunc adhuc, nomine Rutzersdorff, possedisse monasterium Hersfeldense, ante portam monasterii Georgenthalici jacentem, solventemque quotannis unam argenti libram, quem interveniente Ludovico Comite de Lore, qui eum feudi nomine habuerat ab Hersfeldensi Abbate, consentiente ipso Abbate Hersfeldensi, Heinrico, Feudi utpote Domino, ac annuente confirmanteque insuper Henrico, Archiepiscopo Moguntino, ob majorem vero commoditatem commutaverat Withelo, Abbas vallis S. Georgii, cum tribus mansis et dimidio, sitis in Mühlberg et Sideleben, fundentibus singulis annis triginta solidos denariorum. Memorabilem (YY) oppido notitiam heic subjiciam:

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam praesentibus, qualiter ego Ludewicus de Lore Comes dictus, convenì cum Abbate Withelone monasterii, quod dicitur Desolveroth, vel mons sancti Georgii, annuente Domino meo Heinrico Abbate in Hersfeldt, sancti Wigberti fundus quidam, qui prope adjacet portae praenominati mo-

(Z) Memoria scilicet Natalitiorum Jacobi Waitzii. Lit. A. 4. h.
(Y) In Trimestri X. Monumentorum variorum ineditorum. pp. 593.
(YY) Praeprimis ob testes infra adjectos.

nasterii, juris erat sancti Wigberti, a quo feodi ratione eum possedi, cujus redditus singulis annis fuit una libra, qui quia maxime necessarius erat eidem monasterio, ipse Abbas legitime mutuatus est eum, me interveniente, concambio a sancto Wigberto III. mansos et dimidium in Mülleburc / Mühlberg hodie / et in Sibileibe (prope Gotham pago) reddens, quorum redditus sunt XXX. solidi, quos ego vice prioris beneficii ab ipso recepi. Prefatus autem fundus Katzersdorf antiquitus est appellatus (S) et extenditur versus occidentem et meridiem in amnem, qui hachinbach nuncupatur. Jure itaque irrefragabili possident eum Abbas et fratres sui cum proprietatis omni (ε) utilitate et adjacente communitate, aquis (V) scilicet aquarumq; decursibus, agris cultis et colendis, pratis, pascuis, silvis. Ad indicium autem recognitae conventionis Dominum Heinricum, Moguntinum Archiepiscopum dioecesanumque nostrum, testem fidelem adhibui atque per auctoritatem et sigilli sui impressionem hanc compositionis nostrae cartham confirmari, insignirique optinui. Hujus actionis testes sunt Ernestus comes / sine dubio Glichen / Meinhardus de Muleburc, Sifridus et Wolfherus de cronichfelt / Gonnichfeldt / Heinricus Leiternezzede / literneſset / Withelo de Kuteleibe / Keutleben / Heinricus de Mittelhusen, Wittelo de Grizheim, Enker de Dornheim, Gerbado de Arnestete. Facta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C. LII. Indictione XV. feliciter amen. (Y)

S.

(S) In Felleri editione omissa est vox appellatus.
(ε) In Felleriana edit. legitur omnis.
(V) In Felleriana comparet agris pro aquis.

§. LIV. Pedum 1152. si non serius, ab Henrico acceperat Willibaldus [: Willibaldus :] qui id post exactos decem annos anno 1162. rursus deposuit. (I) De pietate sua maxime commendandus, si vera sunt, quae tradunt versus arcis Eichensis, a monacho Hersfeldensi sine dubio olim confecti:

Heinrici sequitur legendo gressus
Vir magna pietate Wittiboldus.

Atque hinc si insistimus calculo, sub hoc Abbate referendum venit, quod Pontifex Victor IV. anno 1160. non solum tres Episcopatus, Lubecensem nempe, Suerinensem et Ratzeburgensem; itemque Abbatiam Ladestadt subjecerit Archiepiscopatui Bremensi, Archiepiscopum tunc ibidem agente Hartwico, sive, ut alias scribitur, Hardewico, anno postea 1168. demortuo, sed et Abbatiam Hersfeldensem, ea leye, ut quotannis quatuor Bisantios [: ducatos hodie dixeris :] singulis annis sedi solverent Apostolicae. Sed quando hic Victor IV. fuerit tantum Anti Papa et primus e quatuor illis, Alexandro III. oppositis, gente Romanus, dictus antea Octavianus, qui tantum quatuor annis et sex mensibus praefuit sacro huic muneri, anno jam 1164. mense Aprili demortuus, ac propterea in serie Pontificum alias plane non deprehendendus. Illud praeceptum Papiae, non Romae, da-

(H) Sigillum ei appensum est, in quo Episcopus sedens dextra pedum, sinistra librum tenet, circumscriptus: Heinricus Dei Gratia Mogunciensis Archiepisc: quod ex prototypo aeri insculptum offendes. T. 1. N. 4.

(I) Winckelman. in Chron. Hals. p. 262. W. Dilichii Chron. Hals. p. 88. Weinrichius in programmate de Abbatia Herrenbreitungensi. Lit. B. 2.

tum est, Indictione scilicet VII. quam tunc adscribere adhuc solebant, illa sequentibus temporibus ob factum plane omissa, credibile est, hoc praeceptum vel ab ipso Alexandro III. adversarios suos IV. supervivente, vel a successore quodam suo mox fuisse abolitum, dignissimum tamen, ut heic legatur integrum:

Victor Episcopus, servus servorum Dei, memorabili fratri Hartwico, Bremensi Archiepiscopo, ejusque successoribus, canonice substituendis, in perpetuum! Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et justitiae convenire monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desiderüs celerem praebere consensum. Eapropter, Charissime in Christo frater, tuis rationibus diligenter auditis et Ecclesiae tuae privilegüs solerter inspectis, honorem sive dignitatem, quam tui praedecessores super tribus Episcopatibus Sclavorum, videlicet Aldenburc [id est Lubec:] Michelenburc et Raceburc [Razeburg] habuisse noscuntur; personae et ecclesiae tuae duximus confirmanda. Igitur secundam formam privilegiorum beatorum Patrum et Antecessorum nostrorum, Gregorii, Sergii, Nicolai, Benedicti, Adriani, Victoris, Stephani et Innocentii, tibi tuisque successoribus canonice intrantibus et sanctae Hamburgensi seu Bremensi, Ecclesiae praedictos Episcopatus et omnia quae a praedictis patribus per memorata privilegia concessa sunt, praesenti pagina confirmamus. Abbatiam quoque de Hersefelde tibi tuisque successoribus concedimus et donamus, censu pro eadem ecclesia IV. Bisentiorum tibi dedi Apostolicae per te et per tuos successores, pro annis singulis persolvendo. Praeterea Abbatiam de Radestat, quam ecclesiae tuae tempore felicis memoriae Adriani Praedecessoris nostri novimus esse subtractam, tibi et eccle-

siae

siae tuae restituimus, et praesenti privilegio confirmamus. Statuentes ut nulla ecclesiastica secularisve persona hoc nostrum privilegium infringere vel violare praesumat, sed haec et omnia quaecunque largitione Regum, concessione Pontificum, seu aliis justis modis Bremensis ecclesia consecuta est, et quae in posterum, favente Domino poterit adipisci, habeat, teneat, et possideat perpetuo profutura. Si quis autem huic nostrae institutioni temere contraire temptaverit, nisi praesumtionem suam secundo tertiove commonitus, congrua satisfactione correxerit, reum se existere divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo sanguine et corpore Domini nostri Jesu Christi alienus fiat atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem Bremensis ecclesiae jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis recipiant et in futurum aeterna pacis praemia fortiantur Amen. Datum Papiae per manum Godefridi, sanctae Romanae Ecclesiae Notarii anno Dominicae incarnationis millesimo, centesimo, sexagesimo, indictione Septima. (x)

Sic rationatus primum fueram, et Lunigium celeberrimum huic Hersfeldensi in Hassia coenobio hoc vindicantem diploma secutus fueram, sed nunc alia edoctus retracto mutoque publice sententiam, et illud adjudicandum esse monasterio Hersfeldensi in dioecesi Bremensi, palam aperte statuo, edoctus id verbis Leimari in Historia Archiepiscoporum Bremensium: Anno Domini M. C. instituta est congregatio monachorum in Hersfeldense anno 1161. Cujus Willibaldi instinctu templum ad Salzungam civitatem versus solis occasum ex-

(x) Lunigius in Spicilegio ecclesiastico des Teutschen Reichs-Archivs. P. II. pag. 187. 188.

ſtructum eſt in monte Hufen dicto, in honorem S. Georgii, cujus teſtis hodie adhuc ſuperat, lapis, cui haec inſcriptio inciſa: Anno Domini 1161. indictione IX. Quart: Calend: Jun: dedicata eſt eccleſia Hufen in honorem S. Georgii, et Domino Decano Schlevigenſi Epiſcopo, rogante Domino Willibaldo, Abbate Herſfeldenſi. (+)

§. LI. Poſt hunc anno 1162. Abbas renunciatus et poſt triennium an: 1165. defunctus ſcribitur a Winzelmanno et Dilichio Hermannus (1) [: Herrimannus :] hujusque nominis quidem primus, atque hac in arte fatis [versatus,] juxta Autorem verſuum arcis Eichenſis, quem Winzelmannum ſuſpicamur:

Hermannus virtute gravis praefumitur: absque
Hiſtoriae certa cognitione tamen.

vel uti in arce Eichenſi leguntur:

Poſtquam commiſſas Hermannus linquit habenas,
Fuldenſi princeps fit ditione potens.

Sed quantis erroribus ſcateat hic ipſe ab eo excuſus Abbatum Herſfeldenſium in arce Eichenſi catalogus, vel ex hoc iterum palam fit, quod Hermannus anno 1163. Herſfelde Fuldam in Abbatem ibidem itidem

(+) Hanc ſcripturam nobis communicat Vir clariſſimus Joh. Mich. Weinrichius, Inſpector Lycei Meinungenſis longe meritiſſimus, in egregio ſuo libro de ſtatu eccleſiaſtico et ſcholaſtico Henneberg. pag. 158.

(1) Loco cit. pag. 261. itemque a W. Dilichio in Chron. Haſſiae pag. 88. Weinrichius l. c.

itidem accersitus fuerit (K) Friderici exinde Ahenobarbi partes sequutus Paschalem Anti-Pontificem in conventu Herbipolitano anno 1165. celebrato, ab Imperatore probatum agnoverit, Caesarem Fridericum Barbarossam armatus cum suis in Italiam comitatus fuerit (λ) Romam anno 1167. Alexandro, Papa fugato, simul occupaverit a Paschali dehinc confirmatus, privilegiis insignibus (μ) ornatus, domum repetens sequenti anno, qui erat regiminis sui tertius, anno 1168. languore et lenta tabe confectus, quinto tandem Kalend: Maji vitam cum morte commutaverit. (ν)

(K) Cent: Magd: 12. c. 10. p. 825. Val. Muntzeri Chronographia Abbat: Fuld: fol. 81. a. J. Bruschii Monasteriorum Germaniae Chronologia, p. 216.

(λ) Cent: Magd: l. c. p. 825. Muntzerus l. c. Bruschius l. c. p. 216.

(μ) Inter quae eminet, quod minores ordines autoritate Episcopali conferre posit. Vid: Cent: Magd: p. 825. Browerus d. F. L. I. c. 15. Bruschii Chronol. Monaster: Germ: p. 217. sed Palso ordinis s. officio fuit.

(ν) Breviarii fuldensis auctor p. 434. Hermannus I. Abbas Fuldens: 37. Professus Hersfeldensis, in schismate, Friderico Imperatore, tenaciter adhaesit, contra Alexandrum Papam, in curia in Wurceburg anno 1165. partes Paschalis arripuit et per Italiam Imperatorem concomitatus est, plus illius, quam suis rebus intentus. Pulso Alexandro anno 1167. Fridericus occupat Romam. Hermannus vero nostet a Paschali confirmatur cum magnis privilegiis, et facultate, ordines minores dandi. Schisi consumtus anno Domini 1168. Praelaturae III. moritur. Browerus in Antiquitat: Fuldens: pag. 299. 300. Heimannus ex Herfeldensi coenobio Abbas accersitur. Eberh. Fabricii Gloria Fuldae, pag. 126. P. Bertius L. III. Rer: Germ: pag. 543. Gualter Chron. Catal: de Abbat: Fuld: pag. 1133. Tenzel Supplem: II. Goth. pag. 369.

§. LXI. Ab anno 1163. sicut in Abbatia Hersfeldensi (♃) ita vicissim ab anno 1168. in Abbatia Fuldensi Hermanno successerat Burchkardus / Burcardus / quem eodem anno demortuum rursus falsissime traditWinckelmannus (○). Ob solutiorem caeteroquin vitam non optimae famae. Durus siquidem audit, et schismaticus (♂) ac homo prorsus vesanus et perfrictae frontis, qui mira asperitate et inhumanitate fratribus et victum et amictum subtraxit, bona Fuldensis Ecclesiae abalienavit, quae abalienare requiverat, devastavit. (☾) Sub ipso etenim non solum Hottenhausen, Hildewartshausen, Cruceburgum Ludovico, Landgravio fuere divendita (♃) ipseque peculio Ecclesiae conflato, coenobitisque pluribus relegatis, in Weteraviam vehiculo secesserat, tandemque ab ecclesia, ob defectionem, ab Alexandro, Pontifice, post pacem inter Imperatorem et dictum modo Pontificem initam, exclusus in paupercula Wetteraviae cella, cui Rheteris / Rheters /

(♃) Autor Breviarii Fuldensis, p. 435. Burchartus 38. Episcopus Fuldens. et hic professus erat Hersfeltensis. Cent: Magd: 12. c. 10. pag. 825. Valent. Muntzer in Chronog. in vita Burcardi. fol. 81. a. Fabricius in Gloria Fuldae, pag. 127. Browerus A. F. pag. 300. Et hic Hersfeldia vicina evocatus. Erat ergo Bruschius in Chronol. monast: Germ: pag. 217. qui eum Abbatem Fuldensem ex monacho Hersfeldensi factum existimat.

(○) In Chron. Hass. pag. 261. solum ejus nomen refert. Dilichius in Chr. H. pag. 88.

(♂) Cent: Magd: p. 825. G. Bucelini German. sacra. T. II. pag. 35.

(☾) Autor Breviarii Fuldens. p. 435. Burchartus, durus pater et miser, et valde infelix, fratribus suis victum et amictum denegabat. Bruschius in Chronol. monast: Germ: p. 217.

(♃) Breviarium Fuld. p. 435. Hottenhusen, Cruzburg et Hildewarteshusen, Ludovico Landgravio Thuringiae vendidit, et religionem pessundedit, Schismaticus tandem etc.

/Rheters/ nomen, anno 1176. misere obiit (J) ibidem etiam sepultus, nulla re nominis sui perpetuitatem in terra relicta, nisi S. Stephani oratorii, elegantis admodum fabricae anno 1168. die XII. Kal: Decembr. exstructione (v). Unde nunc mirandum sane, qui tanta heic cum animi inconstantia ac timiditate scribere potuerit versuum arcis Eichensis conditor, aut potius Winckelmannus in Chron. Hassiae, p. 261. Burchardum regnasse probatur nomine, verum temporis ob seriem facta sepulta latent; siquidem in arce Eichensi hoc potius sub ejus imagine legitur distichon:

Burchardo regnum tribuit sapientia candor
Famaque praeclaris condecorata bonis.

Unde patet, sicut et supra monuimus, substituta a Winckelmanno nonnulla fuisse disticha, an pro lubitu, an jussu superiorum, quis definiat? Anno autem 1166. et 1167. Hersfeldae certo certius egisse Abbatem evinco duobus diplomatibus, nempe illo, quo laudato 1166. anno monasterio Königsbreitungensi mansum supra Grumbach situm tradidit, itemque alio sequenti anno dato, quo nonnulla bona eidem addixit monasterio (TT) nempe bona relicta ministerialis ecclesiae Hersfeldensis, Ortwini de Febele, qui sine

(J) Breviarium Fuld. p. 435. Doloroso morbo cruciatus eodem anno Praelaturae VIII. perit - - Moritur in Wedderau praelaturae suae VIII. A. D. MCLXXVI. B. Browerus annal: Fuld: p. 300. Bruschius in Chronol. monast: Germ: p. 217.

(v) Breviarium Fuldense p. 435. hoc tamen laudabile, quod capellam S. Stephani construxerit. Bonam famam nactus est, teste epigrapheq. B. Browerus Annal: Fuld: Libr. II. c. 12. p. 155. ubi integram modo citatam inscriptionem reperies ipsius nempe oratorii, a Werinhero, Mindensi Episcopo dedicati. Confer. p. 300. ibidem, et Fabricium in Gloria Fuld. p. 127.

(TT) Vide Joh. Mich. Weinrichii Libr. de statu ecclesiastico et scholastico principatus Hennebergensis. pag. 91.

liberis decesserat, duos mansos cum dimidio et sex agris terrae incultae ad excolendum in vineam, cujus vini una pars eidem cedat, altera monasterio Herosfeldensi, decima vero utriusque partis Konigsbreitungensi omnino maneat. Ex quo hoc praeterea elicimus, Konigsbreitungense coenobium pertinuisse olim unice ad monasterium Herfeldense (vv) eundemque Ottwinum de Tebele fundatorem superius laudati coenobii videri (vvv). Meretur, ut integrum heic inferatur.

§. LXI. Anno 1168. sequutus est Burchardum in hac dignitate Willibaldus (g) hujus nominis secundus, Trithemio dictus Hildebaldus, Laurent. Frisio Hipoldus, anno 1176. fatis rursus concedens. Discimus hoc demum ex Winckelmanni versibus, quos in arce Eichensi imaginibus Abbatum Herosfeldensium subscriptos in Chronico suo Hassiaco exhibet:

Par primo pietate Willibaldus
Burchardi sequitur vias secundus. † 1176.

Illum jam anno 1168. administrasse, gubernasse hoc phrontisterium, confirmare possumus ex diplomate die 10. Julij dato a Friderico I. Barbarossa, Imperatore quando nempe in solenni principum imperii diaeta Herbipolensi, Eroldo / Heroldo / Episcopo 31. Wurzburgensi et successoribus suis Franconiae orientalis Ducatum, cum omni jurisdictione per totum Episcopatum et ducatum et per omnes comecias in eo sitas, de rapinis et incendiis, de allodiis et beneficiis, de hominibus et vindicta sanguinis

aurea

(vv) Dicitur enim totidem verbis: eandem cellulam / Konigsbreitungensem / affinē nostrae (: Herosfeldensis:) Ecclesiae.

(vvv) Vocatur enim novella sua plantatio.

(g) J. J. Winckelmann. l. c. Dilichius in Chron. Hass. pag. 88. vide diplomata, ubi Willibaldus leges.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

aurea bulla sanciverat et confirmaverat (X) sed, quod noster Hipoldus tes,
ibi legitur. An ergo corrigendum ibidem male lectum nomen in Willipoldus?
an ex hoc emendandus Winckelmannus?

Burchardus, Dei gratia, Herueldensis abbas electus, cunctis fidelibus
salutem in perpetuum. Pauperibus Christi, nobis commissis, quae in spem
aeternae retributionis conferimus, sigilli nostri autoritate firmamus, ut
firmata nostris decretis inconvulsa sint praesentibus et futuris. Hinc est,
quod fidelibus Christi notum facimus, beneficium Orturini de Tebele mi-
nisterialis nostri, quod eo mortuo, nobis libere vacabant, quia legitimis
haeredibus idem carebat, pauperes Christi in Breitinge conferri novellae
suae plantationi a nobis optimisse. Nos itaque, volentes de futuro ipsis
prospicere, ex consensu nostri Herueldensis conventus et ex juridiciali le-
ge hominum et ministerialium nostrorum, eo, quod eadem cellula nostrae
ecclesiae attinet. In memoriam nostri idem beneficium duorum mansorum
et dimidii mansi, cum sex agris incultae terrae, quae sunt adjacentes
ipsi monti in Tebele eisdem firma traditione contulimus, et perpetuo
manere in utilitatem famulantium Christo ibidem decernimus. Adhaec
ipsis pauperibus Christi partem assignati montis ad excolendam vineam
ea conditione tradidimus, ut medietas cum labore ipsorum ibidem pro-
ventura ipsis cedat, residua pars nobis et nostrae ecclesiae perveniat,
decima vero tam nostrae quam illorum vineae, perpetuo ipsis maneat.

(X) Legas hoc diploma indictione I. regni ipsius XVI. imperii vero
XIV. datum apud Laur. Frisium in Chronico Wurzburgensi p. 518.
nomenque ejus inter subscriptos sic expressum: Hipold
Sebt zů Hirpfeld, succinctequeid tradit Trithemius in
Chron. Hirsaugiensi. T. I. pag. 459.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCLXVII. Indictione XV. Friderico Imperatore monarchiam Romani imperii gubernante, Ludewico Landgravio, Advocato nostrae herfeldensis ecclesiae, Ditmaro Decano, Adelmanno, majore praeposito, Diderico, Camerario Heinrico, praeposito in Breitinge, ejusdem Novellae plantationis. Testes hujus traditionis sunt homines ecclesiae nostrae, Hertwig de Geilaha, Heinricus de Scorfenberg, Heinricus de Willere, Heinricus de Hernige, Ministeriales ecclesiae nostrae Heinricus et Folprath de Leingesfeldt, Lutegerus et Gernot de Borndorf, Diderich Egebrecht, Ebo de Greniberg et alii multi. Haec qui irrita fecerit, de libro viventium deleatur et cum justis non scribatur.

Et versum arcis Eichensis Autor, sine dubio domesticus et substituendus huic Hipolitus sive Hippoldus? videant, quibus in posterum curatius de his Abbatibus agere datum fuerit. Nos Willibaldi, seu ut alibi legitur, Willeboldi praeferimus. His jam in chartam conjectis, video legoque, ipsum etiam a Johanne Trithemio (Ψ) apellari Hildebaldum, et juxta cum eodem frequentasse hunc Wurzburgensem conventum, Christianum Archiepiscopum Moguntinum, Udonem Eizensem, Gerungum Missnensem, Hugonem Verdensem, Thiemonem Ratisbonensem, Episcopos; Burchardum Fuldensem, Nicolaum Segebergensem, Abbates; Ottonem, Marchionem fratrem ejus, Henricum, Comitem de Witin, fratresque ipsius Ottonem et Fridericum, Ottonem, Comitem Palatinum de Wittelsbach, Hopponem, Wurzburgensem Burggravium (sine dubio Comitem Hennebergensem) Ottonem, Comitem de Kirchberg,

(Ψ) In Chronico Hirsaug. T. I. p. 459.

berg, Bertholphum Comitem de Berga /Berca/ aliosque. Anno 1170. quando Marquardus de Grumbach coenobium monialium Ichterhusanum fundaverat. Unde falsam epocham corrigimus Autoris de Landgraviis Thuringiae, p. 378. scribentis: Anno Domini M.L.I. constructum est coenobium in Ichtergeshusen per comitem de Grumbech /prescribe Ichtershusano et Grumbach/ ei de sufficientibus prospicere nunc volebat reditibus, quod inter alia fiebat commutando quinque mansos sitos in Ichetershausen, quos Adelherus, Capellanus in Wassenbarch et ministerialis ecclesiae Hersfeldensis, possederat, et alios quinque, cum curia seu Domo ibidem, qui ad Werntherum de Winrichesleiben et filium Gontherum ibidem ecclesiae Hersfeldensis ministerialem spectaverant, et feuda omnia fuerant ecclesiae laudatae; horum itaque decem mansorum et coenobii simul confirmationem Fridericus Caesar in comitiis solennibus Erfurtensibus diplomate publico promulgavit, subjecto magno infra eidem primatuque imperii, eandem subscribentium numero, quod, dum singularia multa continet, et inprimis usitatam in curia Imperatoris olim bona coram eo resignandi formam, dignum est, ut heic inseratur integrum.

In nomine sancte et individue Trinitatis Fridericus divina favente clementia, Romanorum Imperator Augustus. Decet imperatoriam clementiam, fidelium suorum petitiones benigne admittere, eorumque justa ac Deo placida desideria ut ad effectum promoveantur, annuere. Unde cunctis Christi nostrisque fidelibus tam praesentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter dilectus noster Willibaldus, Hersfeldensis ecclesie Abbas, nec non et fidelis noster Marcwardus de Grumbach, Uchtrichshusensis coenobii fundator, quoddam concambium inter se

compositum in praesentia nostri et principum alter alteri vicissim delegaverint et tradiderint. Hujus autem concambii compositio talis erat. Comes, Erwinus de Glçichen in beneficio habeat V. mansos sitos in Uchtricheshusen, quibus ipse Hersfeldensis ecclesiae ministerialem et castellanum in Walsenburch Adelherum, sed et ipse quendam militem et proprium ejusdem comitis Henricum nomine, eisdem mansis inbeneficiaverat, habebat quoque Uchtricheshusensis ecclesia quaedam bona in Horehusen / Horsuszen hodie / sita, quae praepositus ejusdem Ludigerus a Betholto de Kindehusen viro ingenuo XXX. et VIIII. Marcis argenti comparaverat. Quae videlicet bona et mansum in Horehusen majori situm XV. solidos solventem jam dictus Marewardus et praepositus Ludigerus in manus nostras et Abbatis Willibaldi firma in perpetuum donatione delegaverant et contradiderant Hersfeldensi ecclesie in potestatem et proprietatem. Unde factum est, ut judicio curie nostrae hii, qui supra dictis V. mansis inbeneficiati erant, alter alteri eosdem resignarent. Scilicet Herwicus Adelhero, Adelherus comiti Erwin, comes vero Erwinus Abbati Willibaldo. Nos autem unacum eodem Abbate sepe dictos V. mansos fideli nostro Marcwardo et praeposito Ludigero per manum nostram delegavimus et Uchtrichosensi ecclesie perpetua stabilitate contradidimus. Sororibus autem inibi servituris ad utilitatem videlicet tenendi, vendendi, commutandi cuicunque persone sive ecclesie voluerint, sed hoc quoque nequaquam latere debet, quod prenominatus comes Erwinus et Adelherus, cum quibusdam aliis Hersfeldensis ecclesie ministerialibus in manu nostra et Abbatis data fide coram principibus confirmaverunt et jurare voluerunt, quod concambium ecclesie Hersfeldensis multo melius esset,

quam

quam Uchtrichshusensis ecclesiae praeterea Wernherus de Winrichesleiben, Hersfeldensis ecclesie ministerialis, habens in beneficio ab eadem ecclesia curiam in Uchtrichshusen sitam claustro contiguam ad australem plagam cum quinque mansis in eadem villa, quos Domino suo Abbati Willibaldo in praesentia nostri et principum unacum filio suo Gunthero eodem die resignavit. Hos itaque mansos et curiam praenominatam supra dictus Marcwardus Uchtrichshusensis ecclesie advocatus, et prepositus ejusdem Ludigerus a Abbate in concambium acceperunt dantes Abbati et Wernhero ac filio ejus Gunthero pro eisdem V. mansis et curia bona sua in ville que Gusco / Gosel hodie / dicitur, tantum census persolventia; Insuper et mansum in villa Diderichewinden / Ditrichwinden / VI. solidos solventem. Hoc igitur Actioni in posterum providentes, ut ab hac die rata et inconvulsa omni permaneat aevo, paginam hanc inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus, statuentes ut hujus dispositionis violator centum libras auri regiae camerae persolvat. Hujus rei testes hos subscribi voluimus. Philippus, Colonensis Archiepiscopus, Wicxmannus, Magdeburgensis Archiepiscopus, Eberhardus, Babenbergensis Episcopus, Udo Virenburgensis episcopus, Willimannus Brandenburgensis episcopus, Gerungus, Misnensis episcopus, Ludewicus monasteriensis episcopus, Burchardus, Abbas Fuldensis, Heinricus Dux Bawariae et Saxoniae, Adelbertus Marchio, Didericus Marchio, Ludewicus comes provincialis, Conradus, palatinus comes Rheni, Didericus comes Hennanus, Comes Heinricus, Comes Guntherus, Comes Adelgerus, Comes Sigebatto, et alii quamplurimi Comites et Liberi.
Signum Friderici Romanorum Imperatoris Augusti invictissimi.

Ego Dominus Hinricus, Cancellarius vice Christiani Moguntinensis Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi. Datum XI. Kal: Julij indictione III. anno Dominicae incarnationis mill. CLXX. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto. anno regni ejus XVIIII. imperii vero XVI. Actum Erpesfort in Christo feliciter amen.

Eodem adhuc anno idem Wilibboldus monasterio regis Breitungensi, ex quo patet, monasterium Konigsbreitungense, vicinum olim Herrenbretungensi, ordinis S. Augustini quoque spectasse olim ad Hersfeldiam, cum in diplomate novella plantatio cellae vocetur in nostro loco Breitinge, imo quaedam bona etiam Hersfeldae possedisse clarum est ex confirmatione Lucii III. Papae, in cujus versione: Zellen vnde zů Hirßfelds, Vierram monialium S. Augusti ordinis, ligneta s. sylvam /fructeta/ in Altenrische, itemque decimas de vineis in Gebese pago, ex bona erga ipsum voluntate adscripsit, quo fratres in eodem in posterum aliquantum lautius possent vivere. Digna est haec notitia, ut heic legatur integra.

Willeboldus, Dei gratia, Herveldensis ecclesiae Abbas omnibus veritatem diligentibus, salutem imperpetuum ecclesiis nobis in Christo commissis. Ut tam in futurum quam in praesens tempus prospiciendo consulamus, cura administrationis nobis creditae hortatur commonet. Ea igitur ratione Novelle Plantationi Cellae videlicet in loco nostro Breitinge, cōmunicato fratrum nostrorum consilio, clericorum quoque, sed et̄ ministerialium a familiae frutesta quaedam, quae vulgari nomine Altenrische dicunt parochiae nostrae eidem Breitinge adjacentia tradidimus, ut fideles inibi Domino famulantes consolationem qualemcunque inde percipiant. Eidem etiam Cellae decimam de vine-

vineis nostris in Gebese contulimus. Ut haec et inconvulsa permaneant, paginam praesentem, auctoritate sigilli nostri corroboramus. testibus subternotatis praesatibus. Haec acta anno Dominicae incarnationis MCLXX. indictione III. regnante gloriosissimo Romanorum Imperatore et semper augusto Friderico, Landgravio Ludowico advocato ecclesiae nostrae majoris. testes Ditmarus, Decanus Dudo, praepositus Theodericus Camerarius, cum caeteris Fratribus, Parochianus Henricus in civitate nostra Hervelt, Heinericus in Lengesfeldt, Godefriedus in Thiefshart, Gisilbertus, Magister scolarum, Arnoldus, praefectus, Heinricus et Kolbertus fratres de Lengesfeld, Elbainus villicus, Rutegerus de Dorndorff, Dudo de Grathausen. (+)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Christianus Dei gratia Moguntinae sedis Archiepiscopus. Quando quidem manifestum est, quod cuncta delentur et novarum lites contentionum facilime oriuntur oblivione gestorum praeteritorum, quas tamen contentiones dirimit et in concordiam revocat ecclesiastica consuetudine autoritas sigillatorum privilegiorum et numerositas, et personae testium appositorum. Idcirco respectu concordiae et pacis et perpetuae firmitatis ac stabilitatis notificamus cunctis Christi fidelibus praesentibus et futuris, qualiter nobis viri Marquardus de Gruombach Ochtrichshusensis ecclesiae advocatus et Heinricus de Heldrungen, vigilantiam nostram studiose rogaverint, quatinus quodam concambium inter se dispositum, assensu et auctoritate nostra confirmare vellemus. Palatinus siquidem comes de Withelinesbach Cautelsbach in beneficio ha-

(+) Weinrichius in libro de statu politico et ecclesiastico Henneberg. p. 91. 92.

bebat a Moguntina ecclesia et a nobis quinque mansos sitos in villa Eisleiben, solventes duo talenta et dimidium, cum aliquot mancipiis, quibus ipse consanguineos nostros, filios videlicet avunculi nostri, comitis Friderici de Bichelingen, Kemboconem et Fridericum, sed et ipse jam dictum Heinricum de Heldrungen, ipse autem quendam militem Arnoldi de Weberstadte inbeneficiaverat. Habebat quoque Ochtrichishusensis ecclesia quinque mansos in villa Vanra majori sitos, tantum reditus persolventes, quos supra dictus Marquardus ejusdem ecclesiae advocatus et praepositus Ludegerus pro jam dictis quinque mansis in concambium moguntinae ecclesiae dare disposuerant. Communicato igitur priorum nostrorum praepositorum ac ministerialium consilio, petitioni praedictorum fidelium nostrorum annuere cupientes, solerter ac diligenter effecimus, quod omnes qui supra dictis quinque mansis moguntinae ecclesiae inbeneficiati erant, videlicet Arnoldus Heinrico, Heinricus comitibus Keinbodoni et Friderico, comites vero palatino comiti Ottoni, Palatinus autem eosdem mansos in manus nostras absque omni refragatione resignarunt. Hos itaque mansos cum omnigena utilitate mancipiis solummodo exceptis, in manus saepe dicti Marquardi et praepositi Ludegeri Allegavimus et Ochtrichishusensi ecclesiae perpetua stabilitate contradidimus. Unde et ipsi quinque mansos in Vanra majori sitos in manus nostras delegaverunt, et moguntinae ecclesiae firma in perpetuum donatione tradiderunt. His ita gestis, memoratum Palatinum comitem Ottonem, eisdem mansis rursum inbeneficiavimus, sicque reliqui in praesentia

nostri

nostri alter ab altero eos in beneficio acceperunt. Hanc igitur actionem nos rogatu praedictorum in nomine patris et filii et spiritus sancti Bonno nostro confirmavimus, et ut rata et inconvulsa in perpetuum conservetur, paginam hanc inde conscribi nostroque signari imagine praecepimus, illos quoque quorum testimonio confirmata est, subscribi voluimus. Arnoldus major praepositus sancti Petri, apostoli in Moguntia et in Jecherobes, Albertus, praepositus de S. Severo, Rubertus, praepositus in Muckestadt et curiae notarius, Gebehardus, Abbas de cella Dominae Paulinae, Engelricus, Abbas Saleveldensis, Pilgrinus, prior de monte S. Petri, Ernestus, prepositus S. Mauricii in Nuenburc, Canonici, Wolfhelmus, Johannis, Rubertus, Reinhardus de Cranichfeldt, Herdigen laici Comes Erwinus /existimo de Glichen (a) Comes de Sanisburg et frater ejus, comes Guntherus de Kevereberc, comes Heinricus de Buoch /Buch/ Volradus de Granichfeldt, Meinhardus de Muleburc, Heinricus de Sumeringen, Bertholdus de Hindehusen, Albertus de Engilde, Ministeriales, Franco, pincerna, Bertholdus, dapifer, Diericus, vice Dominus, Bertholdus, Scultetus, Wigandus, Magister fori, Helenicus, Siboldus albus, et filius ejus Guntherus, Siboldus filius Lamboldi, et alii quamplures. Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis Mille CLXVIIII. Indictione II. Regnante Domino Friderico imperatore, anno regni ejus XVIII. Imperii vero XV. Datum Erphesfordiae per manum Ruberti, Mucrenpatensis ecclesiae praepositi XV. Kalend: Januarii feliciter amen. (†)

(a) Quod hoc nomen frequens sit in hac familia, v. g. Autor de Landgraviis Thuringiae, p. 367. Eodem anno 1168. Comes de Gleichen Erwinus, factus est monachus in Reyzharsbrun.

(†) Sigillum hoc appensum L. B. ostendi T. I. N. 1. aeri incisum.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Albertus de Gruonbach; Quoniam vita, qua fruimur in praesenti brevis est, religiosis pauperibus Christi, qui mundum cum flore suo spernentes, seipsos abnegaverunt, et voluntariam pro domino sustineant paupertatem, debita nos oportet benignitate et consideratione prospicere, juxta quod scriptum est: Benefac justo, et invenies retributionem magnam, etsi non ab ipso, certe a Domino. Noverit igitur praesens Christi fidelium aetas, omniumque Orthodoxorum secutura posteritas, quod ecclesiae sancti Georgii Martyris in Ochtricheshusen et Christi ministris in Domino inibi congregatis, sive adhuc congregandis, bona nostra in villa Thoronge /hodie Dorrÿ/ cum omnibus mancipiis, tum pro remedio animae meae, tum pro parentum et fratrum meorum obtuli, tradidi, et irrefragabiliter mancipavi, ea videlicet ratione, quatenus in anniversario depositionis meae die, nec non patris et matris meae, et fratrum meorum toti congregationi, vinum et pisces de praedictorum bonorum censu habundanter administrentur. Statui praeterea, ut pro debito jure advocati, quod ad me spectare dinoscitur, mihi meisque haeredibus, si successerint, duo tantum calcii de memoratis bonis ob memoriale persolvantur. Verum quia res humanae mobiles et fluxae facile in adversa mutantur, et quod bonum est ex adipe humanae pigricie de leviter negligitur, ex peticione Domini Ludigeri, praepositi et congregationis, hujus rei dispositionem scripto mandantes, auctoritate divina confirmavimus et impressione sigilli nostri paginam hanc inde conscriptam signavimus et nulla posteritas cassare praesumat, sed absque omni refragatione sicut ordinatum est, rata et inconvulsa permaneat. Testes hujus dispositionis hü sunt. Ludigerus ejusdem ecclesiae praepositus, Wolframus, sacerdos et canonicus ejusdem, Ekkenbertus

parro-

parrochianus de Arnstete, Cuonradus archipresbyter de Meinwardesburc /Merwigsburg/ Rudolfus presbyter de Eesleben /Eisleben hodie/ Erenfridus, presbyter de mollesdorff /Molchsdorff/ Tragebado, presbyter de Algofleiben /Alsleben/ et alii quamplures clerici. Albertus de Hildeburc /Heltberg/ Bertholdus de Wiltberc, Albertus de Urheim, Hartmudus de Viscowewinden, Albertus de Rudolfesleiben /Ruthersleben/ Wittelo de Grizheim, Heinricus advocatus et frater ejus, Edelherus de Arnstete, Albertus et frater ejus Wolframus de Herbistfeldt, et alii quamplurimi liberi et ministeriales. Sterkerus, Arnoldus, Wolframus, Hartmudus, Wolfwinus, et alii multi de Ouchtricheshusen. Facta autem sunt haec in tumulatione fratris mei felicis memoriae, Heinrici, qui eadem bona ante annos aliquot super altare jam dictae ecclesiae nostrae, pro remedio animae suae, manu propria delegaverat, anno Dominicae incarnationis mill: C.LXXVI. Indictione VIIII. Regnante gloriosissimo imperatore Friderico, anno regni ejus XXIII^to imperii vero XXI. V. Idus Februarii: obiit Inota mater mea III. Non: Maj. obiit Marcwardus, frater meus, XIII. Kalend: Julij obiit Otto, frater meus, XII. Kalend: Decemb: obiit Heinricus frater meus. (+)

(+) Vide hujus Alberti insignia infra Tab. I. N. 2. Eaque confirmat Joh. Mich. Heineccii assertum, pag. 59. in Syntagmate Historico de veterum Germanorum sigillis, nempe ejusmodi triangulatia sigilla comitum et nobilium ante seculum XII. non invaluisse, hos vero frequentius iisdem fuisse usos, quam principes, quippe quo primum insignia ac scuta gentilitia in sigillis ostentare coepisse illustres familias. Sed hoc ibidem non lego observatum, quod scriptura hujus modi et nostri cumprimis sigilli non in planitie areae sit insculpta, ut solet alias communiter occurrere, sed potius

S. LVII. Abbatem exinde et abanno 1176. renunciatum publice, cunque omnium tripudio receptum accepimus Adolphum (w) sed mox post quadriennium anno 1180. Abbatis rursus deponentem insignia cum vita ipsa. Adsipulantur denuo versus Eichens:

Succedit laudum cumulo decoratus Adolphus.
Hunc illum virtus fecit habere locum. † 1180.

Anno 1172. Domini de Franckenstein arcem seu Burgum Franckenstein Adolfo in feudum obtulerunt, quod antea feudum fuerat Francicum. (†) Multa hinc Adolfo praestasse officia Bertholdum VI. Comitem Hennebergensem, et propterea ipsi arcem sive castrum Franckenbergense (a) anno 1178. [: Heinrico de Franckenberg illud resignante:] in feudum obtulisse tradidisseque, Cyriacus Spangenbergerus memoriae nobis prodidit. (b)

S. LVIII. Qui Adolphum excepit, erat Sigfridus, aut, uti in numis legitur, Sifridus (c) pedum pastorale capessens ab anno 1180.

---

margini internae è cavitate surgenti, ita ut mirari habeas, quomodo hac ratione potuerit ex eo fieri modo ectypon sigilli. die Lüchstaben sind ganz rückwärts in dem rüb der Circk der Circkel herumb gegründet Kündten einwärts gestossen gewesen. dasselbe der Lebdruck nicht so eben und füglich gegossen kann, dann man nicht sihet, als etwa von der mitt der Breite, und die dem rübwärtigen Rand gleichen ümb und ümb gestossenen Lüchstaben rückwärts hängen geblieben.

(w) Winckelmannus Chron. Hals. p. 261. W. Dilichius in Chron. Hals. p. 89. Weinrichius l. c. p. 83. 2.

(†) Cyr: Spangenberg. Chron. Henneb. p. 84. Weinrichius de statu Henneb. p. 105.

(a)(b) In Chronico Hennebergensi. pag. 100.

(c) Vide Winckelmannum, pag. 261. et Dilichium Chronicis Halsiacis.

1180. tenensque ad annum usque 1200. regiminis sui tempore usus Thatone, majore praepositio, Titmaro Decano, Alberone, Praepositio S. montis Petrini et Camerario, Conrado, pottario, Withelone, Capellano. In hoc consentiunt versus arcis Eichensis:

Cum Sigfride pius aequaris nomina factis
Principibus merito connumerare viris. † 1200.

Sic haec quae referam sunt plura. Nempe consentiente hoc Sifrido, Abbate anno 1186. beneficia quaedam et bona jure feudali ad Hersfeldensem ecclesiam quondam pertinentia, videlicet a monte Cymirberch et prato adjacente per Sontwerffalque in campum Zwinhayn se extendentia, indeque in Walwinezelhart, et hinc rursus usque in fluvium Louſa cum praedio Snenhindal Ludovicus tertius Landgravius eximit, et coenobio Reinhardbornensi tradidit, ut tamen Hersfeldensis pro iisdem acciperet Meinboldisfelt cum omnibus eo pertinentibus, eaque, quae in Burgtunna et Ruphinheim legitime antea Reinhardsbornensis possederat. In majorem hujus rei fidem ipsum producemus Diploma (cc), ob multa memorabilia, quae continet, dignum, ut integram legatur, prima vice in lucem (ee) productum:

In nomine sancte et individue Trinitatis, Ludewicus Dei gratia, tertius hujus nominis Thuringiae Landgravius, praesentibus et futuris fidelibus veram in vero salutari salutem. Sacratissime fidelium

(cc) Cave titulum sine re exipimes, et ad particulares dynastias astringas, qui alibi comes provincialis, Comes legionarius, Landgravius provinciae Thuringiae vocatur.

(ee) a Johann. henegio trumphero nostro ejus —

Universitati significamus, quod familiaris noster Herrmannus, Dei gratia Abbas in Reinharsbrunnen cum pari fratrum ejusdem ecclesie conniventia, quadam absolita mansuetudine, nostram sollicitaverunt diligentiam, de meliorandis et amplificandis ecclesie prenotate terminis, ut quemadmodum nostris ac predecessorum nostrorum fuit incrementata ac defensata patrociniis, ita quoque beneficiorum nostrorum attolli mereretur impendiis. Huic igitur salutari petitioni reverenter accedentes, quaedam beneficia nostra a sacra Hirsfeldensi ecclesia ex antiquo habita, approbante et consentiente nobis Domino Sifrido, venerabili ejusdem ecclesie Abbate, a jure beneficiali Eximimus et in proprietatem praefati monasterii solenni donatione redegimus, hac vicissitudinis et concambii alternatione prefixa, ut predia quedam Reinheribrunensis ecclesia, que ipsius in possessione habuerat, ecclesie Hersfeldensi et nostre ditioni pro recompensatione prioris beneficii delegaretur. Hos ergo beneficiorum nostrorum terminos ecclesiae illi conferentes hoc circulo concluximus et monte Cyreyen~~-~~berg (d) et prato adjacente per Tonna, qui vulgo dicitur Santwerff, et a Santwerff per dorsum montis Denneberg et per Geizinbrohil usque in campum Swinhagn de Torinhaym in Wolwinoxelhart et a Wolwinoxelhart usque in fluvium Loufa (e) terminis praedii Snephindal. Haec autem omnia ecclesie illi contulimus, cum universitate utilitatum ac proventuum, ideft,

(d) Mons est ad villam Tabarz situs.

(e) Rivus, qui primum ad Wolwinoxel descenderat, nunc vero per campum Zwinhagensem versus Waltershussam derivatus est.

id est, cum vïs et invïs, fluvïs et fluviorum anfractibus, cum pratis et pascuis, cum silvis et novalibus, quatenus ea fratres ecclesie Reinheris-brunnensis hereditario jure possidentes nullius unquam heredis aut successoris nostri indebita retractione multentur. In hujus autem recompensatione concambii a prenotatis fratribus ea accepimus, que subscripta sunt, id est Meinboltisfeld cum adjacentïs suis, et ea, que in Burg Fonna et Kimphinheim legitima possessione videbantur habuisse. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M. C L X X X V I. Indictione IV. regnante Friderico glorioso Romanorum Imperatore ac filio ejus Henrico, Romanorum Rege, coram his testibus: Conrado Fuldensis Ecclesie Abbate, SIFRIDO Hersfeldensi Abbate, Gerimanno Palatino Saxonie, Eppone Comite de Henninberg, Adelberto de Hildinburg, (: Heldburg hodie:) et Ludwico fratribus ejus de Francenstein, Richardo de Guttirn (: Ostheim hodie:) Hagone de Hervisleibin (f) (: Herbstleben:) Mechfrido de Gotaha, Gunthero de Statheim, aliisque compluribus. Hec autem mutuatorum prediorum alteratio facta est Werraha (g) fecus pontem Fuldensis oppidi, quod Vache vocatum est. Et, ut hec traditio rata et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione eam roboravimus, illud sine simulatione statuentes, et ex intimis precordiis exorantes, ut quisquis eam temerario ausu violare pretentaverit, Dei omnipotentis iram et hoc et in

(f) in confinio Mechterpedensi sito, quae villa hodie filia est pagi Langenheimi.

(g) More hoc dudum recepto, et inde a conventibus ad flumina in Campis patentibus Regum Francorum repetendo. Quale quid et supra in etbbatibus Hagenone et Gosberto §. XXVIII. observavimus.

futuro sibi adversari sentiat, et beate Dei genitricis sanctiqs Johannis
Apostoli patrocinia sibi deesse evidenter intelligat.

Eodem anno 1186. Sifridus, Antistes Herfeldensis, ratam habuit permutatio-
nem, quam fecerat Ecclesia Ordorfensis et Vallis S. Georgii, dum nempe Abbas
Georgenthalicus, Widekindus, pro quinqs talentis in certis pagis assignatis,
accepit silvulam ab Ordorfensi, certis terminis designatam. Res ipsa ex Di-
plomate, ob memorabilia multa adducendo, patescet magis:

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Sifridus Divina favente
gracia Hersfeldensis ecclesie devotus Minister (h) universis Christi fide-
libus in perpetuum. Ex injuncto nobis a Deo pastoralis cure officio de-
bitores sumus, si quid in Ecclesia Domini sancte et juste plantatum fue-
rit, authoritate nostri assensus irrigare, ut actus nostri sub debita habe-
antur memoria, et honeste sollicitudinis posteris relinquamus exempla.
Proinde que in diebus ministerii nostri inter Ecclesiam Ordorfensem et Ec-
clesiam Asolverade (h h) pro utriusqs partis commodo, satis raciona-
biliter acta sunt, nobis presentibus et coperantibus, ut rata et in con-
vulsa permaneant, dignum duximus, scripto annotare. Innotescat igitur
Universitati fidelium, ad quos presens pagina pervenerit, ordinata com-
tatio et concambium, quod inter predictas Ecclesias, causa utilitatis et
honestatis vobis et Domino Witekindo, Abbate de Asolverode media-
tibus factum est. Ecclesia siquidem Ordorfensis habebat quandam silvu-
lam, certis terminis designatam, hiis scilicet. versus septentrionem ver-
git in medietatem Trancehmor usqs ad publicam stratam, de strata publi-
ca per viam, que dicitur Steinweg usqs Kirchberg cum omnibus, que
ad eam ibi pertinebant, versus meridiem cum sancti Wigberti germine,
quam

(h) En stilum curiae, quam differentem a recentiori!
(h h) Asolverothe est hodiernum Georgenthalense Monasterium.

quam scil. silvam in concambio redditam V. talentorum ecclesie de Asolverode libera possessione dedit possidendam, qui reditus assignati sunt in sequentibus villis. in Tupheleibe solvuntur II. talenta et IIII. solidi. in Sygenstete XX. et VIII. solidi. In Gerbrechtishusen XIII. solidi et VI. denarii. In Walchesleiben VI. solidi. In Lorinse VII. solidi. In Wandelsleiben III. solidi et VI. denarii. (i) Hec autem commutatio honesta et utilis inter predictas ecclesias pro commodo utriusq; ecclesie facta est. Ne igitur hoc concambium legitimum et salutare aliquis mortalium odibili fraude, vel etiam subdola hujus scripti interpretatione, vel aliqua demum adiaventione, in posterum calumpnietur, vel perturbet hanc confirmacionis paginam ad perpetuam hujus rei memoriam imaginis nostrae sigillo communivimus, statuentes, ut quisquis huic veritati in aliquo obviaverit, gladio perpetui anathematis feriatur, et ab unitate sancte matris Ecclesie perehenniter segregetur. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCLXXXVI. Indictione IV. presidente sancte universali ecclesie domino Urbano, Papa, III. regnante quoque Friderico glorioso et invicto Romanorum Imperatore, et semper augusto, Domino Conrado, Sabinensi Episcopo, et Apostolice Sedis Legato, sanctam Maguntinensem sedem regente, presentibus et approbantibus quam pluribus ydoneis tam clericis, quam laicis, quorum nomina hic annotata sunt, Thuto major Prepositus domus Hersveldie, Titmarus Decanus, ejusdem domus, Albero, Prepositus de monte S. Petri, Jecus Hersfeldiam et Camerarius, Conradus portarius ejusdem loci, Withelo, Capellanus, Comes Guntherus de

(i) Ex hoc patet, 38. solidos a. 1186. constitisse argenti talentum, et 12. denarios solidum.

Keverenberg, Comes Erwinus de Glichen, Comes Adolfus, de Scowenburg, Albertus de Grumbach, Bertholdus, de Kindehusen, Theodoricus de Eddenesleiben, Albertus de Engilde, Tuto de Beringen, Vinoldus de Wechmar, Albertus de Rudolffesleiben, Gerlacus de Immeleiben, BERGERVS DE ARNSTETE, cum duobus filiis suis, Hermanno de Adelberto Luthero, militibus in Ordorf (*).

Anno 1187. Otto, Episcopus Brandenburgensis et Sifridus, Abbas Hersfeldensis, ab Imperatore Friderico, ablegati erant (imperialis magnificentiae nuncii appellantur) ad Pontificem Vrbanum III. (cum quo magna disceptatio Caesari de rebus ecclesiasticis intercesserat) pacis obtinendae gratia; sed antequam advenissent, die 20. Octobris Ferrariae obierat, Pontifex hinc eam sollicitant à successore, Gregorio VIII. Pontifice, satis religioso, atque ad eandem proclivi. Atque cum Gregorius VII. Pontifex per mensem saltem regnaverit, et 26. dies, literaeque datae (K) sint III. Kalendarum Decembris h. e. die 29. Novembr. cum ipse die 16. Decembris expiraverit, dignae sunt omnino, ut integre hic legantur:

GREGORIVS, episcopus, servus servorum Dei karissimo in Christo filio, FRIDERICO, illustri Regi Romanorum, Imperatori semper augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Venientes ad nos imperialis magnificentie nuncii, venerabilis frater noster O. (Otto) Brandenburgensis Episcopus, et S. (Sifridus) Abbas Hersueldensis, qui ad antecessorem nostrum Vrbanum fuerant destinati, honoraverunt nos praesentia corporali et decenti reverentia curaverunt et propos[ue]runt

(*) Ex chartaceo Monasterii Georgenthalici.

(K) Ergo hoc 1187. datum est diploma.

runt ea, que ad predictum anteceſſorem noſtrum ab imperiali excellentia receperant in mandatis. Et quidem nos valde gratum habuimus, quod ſententiam illam imperiali animo fixam cognovimus eſſe, qua dicitur: Perſequimini pacem et comprehendite eam. Arbitramur autem, quod de hac re non ſit apud nos multa opus inſtantia, cum hujus rei bonum ſemper habuimus deſiderium, et nunc tanto amplius habemus, quanto magis hujus et loci neceſſitas, quem tenemus, et communis utilitas Chriſtiana depoſcit. Ceterum non eſt nobis viſum idoneum, ut antequam ad eccleſiam de vocatione noſtra imperiales apices pervenirent, aliquem deberemus habere tractatum, per quem indecenter et contra honeſtatem ſacerdotalis officii, faverem imperialem appetere videamur. Speramus enim ſecundum animum, quem jam tribuit, nobis Dominus, quod taliter in veritate ſua nos diriget, et que ad pacem ſunt, faciet ſemper inquirere, ut nec magnitudo imperii, nec alii quoque reges ac principes Chriſtiani occaſionem juſtam ex nobis inveniant, quo minus devoti Deo, minusque reverentes debeant eccleſie apparere. Cognoſcimus ſiquidem inſufficientiam noſtram, et ſcimus, non niſi per magnorum auxilium impoſitum onus utiliter portare, ac malis illis occurrere, que hoc tempore in populo Chriſtiano acciderunt. Imperiali ergo celſitudini Deus inſpiraverit, ut id, quod nuncius oſtendit et literis, etiam per opera exequatur, nec tam ex opinione colligat, quam ex opere, quod de noſtra debeat excommunicatione ſentire, quia Deo auctore taliter nos diſpoſuimus habere, quod ex noſtra culpa non debeat eccleſia Dei in ſcandalo remanere. Datum Parm. III. Kal. Decembris Indictione VI. (1)

(1) Ex ſummi JCti I. PETRI LUDOVICI reliquiis diplomaticis T. II. p. 425. 426. et quidem ex codice diplomatico Viennenſi.

Anno 1190. Conrado, Archiepiscopo Moguntino, Wolframi Praepositi Ichtershusani II. & Cunigundae Abbatissae III. precibus, multas sanctorum reliquias S. Georgii altari et ecclesiae ipsi consecrante, et sub anathemate, peculiarique diplomate eidem addicente, cum plurimis Episcopis et Abbatibus et Seyfridus et testis adfuit Sigfridus, abbas Hersfeldensis. Istud cum insignem testium adferat numerum et rationem ejusmodi sacras sanctorum reliquias ecclesiis dicandi clarissime simul doceat, meretur, ut legamus illud ad verbum:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cunradus, Dei gratia, Sabinensis Episcopus, et sancte Moguntine sedis Archiepiscopus. dilectis in Christo filiabus. Cunigundae Abbatisse (III.) monasterii S. Georgii martyris in uchtrichishusen, eiusq; sororibus tam presentibus, quam futuris. regulariter substituendis in perpetuum. Pontificialis officii nostri nos hortatur auctoritas, quatenus erga eos, qui in sancte religionis professione domino devote militant, omne caritatis studium exhibeamus, eorumq; pia ac justa desideria pro voluntate et peticione ipsorum paterne promoveamus. Quanto igitur filius noster dilectus et semper diligendus Wolframus, prepositus vester secundus, vir admodum industrius, majorem in ecclesiam vestram gerit sollicitudinem, et quanto ipse scientia, morum elegantia, honestate, ceterisque pollet virtutibus, tanto magis a nobis prosperius diligi et honorari et in suis postulationibus affectuosius exaudiri promeruit. Cum enim ante mentis oculos revocamus, quantum nobis semper fidelis, ac devotus exstiterit, et quanta filialis ac promptissime obsequia devotionis exhibuerit, potissimum ad amorem ejus accendimur, et sicut non debemus, ita nec possumus ab ipsius honore ac beneficio animum revocare. Ejus itaque petitionibus ac humillimis supplicatio-

cationibus grato concurrentes assensu, et tam sibi, quam ecclesie vestre ipsius gubernationi a nobis commisse deferre ac salubriter prospicere volentes, numerosa sanctorum patrocinia super aurum et lapidem preciosum multum concupiscibilia, que multo labore conquisita, et scripto annotata, omnipotenti Jhesu Christo et pijssime genitrici ejus Marie super altare egregij martiris, divi Georgij, devote obtulisse dinoscitur, nos quoque invocato nomine sancte Trinitatis, patris et filij et spiritus sancti, sub auctoritate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, sub judiciaria omnium sanctorum districtione, sub Domini Apostolici Clementis, et nostro pontificiali banno, predicti martiris altario futuris semper temporibus conservanda confirmamus, omnibusq; presentem paginam legentibus, seu scientibus sub interminatione perpetui anathematis, et illius tremendi examinis pronuntiamus, ut nullus successorum jam dicti filij nostri, Wolframi, Prepositi, aut Abbatisse, priorisse, custodis, nullus denique hominum quicquam de oblatis domino sanctorum reliquijs demere, subtrahere, aut alicui ecclesie, sive persone seculari spiritalive conferre, aut donare ausu sacrilego et demerario presumat, Cunctis autem eadem sacrosancta, sanctorum pignora sincera devotione excolentibus, venerantibus ac studiose conservantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus eorum pia intercessione ab omnibus in hoc seculo adversis, protegantur, et in futuro eterne felicitatis gaudia consequi mereantur, et ut memorate oblationis ac nostre confirmationis status, et omnia predicta statuta ea ratione qua deo, beate virgini Marie sanctoq; Georgio, preciosо martiri, delegata et stabilita sunt, ab hac die omni evo in Christo rata et inconvulsa permaneant, paginam hanc prefati perdilecti nostri prepositi Wolframi rogatu, conscribi, et sigilli nostri impressione jussimus insigniri statuentes, ut

in scrinio sanctarum reliquiarum reposita, generationi omni, que ventura est, caute conservetur. Testes hujus confirmationis subscribi fecimus. Hubertus, Havelbergensis episcopus, Bertholdus, Nuemburgensis episcopus, Sifridus, Abbas Heroldensis, Cunradus, Abbas Salefeldensis, Diethmarus, abbas de Walcenrith, Piligrinus, abbas de monte S. Petri erpesfordiae, Hermannus abbas in Reinheresbrunnen, Gebehardus abbas celle domine Pauline, Cunradus abbas de Oldesleiben, Hoholdus, abbas de Nuenstadt, Withekint abbas de valle S. Georgii, Arnoldus domus Moguntie et erpesfordie prepositus, Burchardus prepositus in Giecheburc, Berno decanus. hildenesheimensis, Godefridus Scolasticus Wirceburgensis, Hugoldus, prepositus Hallensis, Reinhardus prepositus S. Mauricii in Nuemburc, Theodericus, prepositus de monte Sancti Cyriaci, Ludolfus prepositus in Hugisdorff (Haysdorff hodie prope Eisenbergam) Luto, prepositus in heiteresburc (Eitersburg prope Winariam) Gerwicus archipresbiter, Magister Jonathas, Magister Gerlacus. Laici: Comes Erwinus de tunnaha (Tonna hodie, qui est Glichensis,) Comes Guntherus de Keverenberc, Comes Meinhardus, de Muleburc (Mulberg prope Gotham) Folradus de cranichfelt, Bertholdus de Kindehusen, Bartho et frater ejus Folradus de elxesleiben (elxersleben hodie) Bertholdus, vicedominus erpesfordie, Helewicus, Wigandus, Wernherus, Saxo Berthogus et alii multi liberi et ministeriales. Facta sunt haec anno dominice incarnationis millesimo $\overline{\text{CXC}}$ Indictione VIII. domino Clemente apostolice sedi presidente, Regnante glorioso Romanorum Imperatore, Friderico, anno regni ejus XXXVIIII. imperii vero XXXVI. peregrinationis autem ejus II. et anno nostre electionis in archiepiscopatum sancte Moguntine ecclesie XXVIIII. exilii nostri XXV. reversionis vero ab exilio $\overline{\text{VII}}$ Datum Erpesfordie VIII. Idus Martii. (*)

Bello

(*) Ex tabellario Gothano.

Bello inter Conradum, Archiepiscopum Moguntinum ac Hermannum, Landgravium Thuringiae anno 1192. exorto, in quo Hermannus Conradum quidem in fugam primum verterat, posteriore tamen exinde copias suas cum Archiepiscopo Colonienſi jungente, et Hassiam manu valida invadente, mire vexatus vicissim ab illo fuerat, Grunbergam expugnatam in Hassia non solum devastante, sed et Milsungam obsidione cingente, illud tamen per Fuldensem Abbatem et Sifridum, Hersfeldensem, anno 1195. fuit compositum (m). Eodemque anno (1195.) quando Henricus VI. Romanorum Imperator, monasterium et Abbatiam Schlettstadiensem, sanctimonialium, Cistercienſis instituti, sub Abbatissae et Praepositi regimine, Moguntinae diocesεos, in Thuringia, inter Arnstadium et Erfurdiam sitam, quam anno 1184. Marquardus de Grumbach et mater ejus, Friderana, in Dei gloriam et B. virginis Mariae ac S. Georgii honorem, pro redemptione animarum suarum, ex illius temporis genio et zelo, propriis sumtibus fundaverant, dotaverant, et Imperatori, Conrado, hujusque successorum protectioni subjecerant, de novo Wormatiae confirmavit, et privilegia, quae a Conrado, Imperatore, et suo patre Friderico jam acceperat,

(m) C. F. PAULSEN in annal. Isenac. p. 32.

„ annal. Isenac. Belso nach gschrib MCXCV Jare, do wurden der
„ Bischoff von Mentze und der Bischoff von Kollen, Landgraven Jare,
„ manch Vient, und zogen vor Grunenberg, und verbrunten vor die
„ Stadt, und vortilgeten sye. Indeß also Landgrave Hermann den
„ Bischoff stüren wolte, und mit vil Volcks zog in Hessen, da satzte sich
„ der Marggrave zu Missen belegerunt, und vorgaß der sache under,
„ richtunge und zog uf en in Duringen sogmeliglich. Indeß zogen die
„ zween Ertzbischoffe vor Milsungen, und erolten daß gewinnen,
„ do zog Landgrave Herman, und wolte sie bestreten, sahe der sache
„ nun die zween Ertze zu Walde und Bischoffe, und underwunden
„ den Krigk.

rata habuit, inter teſtes hujus confirmationis, juxta cum aliis multis Epiſcopis et Abbatibus comparet etiam Sifridus Hersfeldenſis. Diploma equidem ipſud olim jam edidit Max. Rev. Dn. I. C. OLEARIVS (n) ſed cum inſignibus laboret naevis, multaq; omiſſa ſint in eo, ac depravata, juvabit hoc ex autographo heic ſuae reſtituiſſe integritati:

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis, HEINRICUS ſextus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper auguſtus, et Rex Siciliae, ſi anteceſſorum noſtrorum divae (o) memoriae imperatorum et regum ex operibus pietatis felicia tempora reputata ſunt: quanto magis noſtrae convenit manſuetudini, (p) per ipſorum veſtigia gradiendo, pia piorum ſtudia imperiali favore juvare, ut, dum vivax fama perſiſtit operum merces quoque (q) perpetua nobis preparetur in habitaculis juſtorum. Ad univerſorum itaque fidelium Chriſti (r) et imperii preſertim ex futurorum notitiam pervenire volumus, quod temporibus piae memoriae romanorum regis, Cuonradi ſecundi, patrui videlicet (s) genitoris noſtri, felicis recordationis, Romanorum Imperatoris, Friderici, vir nobilis et admodum induſtrius, Marquardus de Grumbach, et mater ejus, religioſa femina, FRIDERUNT dicta,

---

TERTZELIUS Supplem. II. Hiſt. Goth. p. 512. DECHERVITESIUS de Landgrav. Thur. p. 46. GERVASIUS in Chron. Thur. p. 71. 72. VINCENTIUS BELLOVACENSIS Mſtus: Anno 1192. bellum fuit inter Conradum Magunt. et Hermannum Landgravium Thuringiae. W. DILICHIUS Chron. Haſs. p. 147. CHRON. MONTIS SERENI p. 64. FABRICIUS Orig. Sax. p. 561. WINCKELMANNUS Chron. Haſs. p. 488. b.

(n) In Syntagmate rerum Thuringicarum Tomo I. p. 191. 192. 193. (o) Ut diverſitatem et varietatem inſignem ſcriptionis & diſtinctionum plane non attendamus, extantiora ſunt, quae corrigi omnino oportet, nempe pro divinae. (p) ibi conſuetudini (q) ibi: quarum (r) illico omiſſa ſunt omnia uſque ad piae (s) ibi voluntate.

dicta, Zelo divinae caritatis inducti, ad laudem et gloriam dei omnipotentis et beatae virginis Mariae, sanctiq; Georgii, martyris, monasterium in loco possessionis suae in uochtrichishusen (t) pro redemptione animarum suarum, omniumq; fidelium, vivorum et mortuorum, construxerunt, ibiq; monasticae religionis fideles Christi per venerabilem sanctimonialium cisterciensis (u) ordinis congregationem sub regimine abbatissae constituerunt, et, in quantum potuerunt, idem coenobium propriis sumtibus, praediis, et ad sustentationem fidelium inibi Deo famulantium rationabiliter ditaverunt. Hoc igitur (x) oratorium, ipsamq; congregationem cum omnibus pertinentiis suis memorato regi, Cuonrado, et regno, a predictis personis collatum, in suam et successorum suorum imperatorum et regum protectionem suscipiens, ipsum locum et omnia, quae idem locus de bonis fundatorum tunc temporis possedit, aut in posterum justo poterit titulo adipisci, privilegii auctoritate irrefragabiliter confirmavit, petitione eorundem statuens (y) idem coenobium ab omni jugo Terrenae potestatis liberum, nisi prelatorum suorum, prepositi videlicet, et abbatissae, quos pari voto et unanimi consensu, rectores animarum suarum elegerint (z) exceptis (α) et his, quae ad Moguntini Pontificis spectant examen (β) In (γ) successione nepotum et legitimorum haeredum supra dicti Marquardi, ceteris aetate maturiorem advocatum eandem ecclesiam habere, constat, qui (δ) aeternae mercedis intuitu, bona ecclesiae cum justitia libere tueatur. (ε) In bonis autem ecclesiae nulla prorsus negotia, vel placita

(t) Ichtrichishusen (u) Cistercienſium. (x) ergo (y) ſtatuentes (z) elegerunt (α) receptis, & his (β) quae ad Mogunt: Pontific: ſpectatum examini. (γ) In omiſſum (δ) quae (ε) tuebatur.

tractare debet (l) nisi justis de causis ad necessitatem monasterii spectantibus, a preposito prius vocatus fuerit, ut honorem et utilitatem ecclesiae modis omnibus prosequatur, nullum inde servicium vel jus, vel aliquod emolumentum sibi exigens. Ceterum idem advocatus nullas exactiones (y) vel precarias vel hospitalitates (z) in familia ecclesiae faciat, nullum subadvocatum, vice sua, constituat. (a) Ne igitur (b) tam justis ac Deo caris institutionibus clementiae nostrae desit auctoritas, praefatum monasterium, cum omnibus, quae ad ipsum pertinent, in pacis nostrae ac defensionis tutela suscipimus, ac cum acquisitis et acquirendis locum ipsum Deo servientibus jure perpetuo mancipamus, ejusq; constructionem, conservationem prepositi et abbatissam liberam electionem, et ex omnibus praedictis bonis ditationem, privilegiiq; regalis irrefragabilem munitionem super his omnibus datam, et nos quoque damus, et presentem paginam manu propria corroborantes (c) imperialis banni auctoritate confirmamus ((d) confirmantes approbamus, et quicquid in suis privilegiis domini et praedecessoris nostri, beatae memoriae, Cuonradus, rex, et genitor noster, romanorum imperator, Fridericus, eidem monasterio (e) concesserunt, nos quoq; concedimus (f) et ratum habemus, et impressione sigilli nostri, ne quis ullo modo contraire, vel infringere presumat, communimus et roboramus, statuentes, ut hujus nostrae confirmationis violator L. libras auri regiae camerae persolvat. Hujus confirmationis testes sunt: Cuonradus, moguntinensis archiepiscopus, Ioannes treverensis archiepiscopus, Otto, baben-

(l) quae sequuntur omnia omissa usque ad: Ceteram. (y) reactiones. (z) hospitalarios. (a) Nihil hic sequitur, & frustra est additum: et cet. (b) Omnia omissa usq; ad: praesentem paginam. (c) corroborant ex ((d) omissum est: confirmantes approbamus. (e) monasterii (f) omnia, quae sequuntur, omissa usque: Hujus.

babenbergenſis epiſcopus, Hermannus, monaſterienſis epiſcopus, Otto, Spirenſis epiſcopus, Rudolfus, fardenſis epiſcopus, Eberhardus, mersburgenſis epiſcopus, Bertholdus, nuenburgenſis epiſcopus, Gardolfus, halberſtatenſis epiſcopus, Heinricus, abbas fuldenſis, SIFRIDUS, ABBAS HERSFELDENSIS, Witheskint, abbas corbejenſis, Heinricus, abbas elewangenſis, Sigehardus, abbas Lauriſhamenſis, Gebehardus, abbas cellae dominae paulinae, Conradus, dux Suevorum, Berchtoldus dux de Zeringen, (O) Otto, marchico Brandenburgenſis, Adelbertus, marchico de tagesberc (π) Gerlachus, comes de feldecen, (ϱ) Heinricus, comes de ſein, Walraben, comes de naſsouwa (ſ) Godefridus, comes de Spanheim, Rupertus de turne (τ) et alii multi nobiles. SIGNUM DOMINI HEINRICI SEXTI ROMANORUM IMPERATORIS INVICTISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS SICILIAE.

Ego Conradus, Hildenesheimenſis, electus imperialis aulae cancellarius, vice Cunradi, moguntinenſis archiepiſcopi, et totius germaniae (υ) archicancellarii recognoui. Acta ſunt haec anno dominicae incarnationis milleſimo CXCV. Indictione XIV. Regnante domino Heinrico ſexto, romanorumq; imperatore gloriòſiſſimo et rege Siciliae invictiſsimo, anno regni (Φ) ejus XXVI. Imperii vero V. datum Wormatiae VII. Idus decembris feliciter.



(O) Zewingen (π) Tagesbare (ϱ) Seldemen (ſ) Naſsau. (τ) Reliqua omiſsa. (υ) Cen. (Φ) Reliqua omiſsa usque anno. (Φ) pro anni. Certe ſatius fuiſſet, illud plane omiſiſse, quam tot lacunis & vitiis turgidum in lucem protruſiſse.

Quodsi demonstrari posset, hunc Sifridum simul etiam Episcopum Namburgensem egisse, spectaret omnino huc diploma, quod supra ad Fridericum, Abbatem, post annum scilicet 1073. retulimus, et sequentis est tenoris:

In nomine sancte et individue Trinitatis Sifridus, Hersfeldensis et Nuenburgensis ecclesie abbas (a) notum esse volumus tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, quod nos remedium anime nostre operam dedimus de contractu concambii cujusdam inter ecclesiam Nuenburgensem et ecclesiam Beate Marie in Magdeburg super duobus mansis, sitis in villa Luderdeburg cum adjacente seu attinente curia, in qua domus lapidea edificata fuit. Cum enim tota fere villa Luderdeburg ecclesie beate Marie pertineat, et prefatos duos mansos cum attinente curia matrona quedam Adelheidis, filia Thanemari, ministerialis Nuenburgensis ecclesiae, possideret, post mortem mariti ejus Conradi attemptaverunt quidam mansos eosdem simul cum curia obtinere. Inde procul dubio magnum imminebat Ecclesiae beate Marie dispendium, cui evitando diligenti cura intervenimus et petitioni Ulrici praepositi (b) eosdem mansos in

(a) Hujus abbatis et meminit MELMANNUS in Historia Anhaltina P. III. Libr. IV. C. 2. p. 450.

(b) Sed cum nullibi legam Sigfridum nostrum Nuenburgensem Abbatem, nempe divitis quondam abbatiae Niemburg, in Principatu Anhaltino ad Sidam fluvium, ubi se in Salam exonerat, sitae, quam fusius descripsit BECKMANNUS p. 427. Crederem omnino, hunc Sigfridum referendum esse ad Hersfeldensem Abbatem, prope Bueinam situm, de quo supra. In dissensione illa inter Ottonem IV. et Philippum anticaesarem, comperimus Sigfridum anno 1198. cum Archiepiscopo Trevirensi, Magdeburgensi, Episcopo Bisantino, Ratisbonensi, Frisingensi, Augustano, Constantiensi, Eichstädtensi, Wormatiensi, Spirensi, Brixiensi, Hildesheimensi, Abbatibus Fuldensi, Sargano, Elwangensi,

in concambium dedimus Ecclesie beate Marie simul cum prefata curia, et pro eis duos mansos in villa Eerlinge, quorum quilibet solvit XII. solidos, equa vice recepimus. Acta sunt autem hec Nuenburg et voluntate et petitione predicte Adelheidis, consensu quoq; Gerlindis, sororis ejus, necnon absensu Guntheri, fratris earum, qui aliquandiu contradicens tandem nostro consilio cessit, et huic facto cum ceteris Ecclesiae nostrae ministerialibus acquievit. Concambium vero istud per manum nostram, et per manum advocati, ducis videlicet Gerhardi celebratum est, presente et annuente Priore Nuenburgense, cum fratribus ejusdem ecclesiae, presentibus quoq; et facto consentientibus, quam pluribus nobilibus beneficiatis, et ministerialibus Ecclesiae Nuenburgensis.

§. LIX. Quindecim annorum sequentis IOHANNIS fuit imperium, dum nempe ab anno 1200. usq; ad 1215. hanc cum laude rexit Abbatiam (y) quo tempore usus est ministerio Herckenberti, Praepositi S. Joannis, Henrici, praepositi S. Petri, Ludewici, majoris Ecclesiae Praepositi, Ludewici, Camerarii, Walonis secundi, dehinc Ludovici, decani, Werneri magistri monachorum, Guntheri, cellarii, Dithmarus, Hartungus Rufus, Henricus conversus, Albero de Vibethe, Lambatus de Dornheim, monachi Hersfeldenses Vinoldi et Wechmar, Ludovici, Praefecti Hersfeldensis, aliorumque, hincque istud in arce Eichensi meruit elogium:

Gratus Joannes, ob raras pectoris artes,
Civibus haud vanum nominis omen habet. † 1215.

---

wangensi Philippi partes falsae secutum. Literas vide apud BALUZIUM p. 690. et SCHATENIUM in Annal. Paderbornens: p. 917.

(y) Vide Winckelmann. Chron. Hals. p. 201. Dilichii Chr. H. p. 89.

Anno 1209., ut ad res ejus gestas nos statim conferamus, Wurzburgensi Principum diaetae interfuit, ubi Otto IV. Imperator, statibus imperii, pro praestitis hucusque sibi et imperio officiis, egit gratias, et quid factum opus sit amplius ratione conjugii sui, eosdem consuluit. (Z) Eodem 1209. anno, cum ipse litigii ferram diu cum Godofredo, abbate Georgenthalico, de bonis nonnullis citra flumen Apfelstedt sitis, reciprocasset, tandem impetratis a Pontifice arbitris, ii Arnstadii convenientes, ita, juramentis ab Abbate et duobus monachis praestitis, controversiam composuerunt, ut utraque pars acquieverit, summa, quaevis acceperit. Quid vero cuique fuerit adjudicatum, ex ipso clarius disci poterit diplomate, Hersfeldiae conscripto, digno, ut integrum et heic inseratur, cum ex illo pateat, qua ratione olim litigia, compromissione in arbitros facta, fuerint dirempta, et quod anno 1200. conscenderit solium Abbatis, dum in fine anni novi electionis ipsius fit mentio:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego IOTHARIUS, Dei gratia, electus Hersfeldensis Abbas, notum facio tam presentibus, quam futuris, quod de consilio prelatorum et subditorum nostrorum, super querela, quam habuit ecclesia nostra contra Abbatem et conventum S. Georgii ipsos ab Apostolica sede judices impetravimus, scilicet Abbatem Cellensem (α) prepositum Vesserensem (β) prepositum de Wackerswinchele. Partibus igitur peremptorie citatis, ipsos in judicio

(Z) SIEGFRIEDI Chron. Mansfeld. p. 291. b.

(α) Sine dubio Abbas Cellae Paullinae in Thuringia, supra Ilmenam civitatem, qui tunc Gebehardus nomine exstitit, intelligendus.

(β) Est coenobium Vesera, in comitatu Hennebergico hodie situm.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

cio pulsavimus super hoc, quod bona nostra ultra flumen appelste (Apfelstedt hodie pagus est lapide a Gotha distans) violenter invasissent, et usque ad tempus illud in possessionem deduxissent, videlicet dimidiam partem fundi, in quo claustrum est locatum RECKERS, VII. mansos hophgarte novam villam, duos montes, qui dicti Goteben, Hoenroth Zasenvelt, montes duos, qui dicuntur limberi, et vallem subtus usqz ad oram silve, et usqz ad lacum piscium, et quidquid inter duos rivos intercluditur Viscenroth cum terminis suis Heselenvelt. Parte nostra adversa multa in contrarium allegante et quicquid in possessionem deduxissent, justo titulo se possidere, asserente, cum diu altercationibus et judiciis negotium protraheretur, tandem judices delegati, videntes validas esse partes, et minime destitutas instrumentis et probationibus, discordiam istam et controversiam litigantium attemperabant dirimere, et pacem inter viros tante perfectionis reformare, unde privatim et publice instabant, ut partes, renuntiantes iudicio in arbitros, pro bono pacis, compromitterent, super omnibus, que in questione vertebantur. Eorum igitur consilio, hinc inde consentientes, compromisimus in arbitros, interposita cautione centum marcarum, pro quibus in manus judicum pignora ista novem talentorum deposuimus, scilicet pro nostra parte, Ruodolvesleibin (Rudenleben) et Rinesfeld (Reinfelt hodie) pro altera parte Erpeswinede et ingerixesleiben (ingersleben hodie) compromittentes, ut quacunque pars contra arbitrium veniret, penam predictam solveret. Arbitri vero nostri erant Ludewicus, tunc Decanus ecclesiae nostre, Magister Wernerus, Rinoldus de Wechmar; pro altera parte Gerwicus, prepositus S. Severi, Lambertus, monachus, Lambertus de Dornheym, Septimus Gisilbertus, Cantor sancte Marie in Erphurt.

Excepta fuit ab hoc arbitrio silva, quae dicitur Haghenberge; arbitri autem Arnstete convenientes ita pronunciaverunt arbitrium, ut quicquid Ecclesia S. Georgii usq; ad tempus illud in possessionem habuisset, et haberet, Abbas ejusdem loci cum duobus monachis iramentum prestaret, se juste possedisse et possidere, et ita deinceps libere possideret. Propterea, quod Abbas predicti loci Gotfridus tertio se presentie nostre exhibuit, tanquam paratus iuratoriam prestare cautionem super predictis possessionibus, sicut arbitri definierunt, sed diversis prepeditus negotiis, distuli juramentum recipere, et ita pendebat negotium indecisum; ac quoniam excepta fuerat ab arbitrio silva, que dicitur Hagenberc, in qua violentiam sibi illatam predicta ecclesia sancti Georgii conquerebatur; Abbas ejusdem loci, a sede Apostolica, contra nos judices ipsos impetravit, videlicet Ludewicum, prepositum de vescera, Luterum, decanum, Ludovicum, scolasticum sancte Marie in Erphurt. Partibus vero peremptorie scitatis, cum presentassemus nos judicio, instabat pars adversa, petens restitutionem duarum partium prefate silve, quibus se spoliatam conquerebatur, à ministerialibus et colonis nostris de wegmar. Super quo, cum diu hinc allegatum fuisset, de consilio judicium placuit partibus, pro bono pacis, compromittere in arbitros. Secundum formam, priore interposita cautione centum marcarum, pro quibus eedem ville, que et prius sunt impignorate arbitri nostri in hac causa isti erant Reingherus, prepositus de Creutzeberg, Guntherus, custos in Ordorf, Winnoldus de Weghemar; pro altera parte Lambertus, monachus, Arnoldus de Kessernberg, Witechindus de Dornheim, Septimius Gisilbertus, cantor sancte Marie in Erphurt. Accepta vero arbitrandi deliberatione, in presentia judicum tale pronunciaverunt arbitrium, ut, sicut dictum fuerat in priori arbitrio, Abbas S. Georgii de omnibus, super quibus questio vertebatur sub prioribus judicibus, cum duobus monachis juramentum prestaret, et sic, quemcunq; eccle-

sia

sia illa possedisset, libere deinceps possideret. Pro silva hagenberg definitum est, ut ejusdem silvae duo reciperent jugera, in altum ab appelste usque Ghisenwarde. Die prefixa, cum ad arbitrii executionem convenissemus, Comite Heinrico et Gunthero presentibus, quidam pro parte nostra proposuit, terminos possessionum, quas impetebamus, quibus nominatim expressis sepe dictus Abbas cum duobis monachis juravit, predictos terminos et quicquid eis includebatur, cum omnibus attinentiis cultis et incultis usqz ad vivum haghenbac, sue esse ecclesie, quicquid non ultra vivum versus occidentem et silvam adjacentem et antiquum sinum appelste contineretur, tam in horto, quam in planitie adjacente, duas partes sue juravit esse ecclesie, tertiam vero recognoverunt, nobis debere cedere. Ne vero factum istud, tam solempniter celebratum a posteris nostris retractetur, alternatim compromissum est, ut processus, ut executio totius negotii privilegio, appensa bulla nostra et ecclesie nostre, roboretur, et illud recipiat Abbas S. Georgii, qui etiam versa vice sic eodem negotio privilegium suum munitum bulla sua ex Comitis Heinrici, de Zwarzburg, nobis daret, et sic ratum deinceps maneat negotium, nullis obstantibus literis impetratis. Hujus rei tepes sunt Heinricus et Guntherus, Comites de Zwartzburg, Gisilbertus, Cantor S. Marie in Erphurt, Leingherus, Prepositus de Crutzeberg, Guntherus, custo de Ordorf, Lampertus hospitalarius, S. Georgii, Arnoldus, Capellanus de Kevernberg, Vinnoldus de Wechmar, Witechindus de Dornheim, Cwnwinus, prepositus de lacu (Frauensee hodie) Ludewig, camerarius, Conradus, prepositus de Breitungen, Herkenbertus prepositus S. Johannis, Heinricus prepositus S. Petri, Ludewig, majoris ecclesiae prepositus, Eckehardus, prepositus de augia, Walononus secundus, Decanus, Guntherus, Cellerarius, Ludovicus prior S. Georgii, Leo, cantor, Maroldus, Celerarius, Ditmarus,

Hartungus rufus, Heinricus converſus, Albero de Vibethe, Lambertus de Dornheim, Ludovicus, praefectus Hersfeldenſis, Reinerus de Heighen, Hermannus de Grizheim. Acta ſunt hec anno Domini MCCVIIII. Indictione duodecima, regnante Ottone, Romanorum Rege, anno NONO, Johannis dicti Hersfeldenſis. Datum HERSFELDE quarto Kal. Julij anno ſecundo interfectionis Regis Philippi. (V)

§. LX. Poſt Johannem faſces ſacros obtinuit HENRICUS, hujus nominis ſecundus, donatus iisdem anno 1215. retinensq; eos in annum usque 1218. minime gentium vero in annum 1225., uti tradit Winzelmannus (S) de quo et heic audire juvabit verſus Eichenſes:

Henricus ſequitur multa virtute Johannem,
Et patriam multae laudis honore beat. † 1225.

Sane anno 1216. die 11. Maji Wurzburgi eum ipſum ſubſcribentem diploma Friderici II. Imperatoris, Ottoni trigeſimo octavo epiſcopo Herbipolenſi conceſſum quo renunciavit juri, per quod, Epiſcopo, aut Abbate quondam in imperio defuncto, omnia relicta ejusdem bona, itemque reditus primi anni Imperatori addicebantur. (E)

§. LXI. Hunc ordine inſecutus eſt LUDOVICUS (vel uti in nummis legitur, LUDERICUS & LUDEWICUS) et quidem anno 1218. non vero 1225. tradente, ut ſuper audivimus, WIRICHELMANNO, deprehendo ſub eo Hartmannum et poſtea Eckehardum, Decanos, Wigandum Praepoſitum S. Johannis,

(V) Primum prodit ex Charturio Georgenthalico.

(S) In Chron. Haſſiae p. 261. Nam mox dabimus diploma Ludovici, in quo annus 1224. vocatur ſextus inſtitutionis ſuae, ex quo patet, eum anno 1218. fuiſſe electum. W. DILICHIUS nomen ipſius retuliſſe contentus eſt in Chron. Haſſ. p. 89.

(E) Integrum, ſed germanice verſum exhibet LUDW. FAISIUS in Chron. Wurzburg. p. 548.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

nios, Gerlacum praepositum S. Mariae, Reinoldum praepositum in Lacu, Ludewicum, majoris ecclesiae Praepositum, Elbuinum, Camerarium et praepositum de Lacu, Warmundum, hospitalarium, Bertoldum, Capellanum, Dytmarum, portenarium, Johannem, Custodem, Heinricum, scriptorem, Heinricum dapiferum. Pedo hoc suo usus est ad annum 1241. et non 1242. uti tradit iterum mendose WINCKELMANNUS, quoqs obüsse ab eo fertur, (Z) ornatus insuper ab Autore versuum arcis Eichensis hoc disticho, quod epitaphii loco heic addimus:

Henrici Ludovicus habet pietatis et aequi
Nec non pacis amans cum gravitate locum. † 1242.

Vidi scedulam, quo huic Ludovico fundatio praepositurae montis S. Johannis, Benedictini itidem ordinis, dioeceseos Würzburgensis, cujus Praepositus singularibus suis Capitularibus, et Conventualibus gavisus est, quorum ultimus fuit Constantinus, circa 1604. adhuc vivens, anno 1217. Kalendis Maji adscribitur. Quodsi hoc verum esset, in superiorem annum rejicienda ejus foret electio. Sed supra, Arnoldo, Abbati, eandem jam vindicavimus, et ut verierem hanc sententiam censeamus, in causa sunt tot praepositi S. Johannis nobis iam hactenus in diplomatibus facti obviam. Certe VIII. Idus Novembris anni 1218. huic jam praefuisse ecclesiae Ludovicum, compositae litis de bonis circa Apfelstedt inter Ecclesiam Hersfeldensem et Georgenthalensem diu controversis, testimonium est diploma sequens, quod quia superiori ad annum 1209. allato facem praefert, dignum est, ut et heic legatur integrum:

(Z) cf WINCKELMANNO l. c. p. 261. Nomen solummodo ejus refert W. DILICHIUS in Chron. Hass. p. 89.

In nomine sancte et individue trinitatis. LVDEWICUS, Dei gratia, Hersfeldensis ecclesiae Abbas, humane fraternitatis conditio varüs actionibus ac desiderüs occupata, facta suorum temporum scripto confuesit autentico comendare, ne lapsu temporis in oblivionem et altercationem transeant inimicam. Notum igitur cupimus esse tam praesentibus, quam futuris, quod dilectus noster Dominus Eberhardus III. venerabilis de valle sancti Georgii Abbas, EVERHELM NOSTER DECANUS, veniens ad nos humiliter popvlavit, ut ab actione, quam contra ipsum et ecclesiam suam ratione tertiae partis cujusdam orti (horti) et aree habebamus, sicut ipsi nobis in causa, que olim inter nos et eos, per judices, sede apostolica delegatos, et per arbitros est decisa, recognoscunt, divine retributionis intuitu cederemus. Actio vero hec fuit, quod bona nostra trans fluvium apphilstede temere invasissent, videlicet dimidiam partem fundi, in quo claustrum gewatum et Rexers VII. mansos hophgartin, novam villam, duos montes, qui dicuntur Sohisberc (U) Homroth, Sachsinvelt, item duos montes, qui dicuntur limberc, et vallem subtus usq; ad horam (I) silve, et usque ad lacum piscium et quicquid inter duos rivos includitur Hesivelt et vizzenroth, cum terminis suis. Nos igitur paci et concordie labentes, zelo Dei et fraterne caritatis amore, quo pleni erga dictum Eberhardum, Abbatem, afficimur, unitate totius capituli nostri, deliberatione et consensu unanimitus accedente, fratribus ecclesie memorate partem, nobis abeisdem recognitam, Deo et ipsis offerimus, mente pia, veruntamen, ut supra promissum, ut omnis presentis et future dissentionis et discordie scrupulus excludatur, familiaritas reintegrata hinc inde plena firmi-

tate

(U) Supra scriptum erat Goteberc.

(I) Sic exaratum erat, sed lege rectius oram.

tate sit firmata, usq; adeo, ut si qua forte bona nostre ecclesie attinentia
sepe dicti fratres per ignorantiam possedissent usq; ad hanc donationem, ex
abundanti, tanquam fratribus in Christo dulcissimis, relaxamus. Ut autem
haec rata et inconvulsa permaneant, hanc paginam scribi et sigilli nostri fe-
cimus munimine roborari. Testes sunt Hartmannus, Decanus, Ludewig major
prepositus, et totus conventus Hersveldensis, Heinricus, Burgwig, War-
mundus, Volpertus de Sybera laici et alii quamplures. Acta sunt hec anno
dominice incarnationis MCCXVIII. VIII. Idus Novembris (i).

Sequenti anno cum ferra contentionis diu inter Sifridum, Moguntinum Archie-
piscopum, et Ludovicum, Landgravium Thuringiae fuisset reciprocata, quod prior
patrem Ludovici, Hermannum, non solum vellet sub excommunicationis anathemate
mortuum, sed et ipsi fulmine hoc minaretur, propterea que et Sifridum bello ador-
tus esset in Hassia, multaq; ipsi et suis intulisset damna, tandem per Abbates
Fuldensem et Hersfeldensem reconciliati sunt[sic] Lite anno 1224. inter Ludovicum
et praepositum Heusdorfensem oborta de quinq; marcis, quas Abbas coenobio suo vin-
dicare rursus volebat, ita tandem compositam eandem legimus, ut quinq; marcas
argenti praepositus Heusdorfensis, Bertholdus, solveret, singulisq; annis quinq;
talenta cerae custodiae Hersfeldensi in feudi agnitionem offerret. Adferemus illud
integrum nondum evulgatum:

In nomine sancte et individue Trinitatis. LUDEWICUS, Dei gratia, Hers-
feldensis Abbas, omnibus tam praesentibus, quam futuri temporis hominibus
notum esse volumus, quod quandam Hersfeldensis ecclesie proprietatem ad quos-
dam milites jure feodali devolutam; ipsi milites cum filiabus coenobio in

(i) Ex chartario Georgenthalico. (ii) ANNALES HERSFELDENSES. Anno 1224. Da wurde her rin krieg, und zog in Hessen, und verbrannte, und verterbte, und vieng alle die Bischoffs helfer, und Mainz und besunders die adele von hat nebst von Moringberg, und die von Schartenstein, die verbrande her und verterbte sein gründ, und darnach in demselben Jar, an der X Tausent ritter tage, da vergl der Bischoff von Mentze uf einen tag, den Hessen mit Landgraven Ludewigen seiner Hessen uf seine tage erwarten sie von den Hessen zu Velde und hirschfelde gütlichen und alle ding geriecht.

Hugisdorf, notis itrequisitis, tanquam suam proprietatem, conferebant. Nos vero temporis recursu, factum rescientes, Bertholdo, jam dicti loci tunc praeposito, super quinque mansis movimus quaestionem. Negotio igitur per aliquod tempus ventilato; Praepositus jam dictos duos mansos ex ipsius ecclesiae Hersueldensis proprietate esse, recognovit, petens diligenter cum pluribus aliis viris precedentibus, ut quinq; marcas dignaremur accipere, et in proprietatis recognitionem quinq; talenta cere coenobium predictum ad custodiam in Hersueld deberet annuatim persolvere, sub forma igitur jam expressa inter nos et ipsum Prepositum predictum compositum est, et ut hec ordinatio stabilis in perpetuum, et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione presentem paginam fecimus confirmari. Testes sunt Elbuinus, Prepositus de Lacu, noster Camerarius, Guntherus, Praepositus de Mimeleben, Meinhardus, quondam Decanus in Mimeleben, Burcardus, sacerdos jam dicti loci, frater, Johannes, Plebanus de COLLEDE, Conradus, miles de ROLLEDE, Christianus miles de Minerleben, et alii, quam plures. Actum est Anno ab incarnatione Domini MCCXXIIII: anno institutionis VI. (ii)

Eadem in tempora incidit permutatio duorum in Bufleben, pago, mansorum, quos Everardo, Abbati Georgenthalico, pro aliis duobus in minori Gottern villa, tradiderat Hartungus de Erffa, ministerialis Landgravii, ipso non solum consentiente, sed et iisdem mansis Hersfeldensi Abbati in beneficium relictis, cujus rei sera memoria in sequentibus conservatur literis:

Quoniam de forma rerum gestarum s. contractuum melius expedit litera, quam diversis perplexa negotiis hominum narratio, vel memoria, ex presenti charta constare volumus Christi fidelibus, quod Hartungus de erpha, ministerialis Lantgravii, duos mansos a nobis (*) in beneficio habuit in Bufeleiben, quos

(ii) Ex fautoris cujusdam benevola communicatione.

(*) Inscriptum erat diplomati autographo (quod inscribenti ex alio compilisse putandum forte esset) C. Abbas Fuldensis, quod equidem Conradum II. Fuldensem, significare posset; sed cum attentione inspiciens literas, deprehendo a Ludewico, Hersfeldensi esse profectas, & circa 1225. datas.

eius cum favore nostro, urgente necessitate, cum aliis mansis Everardo, abbati sancti Georgii vendidit, omni contradictione cessante, datis nobis in restauro aliis duobus mansis melioris estimationis in minori gutthorn (Gottern hodie) cum permissione sui Landgravii: eosdem tamen vice prioris beneficii a nobis recepit in beneficione subtracto stipendio ipsius privaremus obsequio. Hujus rei testes sunt dominus Ludewicus, Abbas Hersfeldensis, Gerlacus, decanus Fuldensis, Gerlacus, praepositus S. Mariæ, Warmundus, hospitalarius, Bertoldus, Capellanus, Elbewinus, prepositus de lacu, Bertoldus de Mat.. celle et alii multi. (iii)

Neque hoc transmittendum, ipsum non tantum testem egisse anno 1228. in conscripto diplomate, vi cujus Heinricus, Landgravius Thuringiae, Saxoniaeq; Comes Palatinus, Reinhardsbornensi coenobio in die sepulturae fratris, Ludovici, decem mansos in Ludirsburnim (Lutterbrun) adjudicavit; (K) sed et anno 1230. quando Abbas et conventus Georgenthalicus dimidiam partem pagi Grevenhan ab Ernesto et Heinrico, Comitibus Glichensibus pro sexaginta marcarum argenti summa et equo coemissent, dimidia vero villa ipsa jam fuisset sui juris; alteriusq; villae partis jus redemissent sibi, coemendo ab Ordorfensibus Canonicis nemus, Hersbergensi monti contiguum, in quod Comiti Erwino a Gleichen jus advocatiae, in compensationem tradiderant, reliqua pars villae insuper decem mansorum, viginti quinq; solidos solvens annis singulis Abbati Hersfeldensi feudi nexu competiisset, hujus consensu decem mansos, tot solidos (25.) solventes, assignavit in pago Weringshausen, quod antea eodem feudi jure ad eandem Hersfeldensem putaverant ecclesiam, ratam et gratam hanc commutationem habente Ludovico, Hersfeldensi Abbate, res ex ipso diplomate patebit clarius:

(iii) E tabulario Gothano.

(K) Exhibet hoc B. Tenzelius Supplem. II. Gothan. Histor. p. 559. finitq; in Reinhersburnin anno ab incarnatione Domini MCCXXVIII. Indict: I.

In nomine Domini Amen. Ludovicus, divina favente clementia, abbas gloriose Hersfeldensis ecclesie. Quoniam prout sapiens testatur, et insipiens experitur: non minor est virtus, quam querere parta tueri, idcirco actus et contractus quigs legimur, qui nostri formantur ac patrantur favore patrocinii merito quogs nostri signantur ac firmantur cautione privilegii. Hinc est, quod universitati fidelium presentium et futurorum ex presenti instrumento constare volumus, que ecclesia vallis S. Georgii villam quandam Grevinhagin (Grefenhan hodie) dictam, ab Ernesto et Heinrico de Glichen Comitibus, trium ipsorum fratribus conniventibus, data LX. marcarum pecunia et equo, legitime comparavit. Hujus jure ville medietas cum quondam juris memorate fuisset ecclesie, et Abbas cum fratribus loci ipsius quoddam nemus, monti, qui dicitur hirteberg (Hirschberg) contiguum a Canonicis de Ordorph per concambium disponeret, optinere, comitem Erwinum a jure, quod sibi ratione advocatie, in ipso nemore vindicant, per ejusdem ville partem, congrua et commoda sibi facta recompensatione, amovit, taligs ordine et occasione hereditaria successione comitum predictorum sorti obvenit, verum pro residuo ville, videlicet X. mansorum, XXXV. solidos annuatim solventium, qui juris erat Hersfeldensis ecclesie, quam feudi ratione, nostra concessione, detinebatur in bonis nostris Weringishusen, quae simili jure a nobis possidenda susceperunt X. mansos predicti census summam solventes, nobis resignaverunt. Nos igitur recepta proportione, quae nos contingebat, evidenti et sufficienti restauro utrinsq; voto, simul et commodo assensu concurrentes benigno, contractum hunc grato favore approbamus, et ipsum fundum cum pertinentiis et terminis suis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis et arbustis cum universo jure et proventibus suis per manum

Her-

Hermanni, abbatis, prefate ecclesie mancipamus. Ut autem nullius his temerarius violator accedat, sed ecclesia supra dicta in posterum possessione gaudeat, presentem paginam conscriptam, sigilli nostri, et ecclesie appensione, insignimus et testium adstipulatione munimus. Quorum ista sunt nomina: Eckehardus Decanus, Wigandus, Prepositus S. Joannis, Reinoldus, prepositus in lacu, Dytmarus, portenarius, Joannes, Custos, Guntherus, Decanus in Erdorph, Heinricus, scriptor, Heinricus, dapifer noster, Ludewig de Hattingbach, Conradus Swinrude et alii quamplures. Conventus noster contractum hunc approbavit, et sigilli sui testemonio roboravit. Acta sunt hec anno gratie MCCXXX. Indictione III. (λ)

Addimus, sequenti 1231. anno Ludovicum, abbatem Hersfeldensem, in concambium, sive, ut rectius hoc efferimus, in permutationem consensit, qua Abbas Georgenthalicus tres mansos in Apfelstede in majorem sue ecclesie usum comutavit pro quinq; aliis in Malsleben, Bufleben et Rode sitis. Dabimus in meliorem rei intellectum diploma ipsum, quod primum producimus:

Ludewicus, Dei gracia, Abbas Hersfeldensis ecclesie notum esse volumus omnibus presentem paginam inspecturis, quod ecclesia vallis S. Georgii, concambium fecit cum Gotfrido, milite de Hochheim hoc modo. Ecclesia Hersfeldensis cum haberet tres mansos in Aphilste (Apfelstedt hodie vocatur) infeodatos pincerne, et Ludewico de Husen, placuit ecclesie vallis S. Georgii pro majori utilitate et securitate bonorum suorum, pro ipsis concambium fieri, unde pro restitutione trium mansorum, quos memoravimus, iam dicta ecclesia Gotfrido, militi de Hocheim, quinq; mansos contradidit, tres in Malsleibin, et unum in Bufleibin, et unum in Rode, qui Gotfridus memoratus tres mansos

(λ) Ex Chartario Georgenthalico.

a Ludewico de Hufen et pincerna in feodo receperat, unde nos in hoc facto consensum, quem Abbas et Ecclesia memorata requisivit, pro dilectione ipsius et sue ecclesie presentis pagine testimonio porrigimus, ratum habituri, quicquid ordinationis in hac pagina pro tali facto et confirmatione sibi ecclesia providerit. Datum Erfordie anno gracie MCCXXXI. XII. Cal. Januarii. (n)

Tandem et hoc adjicere libet, ipsum Ludovicum ipsis Kalendis Octobribus anno 1241. Xenodochium ad Joannis portam aedificasse, reditibusq; multis et sufficientibus dotasse (v) in quo, multis aucto reditibus, multi egeni et partibus corporis mutili, aliiq; quibus victus alio modo non potuit prospici, fuere sustentati.

§. LXII. Ludovicum excepit WERNHERUS ab anno 1241. (et non 1242. ut WINCKELMANNUS prodit, (zz) neque diu ante, ut BROWERUS (o) asserere videtur) usque ad annum 1254. circa festum Heinrico Fuldensi Abbate, interim tutorem agente et anno 1266. secundum WINCKELMANNUM (oo) demortuus, multis virtutibus et praesertim pietate et prudentia clarus, ministerio dum vixit, usus Volckeri, notarii, Heinrici dapiferi, Walckini, Camerarii, Ludovici de Hattenbach, Alberoni de Gotha, Gisone monachis, laudatusq; id propter ab Autore versuum arcis Eichensis, hoc disticho:

Wernherum pietas, virtus, prudentia mentis
Extulit, Lerois annumerando vivis. † 1266.

Vix

(n) Ex Chartario Georgenthalico. (v) V. Winckelmanni Chron. Hass. p. 264. MST. (zz) L. c. p. 261. (o) In annal: Fuld: p. 307. (oo) Winckelmann. l. c. p. 261. Nomen solumodo ejus refert DILICHIUS in Chron. Hass. p. 89.

Vix vero solium Abbatis conscenderat, VIII. Kal. Octobris statim anno 1241. tres mansos, in hochsirchen, sitis, quos Otto de Walschleiben et Henricus de Gebeze (Gebsen hodie) ab Abbatia Hersfeldensi jure feudi habuerant, Abbati monasterii vallis S. Georgii jure hereditario possidendos adscripsit, ea lege, ut duo talenta cerae annis singulis Ecclesiae Hersfeldensi in subjectionis argumentum solvant, hujus tenoris diplomate, in ipsa Hersfeldia civitate conscripto:

In nomine sancte et individue Trinitatis. WERNHERUS, Dei gratia, Hersfeldensis ecclesie abbas, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore labantur, necesse est, scripti memorie commendare, per quod, si necesse fuerit, ad notitiam succedentium reducantur. Hinc est, quod innotescere volumus universis, presentibus ac futuris, quod nos, de consensu et consilio ministerialium nostrorum, tres mansos sitos in Hohensirchen, quos Otto de Walhesleiben & Heinricus de Gebeze a nobis in feodo tenebant, ad ipsorum petitionem monasterio vallis S. Georgii et Domino Abbati ibidem, jure hereditario contulimus perpetuo possidendos, sub hac pensionis forma, ut praedictum monasterium et abbas ejusdem loci, in argumentum et recognitionem subjectionis, singulis annis in festo beati Michahelis duo talenta cere ecclesie persolvant, Hersfeldensi. Ut hoc igitur factum nostrum ratum et inconvulsum permaneat, presentem literam sigillo nostro duximus roborandam. Testes hujus sunt Wernherus, quondam Comes in Gutenberg, Magister Ercnibertus, plebanus in Swol, Volckerus, notarius noster, Heinricus, dapifer noster, Giso, frater ejus, Ludovicus de Hattinbach, Albero de Gotha, Walkinus, Camerarius noster, et alii, quamplares. Datum

apud HERSTELT anno Domini MCC quadragesimo primo VIII. Kal. Octobr. (π)

Heinrico IV. ab Ehrtall exinde ex Decano anno 1249. in Abbatem Fuldensem noviter creato, et per Theodericum Numburgensem Episcopum confirmato, eidem cum Schluchterensi Abbate, in magna procerum et nobilium corona adstitit. (ϱ) Wernherus, Hersfeldensis Antistes. Anno ejusdem Heurici Fuldensis Abbatis regiminis quinto (intellige 1253. fedit enim ab 1249. ut jam audivimus) Wilhelmus, Rex Romanorum, cum Hugone, Cardinali Legato Fuldam venit, et mox Hersfeldensem congregationem, de suis cum Abbate (Wernhero) controversiis expostulantem audiit; quia vero secundae litis ratio non alia suppetebat, Regi et Legato visum, simul volentibus, Henricum dare moderatorem: quam in rem sacramenta accepta ab Hersfeldensibus: sed postea Wernhero a monachis Hersfeldensibus recepto, abjecere fidem et obsequium. (s) En traditae a Rege Henrico, Abbati Fuldensi, ~~Hersfeldensis~~ Ecclesiae curae documentum egregium, nempe diploma anno 1253. exaratum, quo ut Abbas Fuldensis et Hersfeldensis simul confirmat commutationem septem mansorum, in pago Kirchheim sitorum, quos ab Hersfeldensi Ecclesia accepit Abbas vallis S. Georgii, cum aliis septem mansis, in minori Sibergen sitis, quos pro illis Ecclesia Hersfeldensis recepit ab Henrico, Comite Schwarzburgico, instinctu Sophiae, uxoris suae hujus monasterii in compensationem illorum, huic monasterio collatos. Meretur omnino diploma, ut heic legatur integrum:

HERSF-

(π) Ex chartario Georgenthalico. (ϱ) BROWERUS in Annali Fuld: p. 307. (s) Verba ipsius sunt BROWERI in Annal: Fuld: p. 308.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

HEINRICUS, Dei gratia, FULDENSIS et HERSFELDENSIS Ecclesiarum Abbas, viris venerabilibus et discretis, Abbati et conventui vallis S. Georgii, ordinis Cistercienſis, ſalutem in eo, qui eſt omnium beata ſalus. Recognoſcimus literis preſentibus, proteſtantes, quod nobis et monaſterio NOSTRO ſeptem manſos ſitos in HIRCHeim de conſenſu Decani et conventus noſtri in HERSFELD contulimus jure proprietario, pro quibus recepimus pro nobis et monaſterio Hirſchfeldenſi ſeptem alios manſos, ſitos in minori Liebergen, quos nobilis vir, Henricus, Comes de Zwartzburg de conſenſu uxoris ſue, SOPHIE, et heredum ſuorum nobis et dicto monaſterio noſtro contulit in reſtaurum, ſicut in ſuis literis ſuper hoc traditis evidenter continetur. In cujus rei teſtimonium et cautelam preſens ſcriptum ſigillis noſtro et conventus noſtri fecimus confirmari. Teſtes ſunt nobilis vir, Ludovicus de Franckenſteyn, Marquardus de Haſelſteyn, Heinricus de Slideſes, Heinricus de Huna, Bertoldus de Marckrencelle, Albertus de Runrade (Rumroth) Crokenbertus, Advocatus de Buchenowe (Buchenau) Heinricus de Walckershus et alii quamplures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLIII. XVI. Kalendis Septembris. (T)

Et licet in gratiam redierit Wernherus cum ſacra ſua familia Hersveldenſi, duraverit̃ illa per aliquot annos, attamen anno 1258. denuo conventus eccleſiae Hersveldenſis Wernherum Abbatem ſuum, male ſecum convenientem, averſatus, ſupplex paulo poſt Henricum, Abbatem Fuldenſem, tutorem eſſe voluit, anno 1261. tamen rebus humanis exemtum.

(T) Ex Chartario Georgenthalico.

Dicere, multoque minus pro certo affirmare possum, an ab excessu Henrici, Fuldensis Abbatis, tutoris Hersfeldensis Abbatiae, reditus Wernhero patuerit ad dignitatem veterem, ac potius credo, aut aliquo tempore post electum fuisse Heinricum tertium, aut aliquandiu et minimum ad annum 1264. administratam fuisse Abbatiam Hersfeldensem per Decanum et quosdam ex medio fratrum electos. Dum vero hoc me omnes deserunt, destitutusque Annales cum Historicis Hassiacis oppido succurrunt ac in subsidium opportunum venit diploma. Nam quando Conradus, Praepositus in Gellingen, sylvam in Eschenberge anno 1260. pro 42. marcis argenti vendiderat Abbati Georgenthalico, consensu et permissione Henrici, Abbatis Fuldensis juxta et Hersfeldensis, praecipue, qui tunc adhuc in vivis erat, adhuc habebat, opus, quod clarissime ex sequenti, quod primum in lucem producimus, patebit diplomate, e quo et hoc simul confirmatur, quod supra elicimus, nempe monasterium Gellingen nexu quodam subfuisse monasterio Hersfeldensi:

Ad devitanda futura litigia, quae cupiditas, mater litium, generat incessanter, cautum est, gesta hominum scriptis authenticis confirmari. Hinc est, quod nos C. (Conradus) Praepositus et Decanus, totiusque Conventus in Gelingen notum esse volumus tam praesentibus, quam futuris, literam hanc visuris, quod universa ligna, quae habuimus apud villam Ezchenebere (Eschenberge hodie) exceptis lignis, ad allodium pertinentibus, cum suo fundo, sub omni jure proprietatis, de bona permissione et consensu venerabilis Domini nostri (Henrici) Abbatis

Ful-

Fuldenſis et Conventus Hersfeldenſis, vendidimus Domino H. Abbati et Conventui Vallis S. Georgii, Ciſtercienſis ordinis, pro quadraginta duabus marcis libere et abſolute in perpetuum poſsidenda, promittentes etiam, quod ipſos ab omni impedimento et accuſatione, quae ſuper hujusmodi contractum in poſterum poſſuerint et oriri et accidere, quoque caſu indempnes fideliter eximamus. Teſtes hujus rei ſunt Henricus et Konemundus, fratres de Malsleiben, Eckehardus, miles de Hochheim, Heinricus villicus in Gotha, Ludewicus, Scolaſticus in Ordorf et alii quamplures. Ut igitur haec in perpetuum firma maneant et inconvulſa, preſentem literam ſigillis noſtris fecimus communiri, datum in valle S. Georgii anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, in die beati benedicti Abbatis, inductione tertia. (v)

Haec nunc venditio ſequenti anno 1261. XI. Cal. Auguſti, (quo jam obierat Henricus, Fuldenſis Abbas, et Hirſchfeldenſis, confirmata fuit a Decano, majore Praepoſito, totoq; conventu monaſterii Hersfeldenſis alio diplomate, HERSFELDIAE conſcripto, digniſsimo, ut integrum et heic legatur:

Decanus major, Praepoſitus, totoſq; conventus monaſterii Hirſchfeldenſis, omnibus praeſens ſcriptum viſuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Recognoſcimus preſenti ſcripto, NOSTRO SIGILLO ſignato, quod ratum habemus, et approbamus venditionem factam per Praepoſitum, Canonem, et Conventum in GELLINGEN, CLAUSTRI NOSTRI ATTINENTIS, Conventui in valle S. Georgii de ſilva ſita in Eschenberc, eidem conventui dictam ſilvam per preſentem literam, ipſi datam, in hujus venditionis evidens teſtimonium, approprianteſ. Datum apud Hersfeldiam anno Domini MCCLXI. XI. Calend.

(v) Ex Chartario Georgenthalico. p. 40. b.

Auguſti. (x)

Nigere, Conradum et Cunonem aequipollere, poſtremumq; eſſe diminutionem prioris, ſed et XI. Calendarum Auguſti jam obiiſſe Henricum, Hersfeldenſem et Fuldenſem Abbatem, quod vix ex SCHOWEHO haurias.

§. LXIII. Atque ſic ab anno ſtatim 1261. non 1266. uti WINCKELMANNVS aſſerere videtur, qui Werneri mortem in hunc reponit annum, nec de ejus depoſitione quidquam tradit) munus hoc arduum, difficillimaque fratrum unanimi electione, impetraverat HEINRICVS, nominis hujus tertius, ex dudum illuſtri BOENEBURGIORUM familia (ℊ) ori-

undus,

(x) Ex eodem Chartario, ex quo ſimul datum.

(ℊ) Ex hac antiquiſſimis jam temporibus et ſanguinis ſplendore et meritorum fama longe inclyta familia, cujus antiqua ſedes Boeneburgum arx, Haſſiae adſcripta, in ruderibus hodie ſupereſt, (vide DILICHII Chron. Haſſ. p. 106. et Winckelmanni Chron. Haſſ. p.) quae ſubinde in diverſos ramos ſe diffudit, in Rhingravios ſcilicet, Hohenſteinios, et lineae albae. Ex ſacro ordine praeter hunc HENRICUM, et mox ſequentem REINHARDUM, Abbates Hersfeldenſes, ſuccurrunt memoriae EBERHARDUS a. 1257. FRIDERICVS 1272. 1283. EMICHO 1293. EPISCOPI WORMATIENSES HERMANNUS, ABBAS CORBEIENSIS a. 1460. Literae vero elegantiores memoriam JOHANNIS CHRISTIANI nati 1622. Aulae Marſchalli Archiepiſcopi Moguntini, Caeſarei, poſtea ac Elect. Moguntini Conſiliarii intimi, et Palatini Rheni Neoburgenſis anno 1668. Legati ad Polonos ſplendidiſſimi, filiique PHILIPPI WILHELMI, Pro-Electoris in Erfurtenſi civitate, anno 1717. abeuntis intermoti nunquam patientur; perinde ac virtus bellica famam CONRADI et WERNERI per expugnationem urbis Romae

anno

undus, optime de Abbatia et ad annum usq; 1278. merens (X) ac in familia sua alens Conradum Praepositum S. Johannis, Wercherum, Praepositum S. Petri, Ditmarum, Ernestum et Henricum, Decanos, Ludewicum, majoris Ecclesiae Praepositum. Depraedicat prius etiam in eo distichon arcis Eichensis:

Tertius Henricus, Boineburgo sanguine cretus
Imperii meruit nobilitate decus. † 1278.

Ipsum jam anno 1264. aut 1265. se opposuisse Bertholdo II.) Fuldensi Antistiti, sine dubio bonis Abbatiae, cum Antecessore inhianti, dubitare nos non sinunt verba BROWERI (Ψ) qui clare affirmat, anno Bertholdi

---

anno 1529. ac in bello Neapolitano sibi suisq; partam. Ut taceam Petri de BOENEBURG comparentis in ludis equestribus Ingelheimensibus anno 1357. (c. DILICHII Chr. Hass. P. II. p. 186.)
Posterioribus temporibus Lengfeldae consederunt LUDOVICUS, hujusq; filius EITELIUS, et ex hoc genitus EITELIUS MELCHIOR, hujusq; rursus gnatus WILHELMUS CHRISTOPHORUS junctus matrimonio Mariae Susannae de Buttlar, Johannis Melchioris de Buttlar, domini in Teutles, Riesenberg et Leimbach, Praefecti Saxonici, in Lichtenberg filiam, LUDOVICI Wilhelmi Landgravii Hassiae an. 1498. Aulae Magistri (v. FABRICII Gloria Fuldae p. 171.) Atque de pluribus ac superioribus BUCELINUS in Germania sacra P. II. p. 54. WINCKELM. Chron. Hass. p. 316. DILICHII Chron. H. P. II. p. 173.

(X) WINCKELMANN. l. c. p. 261.

(Ψ) In Ann: Fuld: p. 309.

regiminis quarto (praeesse autem coeperat Fuldensi 1261.) conjuratum esse in Berthoum ab omnibus ecclesiae ministeriis, factioni facem praeferentibus HERRICO, Hersfeldensi Abbate, et Gotfrido, Comite Zigenhainio, flammamq; et populationem, tota dictione longe lateq; protulisse. Verum Berthoum nihilo infractiorem, universam factionem ex improviso intra HERSFELDENSIS COLLIDI moenia conclusam, quatridui obsidione, gloriosissime devicisse, omnes veteri attestante memoria, humiles ita redegisse, ut inde respirandi vix locus reliquus fuerit: recedentem tandem igne delevisse Schleizam Franckensteinium, Kregenberg et Eisenbach (xx). Qua ratione convenerint, non lego. Hoc scio, ejus auspicio et voluntate, conventum sanctimonialium S. Benedicti ordinis de lacu anno 1266. die nativitatis Mariae migrasse Colledam (†) et Ehur. Rev. Dn. OLEARIUM hoc

(xx) DILICHIUS Chron. Hass. p. 169. (†) Liquide hoc nos deducimus ex scriptura, quae globo aeneo, turris fastigio monasterii S. Benedicti Cisterciensis ordinis in Colleda impositae fuit, indita, quae ita habet: Anno ab incarnatione Domini M.CCLXVI. Indictione IX. concurrente IIII. Epacta XII. Cyclo decem novenali XIII. praesidente sancte et universali ecclesiae Domino P. P. Clemente IIII. annuente venerabili Domino Wernero, Moguntino Archiepiscopo, disponente Dno HERRICO, venerando Hirsfeldensi Abbate, in festo Nativitatis B. et gloriosae semper virginis Mariae, conventus sanctimonialium grisaei ordinis S. Benedicti, missus de monasterio, quod appellatur, LACUS, illum eundem locum in COLLEDA ad inhabitandum Deo ibi concinne serviendum intravit, cum pace omnium, Deo taliter absque dubio ordinante.

hoc anno ejusdem Abbatis facere mentionem (w), qui praeterea et vult, noviter creatum abbatem, Henricum ob tollenda frequentiora litigia, senatui et civibus Arnstadiensibus anno 1266. easdem leges, jura et statuta, dedisse, quae Carolus M. Ecclesiae Hersfeldensi in prima fundatione concesserit, (a) eaque ipsis confirmasse. Vellem sane has leges, in medium produxisset, ut par erat, ac uti tunc sonarunt, tunc potuisset de iisdem fieri judicium, quantae illae sint aetatis. Sed uti Caroli M. aetate Hersfelda certo certius haud exstitit civitas, (b) ita qui communitati seculari usui esse possunt ea jura ac consuetudines, quae Carolus M. sacro ordini praescripserat, non video, nec capio, neque forsan praeter me alius: quamvis eo alibi (c) abire videatur, quasi statuta Arnstadiensa cum statutis Hersfeldensibus (puta oppidi) sint una eademq, hoc est, quod similem politiae formam normamque acceperint. Sed quae politiae leges Hersfeldiae? pago, in hodierno significatu, forsan tunc

---

(w) In Chronico Arnstadiensi p. 31.

(a) In eodem Chron. Arnstad. p. 123. haec legas: Darnach der Abt (Heinrich) einen (dem Rath und Bürgerschaft in Arnstadt) diejenigen iura, Rechte, statuta, Rathsbücher, Schrifte, und Gebr. Herbringen, welche Carolus M. dem Stifte in der ersten fundation und Stiftung verordnet und übergeben, wobei auch denen privilegiis communicirt, und solche genügsam confirmirt hat, welche aber mit der Zeit einigermaßen verändert worden.

(b) Nusquam enim apud scriptores illius aetatis occurrit villae nomine, perinde ac Fulda, ut potius monasterium hoc Fuldense, a fluvio quoq, nomen ferre sium crediderim.

(c) In Chron. Arnstad. p. 298. ubi ita: A. C. 1266. hat der Abt Heinrich zu Hersfeld seinen Underthanen in Arnstadt ihre Jura bestätiget, und also eingerichtet, daß Hersfeld und Arnstadt einerley Policey-Ordnung haben möchte.

nondum existente Caroli M. tempore, si modo unquam exstiterit? (cc) immo prorsus inexploratum est, an monasterium antiquius pago Hersfelda, si fuerit, an pagus aetate et extructione prior monasterio. Nomen ejus haec alia omnia nobis persuadent, quod cervorum campum incultum sonat atq; horridum. Et si liberales simus etiam et demus, Hersfeldam, pagum, tunc quoq; fuisse, quam ipsi, si temporis attendas genium, adscribes demum quaedo politiae normam, nulla fere et accurata in maximis etiam tunc temporis Germaniae urbibus tunc deprehendenda. Haec dum scribo, incido in B. TENTZELIO Supplementum II. Historiae Gothanae, et lego pariter ibidem, (d) ipsum quidem non minus provocare ad literas, anno 1266. scriptas, et in archivis delitescentes Senatus civiumq; Arnstadiensium, Henricum, Abbatem Hirschfeldensem, rogantium, ut ipsis certam formam juris daret, per quam in ipsorum agendis tam in personis ipsorum, quam in possessionibus et per certam formam sententiarum in quolibet casu tam ipsi, quam possessiones ipsorum, possint stabiliter gubernari; et respondisse Abbatem in dato suo ipsis privilegio: (e) Nos igitur

iura,

(cc) Non ignoro, extructionem oppidi Hersfeldensis adscribi Carolo M. ab Autore anonymo Chronici veteris Thuringiae, qui penes me est, his verbis: Karel der grosse der ward Keisser, der bawete Buse, und münsterr ünde di Stadt, der bawidte auf Gomberg die Katzze unde Pfiffod, unde Konsungen ünde Hesin, unrog unde Hirzfelde, alsso man sulte noch Cristüs geborn DCCXXXIIII. Jor. Sed quae oppidi extructio intra duos annos? quae politiae leges ipsi tunc necessariae? (d) pag. 366. (e) Die nempe 21. Aprilis an. 1266. ex quo dato satis simul relucet, mense Aprili (si Winckelmanni Epocha electionis 1266. hic valeret) jam egisse Abbatem. Sed quando eum iam 1264. docuimus fuisse Abbatem, hoc tamen ex illo sequitur, mense Aprili egisse Arnstadienses ablegatos apud Henricum, Abbatem Hersfeldensem, dominum tunc suum territorialem, Hersfeldiae, degq; novis legibus eundem sollicitasse.

iura, sententias, honestas consuetudines et bona, quae oppidum Hersfeldense obtinuit et possedit, vobis per praesentes literas liberaliter donamus, et perenniter confirmamus. Sed bone Deus! ubi hoc L. B. animadvertis de consuetudinibus et legibus, quae Carolus M. Ecclesiae Hersfeldensi dedit? Sint jura, sint sententiae, sint honestae consuetudines, propterea ne opus statim, ut ista Hersfeldense oppidum a Carolo M. habeat? quas ab Ottonibus, aut sequentibus potius Imperatoribus, praesertim Heinricis, quorum frequentem ibidem supra accepimus cōmorationem, impetrare potuit oppidum Hersfeldense? Tales insuper scribit dedisse Arnstadiensibus leges, quae cum Hersfeldensibus conveniant, undecunq; sive a quocunq; Caesare illas demum acceperint. Sic disputo, sic mihi, mutisq; meis intra siparium cano. Ut, cum, veritatis in lucem protrahendae causa, de ipso diplomate accipiendo sollicitus circumspicio, fumi cujusdam Fautoris, νὺν ἐν ἄγλοις, cura id impetro. Ne vero et in posterum id lateat, hoc primus in proscenium illud produco, quo rectius ab omnibus de controversia fieri queat judicium:

HEINRICUS, Dei gratia, Hirschfeldensis ecclesie Abbas, Ditmarus, decanus, totusq; conventus ibidem, dilectis et fidelibus suis consulibus ac civibus universis in ARNSTHEDE, gratiam suam et omne bonum. Postulastis a nobis, ut vobis certam formam juris daremus, perquam vos in vestris agendis omnibus, tam in personis vestris, quam in possessionibus, et per certam formam sententiarum in casu quolibet, tam vos, quam possessiones vestre possent stabiliter gubernari. Verum cum nos de consilio nunciorum vestrorum et aliorum proborum virorum et familiarium nostrorum vobis congruentius providere non possemus, quam in EO IURE et libertatis honore, quod KAROLUS, Imperator, DOMINICO ATQUE ECCLESIAE NOSTRAE in prima fundatione contulit, et firmavit,

et omnes predeceſſores noſtri Abbates, et maxime SIFRIDUS, JOHANNES, LUDEWICUS, Abbates, quorum extat memoria apud preſentes usq; ad nos, produxerunt, vobis conferre et confirmare, dignum duximus, videlicet jura, ſententias, honeſtas conſuetudines, et bonas, et honores, quae jam dictus KAROLUS, Imperator, ut dictum eſt, NOSTRAE ECCLESIAE in OPPIDO HERSFELDENSI et circa contulit, et roboravit. Nos ergo authoritate Dei patris omnipotentis, et gratia ſanctorum patronorum noſtrorum SALVATORIS et JUDAE (f) Apoſtolorum, et ſancti WIGBERTI, jura, ſententias, honeſtas conſuetudines et bonas, quae OPPIDUM HERSFELDENSE usq; ad tempora noſtra, ut dictum eſt, obtinuit, et poſſedit, vobis per preſentes literas liberaliter donamus, et perenniter confirmamus, excepto, quod nos de certo et juſto jure advocaticio non intromittemus, ſimpliciter tollendum, aut removendum. Et quia gaudere voltis, libertate, juribus, ſententiis, et honore noſtrorum civium Hersfeldenſium, volumus etiam nos, ut dignum eſt, ut nobis et noſtris ſucceſſoribus in hisce et in quibus juſte teneminì, obediatis, ſicut cives noſtri Hersfeldenſes. Datum HERSFELDE, anno Domini MCCLXVI. XI. Kal. Maji. Hujus rei teſtes ſunt, Conradus, praepoſitus S. Johannis, Wernher, Praepoſitus S. Petri, NOSTRI CLERICI apud Hersfeld, Magiſter Ecrinbertus, Advocatus de Buchenowe, Reinboldus, pincerna, de Lengisfeld, Conradus et Gerlacus, fratres de Ufhuſin, Volpertus Helbini et Henricus Angelus, Henricus de Hattenbach, noſtri miniſte-

(f) Vide in hanc rem §. XVIII. ſupra ad annum 831. et ad annum 850. ubi leges in S. Simonis & Judae itemq; Wiberti honorem fuiſſe eccleſiam primariam Hirſchfeldenſem conſecratam.

ministeriales, Henricus de Sula et Reinoldus, frater ejus, Grafftho, BERTHOLDUS MONETARIUS, Ludevicus de Capellana et THEODORICUS FRISO, MONETARIUS, NOSTRI CIVES Hersfeldenses et alii plures fide digni.

Nunc, si recte verba diplomatis intueor, Heinricus Hersfeldensis Abbas primum statim et principaliter (nam ex his sequentia sunt interpretanda) loquitur de eo jure et libertatis honore, quem KAROLUS M. REGINGERATUS ECCLESIAE suae in prima fundatione contuit, et firmavit. Adeoq, meo, si quod est, judicio, NON oppido Hersfeldensi illum contulit, sed REGINGERATUS ECCLESIAE HERSFELDENSIS, h. e. civili statui, quem sub se habitura et cum tempore formatura sit in posterum ecclesia illa Hersfeldensis, et consequenter etiam oppido Hersfeldensi aliquando et ceteris communitatibus ac secularibus, quae ex illo tempore sub ecclesia illa accreturae et per varia jura eidem sint adjiciendae. Hoc liquidissime evincitur, dum porro dicit, jus illud ecclesiae in oppido Hersfeldensi (per consequentiam scilicet) et CIRCA contulisse KAROLUM M. quo ipso non solum id ad Hersfeldensem tantummodo unit restringere, sed ad omnes etiam reliquas ad Ecclesiam Hersfeldensem modo jam spectantes, et CIRCA jacentes, atq, in posterum spectaturas, hinc, jure ac merito suo etiam ad Arnstadiensem civitatem. Sed mittimus hanc disceptationem, et ad reliqua ejus vitae pergimus. Mota anno 1268. inter Conradum, Praepositum in Gellingen (quod monasterium singulari nexu juberat Hersfeldensi) et Abbatem vallis S. Georgii controversia eodem anno et eadem per arbitros fuit composita, quod discas uberius ex sequenti diplomate:

Nos G. (Georgius) Dei gratia, Praepositus et Decanus totusq, conventus in Gelingen, omnibus hanc literam intuentibus salutem. Universitati vestrae notum esse volumus, et tenore praesentium protestamur, causam, quae de bonis nostris fuit in Eschenberc inter ecclesiam vallis beati Georgii

ex una parte, et nos ex altera, vertebatur, viris providis et honestis Gunthero, milite dicto Stift, Goteboldo, Heinrico Lege, et fratre suo Bertholdo presentibus, fuisse placide terminatam. Ut autem in posterum nullus successorum utriusq; partis super eo querimoniam suscitet, presentem paginam conscribi fecimus, sigillorum nostrorum munimine roboratam. Anno Domini millesimo ducentesimo LXVIII. (g)

Annus ibat 1269. (1270), quo Margaretha, Alberti, Thuringiae Landgravii conjux, Friderici II. Imperatoris filia, et pellicis impatiens et mortem suam declinatura, facta Wartburgo profuga, morsu antea filio Friderico ingenas dato, die 24. Junii cum quatuor personis, in quibus et agaso erat, Creyenbergam delata apud praefectum Creyenburgensem, Abbatis hujus Hersfeldensis Henrici, aliquandiu comorabatur, ac licet noctu eo esset delata; honeste tamen ac benevole ab eo (†) excipiebatur (h) ac exinde mox Fuldam, et

(g) Ex Chartario Georgenthalico. (†) Alii volunt ipso Abbate tunc praesente; Autor de Landgraviis Thuringiae p. 437. Anno Dn. 1269. Domina Margaretha, uxor Lantgravii, persecuta a marito propter unam de pedissequis, nomine Kunne de Isenberg, concubinam usq; ad mortem. Quod intelligens, et in periculo mortis existens, deosculatis filiis suis et parvulis, de nocte per fideles fabricsa ejus cum funibus per murum castri Wartberg, et ducta in Kreyenberg, abi ABBAS HERSFELDENSIS eam reverenter recepit, et deduxit eam in Fulda; Quam et Abbas Fuldensis reverenter recepit, et duxit in Francofordt.

(h) SIFRIDUS PRESBYTER Hist. L. II. f. 171. PHILIP. MELANCHTON declam. T. III. p. 121. 123. FABRICIUS in Orig. Sax. L. VI. f. 589. 590. et in Rebus Germ. Magn. L. II. p. 244. BROWER. Annal. Fuld. p. 310. CALLIUS in Chron. Isen. ad h. a. et imprimis ANNALES ISENACENSES ad h. a. Do zoug sy ůf das gemelte hůss, bis dem Chor inn do logen vor Kindern in eynes holtzin, vnde zerbrochte di, vnde ertrenkte bisorlichen, vnde

hůss

et huc rursus Francofurtum mittebatur, ubi illa tandem in Catharinae monasterio sequenti anno diem obüt supremum, ibidem quoq; sepulta. Quando deinde anno 1272. controversia ab Abbate Ludevico, Reinhardsbornensi, Henrico Hersfeldensi mota essel de molendino in Hohenkirchen, licet id molendinum ab antiquo ad Hersfeldensem spectasset ecclesiam, attamen propter Deum Reinhardsbornensi assignavit, posterior hac conditione jure hereditario possidendum, si Reinhardsbornensis singulis annis in festo purificationis Mariae unum talentum cerae exhibuerit, transactione hac Hersfeldiae die VIII. Idus Augusti dicto anno ab Henrico singulari diplomate confirmata, quod integrum hic subjicimus:

Heinricus, Dei gratia, abbas, E. Decanus (Ludovicus) major praepositus totusq; conventus ecclesie Hersveldensis, viris venerabilibus ac devotis, dilectis sibi in Domino L. (Ludovico) Abbati priori, totiq; conventui ecclesie in Reinharzburnen, ordinis S. Benedicti, maguntinae diocesseos, cum orationibus affectum in omnibus debitum et sincerum. Cupientes, ut dignum est, nunc et semper nostris complacere desiderüs in

---

bryst den ryttern Friderichen in synem huse, daß sy yre blütfs, do molte sie den vnderen vnß gebissen hate, do wurde er der hoffmeistere, vnde synes „ „ „ do nam sie ire Klegnodte vnde er Gelt, vnde ging vf daß Ritterhuß mit dem hoffmeistere, der liß sie zü synem Fenster vß an Orlam, vnde an Zylwerhan, vnde dem Knecht vnde synem jüngsten vnde synes Marst mit ex, do ging sie dü nacht mit groser jemerde liß bryen Kongenberg, do liß sie der Rest von hirzfelde füren vnde geleiten liß bryn Fülde, der Rgl rut, dieng sie da erbermlichen, vnde lit sie füren vnde geleiten biß zü Franckenfort. Ita est DRESSERUS Annal. VI. P. II. p. 397.

quantum possumus et debemus, quicquid intra nos, et nostram eccles-
am fecimus in molendino in hohenkirchen tantum proprietas nostre
ecclesie extitit ex antiquo, quod molendinum, propter Deum, vobis et
vestre ecclesie jure hereditario possidendum contulimus perpetuo,
si vestra ecclesia nostre ecclesie exinde in festo purificationis beate
virginis Marie unum talentum cere singulis annis solvat. Id ad-
huc ratum et gratum habemus ex praesentibus literis, quibus sigilla
nostra apponi, et quantum vobis et nostre ecclesie ante dicte dari
mandavimus, confirmamus. Datum Hersfeldie VII. Idus Augusti
anno domini millesimo ducentesimo LXX. secundo. (i)

Abbates Hersfeldenses Dominos territoriales dimidiae civitatis Ern-
stadiensis supra ex diplomate docuimus, nunc ex alio ostendemus, offici-
nam quoq; monetariam habuisse ibidem, cujus jus sine dubio ab uno Otto-
num Imperatorum acceperunt, aluisseq; praeterea ibidem peculiarem
scultetum, qui nomine ipsorum jus diceret, quem Germanice hodie ef-
ferres einen Denkmann oder Stadt-Schultzen. Nam in diplomate, quo
Guntherus, Praepositus, Gerlingis, Priorissa, totusq; conventus sanc-
timonialium montis Walpurgis vineam unam, sitam prope molen-
dinum in Sygelbach monasterio Georgenthalico pro viginti et duo-
bus marcis argenti haereditario jure possidendum adjudicat, inter
alia injicitur mentio sex solidorum denariorum ARNSTEDENSIS
MONETE annis singulis pro eo census loco dandorum, sed et inter
testes adducitur Hermannus de Schwabehusen, scultetus domini
Abbatis Hersfeldensis. Et quid obstat, quo minus integrum ob res mul-
tas memorabiles et heic etiam legamus:

Nos

Nos Guntherus, Praepositus, Gerlingis, priorissa, totusq, conventus sanctimonialium montis S. Walpurgis, omnibus Christi fidelibus presentem Kartulam inspecturis, salutem, in eo, qui est omnium in se sperantium vera salus, sicut humane memorie defectus scriptis, gesta representationibus adjuvantur, ita eorum robore calumniantium insidie precaventur. Hinc est, quod ad notitiam presentium et futurorum cupimus pervenire, quod Eckehardus Vastpurger, civis in ARNSTETE cum Heinrici et Wilhelmi, fratrum suorum, consensu et favore vendidit vineam unam, sitam prope molendinum in Sygilbach, pro viginti et duabus marcis, conventui et ecclesie vallis S. Georgii, eam, quia ab Ecclesia nostra ipsam iure hereditario possedit, nobis liberaliter resignavit, quam vineam dicto conventui et ecclesie vallis B. Georgii porreximus hereditario jure perpetuo possidendam, ita tamen, quod de ipsa sex solidos denariorum ARNSTETENSIS MONETE in censu annis singulis nobis dabunt. In cujus rei testimonium presentem literam conscribi fecimus, et sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes hujus rei sunt Dominus CONRADUS, PLEBANUS de Arnstete, Dominus Ludovicus et Dominus Jacobus, Capellani ecclesie nostre, Theodericus de Busleiben DAPIFER, Henricus de Schwabehusen (Schwabhausen) SCULTETUS Domini ABBATIS HERSFELDENSIS, Theodericus de Willersleiben et Bertholdus de Sibeleyben, milites, Guntherus de Vanre, Sigfridus Palatinus, et Hermannus Ronemannus cives in ARN-

STETE et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXII. IV. decimo Kal. Martii (K)

Anno 1273. Henricus Abbas Hersfeldensis, decimas eximias in Lodesleiben cum omnibus juribus, aliisq; rebus eo spectantibus, quas, ut Hersfeldensis ecclesiae feudum, Gebehardus et Gerhardus, fratres, (forte Comites) de Querfort, habuerant, monasterio Eylwarthestorfensi, Benedictini ordinis, Halberstadensis dioeceseos, perpetuo possidendas addixit, hac lege, ut jure permutationis bona infra indicata in Ludersborch et Nasskenryssen ab illo vicissim ipse et monasterium suum Hersfeldense recipiant. Literae vero ita sonant:

Heinricus, Dei gratia, AbBdS, Heinricus, Decanus, Ludewicus, major praepositus, totusq; conventus Hersfeldensis, monasterii ordinis Sancti Benedicti, Moguntinensis dioeceseos. Noverint universi, qui viderint, vel audierint praesens scriptum, quod decimam in Lodesleiben cum his juribus et pertinentiis universis, quam viri nostre ecclesie descendentem jure feudi hactenus possederunt, monasterio in Eylwarthesdorf, nostri ordinis, Halberstadensis dioecesis, cui per hec et alia intendimus complacere, jure proprietatis, sicut nostra, intererat, provida deliberatione, propter Deum, contulimus possidendam, pacto commutationis sive concambii hujusmodi interjecto. Quod bona in Ludesborch, scilicet pomerium unum, piscine tres, prata tria cum multis pascuis, silve tres, Eckberg silva, Santberg silva, et in Todesleben silva continentes decem et septem mansos, qui vulgariter Rodehube appellantur, in Lodesboreck villa octo mansi, „cum allodio, quod nunc est captum, duo mansi" et duo talenta cum decima ibidem, duo chori siligi-
nis

(K) Ex Dri J. C. Hearii Chron. Hirsfad. p. 233. 234.

nis et avene in Nassenryssen cum decima, octo mansi silva unacum pascuis multis, insuper sexaginta pulli cum capella in castro ad idem monasterium Eylwarthesdorf, jure proprietatis nostro monasterio tradita remanebunt, bona dicti fratres a nobis feudaliter possidebunt. In memoriam commutationis et appropriationis hujus modi antedicto monasterio cum appensione sigillorum nostrorum hanc literam assignamus. Datum Hersvelde undecimo Kal. Augusti. Anno domini MCC septuagesimo tertio. (λ)

Eundem quoque eo ipso, quo decessit anno, BERTHOLDO, Comiti Hennebergensi, ob multa ipsi fideliter praestita officia, arcem Francxenberg, quam Henricus de Francxenberg ipsi resignaverat, antea, dedisse in Feudum, in suo Chronico Coburgensi observavit NOBILISSIMUS Dominus G. P. HOENNIGUS. (n)

§. LXIV. Laudato 1278. anno Henricus III. successorem ejusdem nominis accepit HENRICUM numero IV. sed ex nobilium de Schwinrode familia, (Schainrot eum male nominat DILICHIUS, quod interpretari posses Schaurot) ut tamen post viginti duos annos anno 1300. VIII. Kal. Decembris, uti in Epitaphio lego, ex hac statione rursus discesserit. (n) Apud WINCKELMANNUM hoc ipsi legas ex arce Eichensi depromptum, literisque consignatum elogium:

Henricus, generis Schwinrodi candida proles,
Sufficitur regno, praeficiturque gregi. † 1300.

(λ) Ex JO. PETRI LUDOVICI Reliquiis diplomatum. Tom. I. p. 110. 111.

(n) In annal: fuld. sive altera Parte Chr. Cob. p. 29.

(n) WINCKELMANN. in Chron. Hass. p. 282. TENTZEL. Suppl. II. Goth. p. 367. W. DILICHIO solummodo nomen ejus in Catalogo Abbat: Hersfeld: retulisse sufficit.

Anno 1286. VIII. Kalendarum Septembris ipsum feudi Dominum castri Waldenfels exstitisse, et in Castellanum ibidem suum constituisse Henricum de Meldingen, clarius explicabit sequens diploma, ex quo simul discas, in quem finem et usum nobilibus Castellaniae jus olim concesserint, et quid Castellani vicissim pro eo praestandum habuerint, quid feudi Dominus pro eodem annis singulis üsdem dederit; quo pretio census illi annui postea redimendi fuerint, quod Abbates Hersfeldenses Arnstadii habuerint officinam monetariam, et quibus ex eadem reditus assignaverint, et praeprimis, quod feudi Dominos et principes territoriales, Ecclesiegz sue Advocatos in pangendis olim foederibus exceperint. Meretur itagz illud, ut inseratur et heic loci integrum:

H. (aa) (Heinricus) Dei gracia, abbas ecclesie Hersfeldensis, sciant universi, hanc literam intuentes, quod nos Heinricum de Meldingen (*) recepimus in Castellanum, ut in suo Castro, Waldinvels resideat, ita tame, quod idem miles nobis et nostre ecclesie fidelem operam praestet, et serviat armata manu, contra quaslibet personas, que sint et fuerint hostes nostri, Reverendo Patre, Domino Archiepiscopo Maguntiacensi, et Domino Thuringiae Lantgravio, exceptis solumodo et exclusis, et castrum suum predictum cum turri ipsius nobis et nostre ecclesie aperiet, et assignabit, quotiescunqz nos et nostra ecclesia ab ipso milite duxerimus requirendum. Preterea predictus miles faciat nobis et nostre ecclesie fidelia ob-

sequia

(aa) TERTZELIVS Suppl. II. Goth. Hist. nomen ejus non expressit, sed est omnino Heinricus. (*) Nomen hoc in Chartario Georgenth. p. 127. erasum est, nescio, qua de causa. Ex literis fugientibus tamen adhuc istud mihi restituere licuit.

sequia et consueta, quae quilibet Castellanus suo domino de jure facere est astrictus. Nos vero praefato militi, pro jure Castellanie sue quinque marcas argenti usualis (ex) NOSTRA MONETA ARNSTETE ANNUATIM ASSIGNAVIMUS quovis anno, tam diu, donec sibi nos vel nostra Ecclesia dederit quinquaginta marcas communis argenti, cum quibus marcis ipse miles aliqua bona emet, et comparabit, quae ipse Castellanatus titulo possidebit. Si autem prefato militi dederimus decem marcas argenti, unam marcam de quinq; marcis sibi assignatis deponet, quotiescunque hoc fuerit sibi factum. Datum anno Millesimo ducentesimo LXXXXVI. VIII. Kal. Septembris. (o)

(o) Ex Chartario Georgenthalico. p. 127. Sed vidi ex illo tempore, id iam et B. TENTZELIUS asserre in Supplem. II. Hist. Goth. p. 367. 368. et ex parte verba illa, quae monetam Arnstadiensem confirmat, Dn. J. C. OLEARIUS in Chronico Arnstadiensi p. 123. 124. Et scias, non esse Waldenfels castrum, quod non procul a Cygnea in Misnia distat, illud in finibus Franconiae potius est situm. Vendidit vero postea hoc Waldinfels Henricus de Meldungen anno 1293. Emtionem istam etiam singulari diplomate probante Alberto, Thuringiae Landgravio, monasterio Georgenthalico, cum villis et piscina Tambach et Tytarz, et omnibus eo spectantibus pro 1300. marcis argenti, eamq; venditionem Theodericus, filius, Marchio Misniae et Landgravius Thuringiae anno 1300. rursus iteramq; confirmavit. Sequenti tempore anno 1301. Ludolphus etiam et Hermannus Hutterahemii praetensionem in illud formarunt, jureq; id propter experti fuerunt cum monasterio, sed per Albertum, Landgravium, res transacta est, ut manserit coenobio Georgenthalico. Anno 1302. vero illud de novo quoq; suum esse ajebat Hermannus, Marchico-Brandenburgensis et Comes de Henneberg, eaq; de causa, quod illud ad terram pertineret Franconiae; sed et huic soluta ab Abbate Georgenth. sexaginta marcarum argenti summa, a lite persequenda destitit, coenobioq; praedicto reliquit.

Anno 1289. hic ipse Heinricus, Abbas Friderico admorso et Theoderico (Tiezmanno) Landgraviis Thuringiae et Marchionibus Missiae feuda omnia, quae tunc ab Ecclesia Hersfeldensi possederunt, singulari diplomate contulit. (pp) Sicuti vero supra anno 1144. Conradus III. Imperator, Heinrico, Abbati, decimas Nideringelheimenses contulerat; ita vicessimano 1298. Henricus Abbas jus patronatus ecclesie parochialis pagi inferioris Ingelheim pleno jure habendum Capitulo ecclesiae Moguntinensis XII. Kal. Iul. literis publicis confert ac donat (pp). Et cum literae praeterea hujus Henrici clarissime nos edoceant, fuisse olim confraternitatem inter Ecclesiam Moguntinam ac Hersfeldensem; parochiam Ingelheimensem cum omnibus suis proventibus Capitulo quidem Moguntino ipsum quidem Henricum laudatum Abbatem Hersfeldensem contulisse et donasse, sed solvis simul omnibus suis juribus, honoribus, justitiis, feudis, homagiis, et bonis aliis quibuscunqs, quae in villa illa ipsa et in ejus terminis, et extra illos, Ecclesia Hersfeldensis possidebat. Unde patet, plura et illic tunc possedisse bona juraqs ecclesiam Hersfeldensem, viqs hujus legati obligatum fuisse Capitulum Moguntinum ad conservationem memoriae tum sui, tum omnium Abbatum, et antecessorum et successorum in Abbatia Hersfeldensi quotannis instituere commemorationem, uti illa consuevit alias ibidem fieri, et dies insuper patroni praecipui, S. Wigberti solenniter certo die, quem elegerint, peragi, iisqs diebus semper carrata vini melioris praesentibus distribui, quale ex proventibus parochiae haberi possit; facturos operae pretium confidimus, si integrum hic quoqs apponamus: In

(pp) Archivum Wittenbergense has infeudationis asservat literas, esse Catalogo, super scripturas illas confecto. Has communicationi amici integerrimi debeo.

Mexstat ap. Guden. Cod. Dipl. T. II. p. 740.

In nomine Domini Amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, discretorum virorum prudentia eas solet literis eternare. Hinc est, quod NOS HENRICUS, Dei gracia Abbas Ecclesie Hersfeldensis, intuitu sincere confraternitatis, quae inter Ecclesiam Moguntinam et nostram Ecclesiam Hersfeldensem floruit et viguit ab antiquo, et, ut Capitulum ipsius Ecclesie Moguntinensis et singuli de Capitulo nos, nostramq; Ecclesiam libencius, propencius, fervencius, et fidelius promocionum suarum consiliis et auxiliis prosequantur, Jus patronatus parochialis Ecclesie inferioris Ingelusheym Moguntine diocesis, quod ad Nos et ad Abbates Hersfeldenses pertinere dinoscitur, eidem Capitulo Moguntino pleno jure habendum perpetuo conferimus et donamus, ita, ut post mortem, vel resignationem ejus, qui nunc tenet eandem parochiam, universos proventus ipsius usibus communibus capitulum applicet memoratum, et assignet de eisdem proventibus sacerdoti diacono officianti eandem parochiam, congruam portionem, dyocesani et loci Archidyaconi per omnia jure salvo, salvis etiam nobis, nostrisq; successoribus omnibus juribus, honoribus, justitiis, feodis, homagiis, et bonis aliis quibuscunq; que in ipsa villa et in ejus terminis, sive extra terminos ipsius ecclesia nostra habet. Ceterum, ut in Ecclesia Moguntinensi memoria nostra vigeat in eternum, adjicimus his premissis, quod commemoracio nostri et omnium predecessorum et successorum nostrorum, Abbatum Ecclesie nostre Hersfeldensis in ipsa Ecclesia Moguntina annis singulis habeatur, secundum quod in ea commemoraciones fieri consueverunt, et quod nichilominus dies B. Wygberti, patroni nostri, solempniter peragatur certis diebus,

quod ad hoc, prout expedire videbitur, Capitulum deputabit, videlicet eo modo, quod in commemoracione una carrata vini, et in die, qua festum beati Wygberti peragitur, una carrata vini distribuatur presentibus, vini scilicet melioris, quod de proventibus parochie poterit provenire. Nos quoq; Decanus, Praepositus totusq; Conventus Ecclesie Hersfeldensis nostrum predictis omnibus adhibemus consensum. In hujus testimonium sigillum nostrum, unacum sigillo domini nostri Abbatis presentibus duximus apponendum. Datum Hersfeldie XII. Kal. Julii MCCXCVI.

Mundana reliquit die 14. Septembris anno 1300. Teste λόγῳ ejus ἐπιτάφιῳ, quod hodie in aede Cathedrali legitur sequentem in modum:

MCCC XVIII. Kalen Darum Octobris IN CHRISTO OBIIT DOMINUS HENRICUS HERSFELdensis Abbas SWISSILIDE DICTUS DOMINUS SIT - - - - - -

§. LXV. Secutus in Abbatis dignitate Henricum IV. anno 1300. est BERTHOLDUS, e nobilissima ab Elben gente prognatus, veramq; ejus ordinationis esse epocham, confirmare oppido possum ex HOENNIG Chronico Coburgensi (q) perspicue tradente, ipsum iam 1301. Comitem Bertholdum de Henneberg suosq; heredes Castellanos constituisse, tradidissecq; eidem amplius Advocatiam Breitingensem, iuxta cum nonnullis trans Sylvam sitis praedüs, hac lege, ut Bertholdus, Comes ipsi et Abbatiae opem ferret, adversus omnes hostes, Imperatore excepto, Abbate Fuldensi, Episcopo Wurzburgensi, et Landgravio

(q) In annal: soil. Coburgensibus. p. 38.

gravio Hassiae; Abbas contra ipsi quoqs assistat, contra insultus inimicorum suorum quorumcunqs, exceptis rursus Caesare, Archiepiscopo Moguntino, et Landegravio Thuringiae. Non diu post sub eo anno videlicet 1306. venditio bonorum Eberhardi de Malsleiben in Hoënkirchen facta est monasterio Vallis S. Georgii, quam equidem Heinricus, Comes de Gleichen confirmat, feudum tamen ab Hersfeldensi Abbate se habere profitetur publice, quod clarius ex ipso patebit diplomate, integre huic subjiciendo:

Nos Heinricus, Dei gratia, Comes de Glichen, tenore praesentium recognoscimus, publice protestando, quod strenui viri, Eberhardus de Malsleiben miles, et Runemundus, filius ejus, omnia bona sua, que a nobis habuerunt jure feudali, in villa hoënkirchen et campis adjacentibus, quocunqs modo nominatis, religiosis viris, Domino Abbati et conventui monasterii vallis S. Georgii, ordinis Cistercienfis vendiderunt, rite et rationabiliter perpetuis temporibus possidenda. Sed cum prefata bona habere videmur ulterius feodali jure, ut predicimus, a venerabili Domino Abbate HERSFELDENSI, ad quem ipsorum spectabat proprietas ipsi jus, quod nobis competebat in ipsis bonis resignavimus, ea videlicet ratione, ut ipsa dicto monasterio liberaliter appropriarem. Unde cum utriusqs partis commodum et utilitatem intendamus efficaciter promovere, hinc divine remunerationis premium, illinc fidei erga nos approbate meritum intuentes, ratum et gratum habuimus predicte venditionis contractum, dantes et presentibus resignantes unacum liberis nostris Henrico, Conrado et Hermanno, prenominatis Domino Abbati et conventui vallis S. Georgii omne jus, quod nobis competebat, aut hactenus competere posset ratione feodi in sepe dictis bonis, non obstante, quod non possint feodalia legaliter possidere. Ne igitur nostre donationis liberalitas quomodolibet valeat vio-

lari, presentes literas nostri sigilli munimine duximus roborandas. Testes quoque hujus rei sunt Theodericus et Otto junior, dicti de Weckmare, Guntherus de Kungesse, (Konigsee hodie) Johannes de Volkstete, milites, Conradus Thustelberg, Heinricus, Lutherus, Theodericus dictus Bezültfrizz (Scultetus) Conradus, Gerhardi, nostri fideles cum aliis pluribus fide dignis. Datum et actum Anno domini MCCCVI. pridie Idus Junii. (r)

Atque sub hoc Bertholdo factum credimus, quod Albertus, Landgravius Thuringiae, qui Adolpho Regi, in liberos injurius, Thuringiam vendiderat, anno 1306. die 17. Kal. Junii Henrico, Fuldensi Abbati, in compensationem damnorum ingentium quadringentis marcis puri argenti aestimatorum, quae Apitzius filius cum Marschallo Ecclesiae Fuldensi inflixerat, jus conductitium inter ISENACUM et HELSFELDUM itemque inter Isenacum et Vacham, usque ad lacum Slake sub castro Wildeck situm, cum omni jure, utilitate et honore donavit, et tradidit, pro totidem marcis a filiis, si vellent, redimendum. Meretur diploma, cum de eo ne yeu apud BROWERUM ad hunc annum p. 318. legas, ut heic inferatur (s) integrum:

extat ap. Schann. Hist. Fuld. in Admnt. n. CXV. p. 205.

Albertus, Dei gratia, Thuringiae Landgravius, et Saxoniae Comes Palatinus, recognoscimus in honorem S. Bonifacii, nos venerabili in Christo patri Domino nostro, Domino Heinrico, Fuldensis Ecclesie Abbati, et sue ecclesie, in recompensam gravium damnorum, quae quondam ALETO, filius noster dilectus, cum Marschalco nostro, et hominibus nostris eidem domino et sue ecclesiae injuriose intulit, aestimata ad quadragintas marcas puri argenti, in nostra ac ejusdem quondam filii nostri animarum salutem, conductum inter ISENACHUM et HELSFELDIAM et conductum inter Isenachum et Vacham, ac lacum nostrum dictum Slake, situm sub castro Wildeck, cum omni jure, utilitate et honore, donasse

(r) Ex Chartario Georgenth. (s) Chron. Hafs. p. 262. DILSCHIUS in Chron. Hafs. p. 89.

donasse et tradidisse ipsisq; donamus, tradimus, conferimus, et applicamus literas per praesentes, ita sane, quod si filii nostri predictos conductus et lacum ullo tempore rehabere voluerint, ipsi ante omnia praefato domino nostro et suae ecclesiae quadringentas marcas puri et examinati argenti pro dampnis praedictis, solvere et tradere teneantur. In quorum testimonium has literas sibi tradimus sigilli nostri robore communitas, renunciantes pro nobis et haeredibus nostris omni actioni, vel defensioni juris, vel facti, canonici, vel civilis, privilegiis vel gratiis impetratis, vel impetrandis exceptione doli mali actioni in factum beneficio restitutionis in integrum, et juri dicenti generalem renuntiationem non valere, et generaliter et specialiter omnibus, quibus posset dictae donationi et appropriationi in parte vel toto quomodolibet contra iri. Datum et actum anno Domini MCCCVI. XVII. Kalend. Junii. (X)

Decessit ille tandem anno 1307. neutiquam vero 1308. uti WIRCKELMANNUS nobis vult, quod persuadere (t) motus sequenti disticho, arce ex Eichensi deprompto, quo decoratum eundem ibidem simul novimus:

Henricum Bertholde sequens Elbene decoris
Ingenii dudum premia digna capis. † 1308.

§. LXXI. Pedum ex illo tempore nempe ab anno 1307. traditum accepit SIMON ex Franciae nobilitatis flore de Hutten genitus, cujus rei testes iterum producendos habemus versus arcis Eichensis a WIRCKELMANNO

(X) Lunigius in spicilegio Eccles. Jo Justyna Rinii „Archivs, P. II. p. 158. Tradidit vero Heinricus Abbas illum sub certis conditionibus ao 1338. Friderico, Landgrav. Thur. inter Ilenae. et Fuldam.

(t) Nempe in Chron. Hals. p. 282. Dilichius in Chron. H. p. 88. nomen ipsius tantummodo refert.

descripti, suoq; Hassiae Chronico inserti:

Cognita cui non est Huttenae gloria stirpis?
Cujus tu gaudes furcalus esse Simon. † 1315.

Cum anno 1307. Senatus populusq; Isenacensis, Klemam dictam, oppido adhaerentem, cum ecclesia collegiali et duobus turribus Isenaci destruxissent, (†) Canonicis de eo in curia Romana conquerentibus, Pontifex, Clemens V. Simonem, Abbatem Hersfeldensem voluit judicem, re ita anno 1308. compositа, ut Canonicis et aliis personis Ecclesiasticis aliquot pro isto damno restituta fuerint privilegia, nonnullaq; aucta, et certa pecuniae summa ipsis persoluta, (Y) Clema praeterea ab ipsis reparanda. Eopte 1307. anno venditionem sex mansorum et septem curiarum in Hoenkirchen factam ab Eberhardo a Malsleiben monasterio Georgenth. ratam gratamq; habet Abbas, Simon, hac cum conditione, ut laudatum monasterium duo talenta cerae annis solvat singulis. Quae in hanc rem datae literae cum Winckelmanni epocham convellant, nostram firment ostendantq; Simonem die 5. Novembris egisse Arnstadii, merentur, ut integrae adponantur:

In nomine Domini Amen. Nos, Simon, Dei gratia Hersfeldensis Ecclesie Abbas recognoscimus publice per praesentes, quod cum strenuus miles, Eberhardus Malsleiben de bona voluntate et consensu dilectis, uxoris sue, et Kunemundi, filii sui, ac aliorum heredum suorum, justa venditione vendiderit religiosis Domino Abbati et conventui monasterii vallis S. Georgii sex mansos et septem curias in villa hoenkirchen, et campos ibidem sitos, que quidem bona ipse Eberhardus et sui progenito-

(†) Fabricii Orig. Sax. VI. f. 623.
(Y) Fabricius l.c. p. 628. Jo. Isangii Chron. Thur. p. 117.

genitores ab ecclesia nostra feodali titulo obtinebant. Nos, ad devotum ipsius Eberhardi, nec non ipsorum emptorum instantiam, ipsa bona praedicta cum omnibus suis attinentiis appropriavimus et in his scriptis appropriamus Domino Abbati et conventui de valle S. Georgii predictis, transferentes et donantes ipsa eadem bona ad monasterium ipsorum jure, quo possumus, ampliori, ita tamen, ut nobis et nostris successoribus in perpetuum duo talenta cerae annis singulis inde solvant. In cujus rei testimonium praesentes dedimus literas nostro sigillo roboratas. Datum et actum ANNO DOMINI Nonis Novembris anno Domini M° trecentesimo septimo. (Z)

Ipse Simon insuper sequenti 1309. anno monialium sanctae Walburgis monasterium (α) in quod Abbatibus Hersfeldensibus jus olim competebat, sitam tunc in

---

(Z) Ex Chartario Georgenth. (α) Extruxerant hoc monasterium Sanctimonialium ordinis Bened. in honorem S. Walburgis anno 925. Comites de Reverenburg primum, non procul a Castro Wachsenburgo, teste Auctore Erfurtensi anonymo apud PISTORIUM p. 912. et ex hoc Actis Sanctorum BOLLANDO Tom. III. Mens. Febr. p. 517: Ludovico, nobiles Comites de Reverenberg cerrae Thuringiae, monasterium prope Wasenburg in honorem S. Walpurgis, construxerant sub anno Domini 925. quod postea translatum est in Oppidum Arnstat: Praefuit autem S. Walburgis olim monasterio Heidenheimensi, a Wunivaldo, fratre S. Walpurgis, anno 750. exstructo, qui anno 761. obiit, ipsa vero Walpurgis eum anno 768. d. 25. Febr. secuta est. Ipsam Walburgis vitam, a Wolfhardo, monacho coenobii Hasenrietani conscriptam, offendes apud CANISIUM in lect. antiq. T. IV. Supra vero memoratum S. Walburgis monasterium translatum exinde est trans Geram in montem Arnstadio admodum vicinum, qui hodiernum propterea cluit Dor Ehrlegrabberg, ibique jam 1272. 1291. exstitit, postea demum jussu Simonis, Abbatis intra muros oppidi praedicti receptum, et ad aedem B. Mariae translatum est, anno nempe 1309. uti diximus supra. Ex praepositis et Priorissis

monte Walburgis die 17. Septembris, ob difficilem montis sancti Walburgis ascensum (non assensum, uti excusum legitur) transferri curavit ad aedem S. Mariae intra muros oppidi Arnstadiensis. Juvabit ipsius Friderici advocati, domini utpote territorialis, et hanc translationem diplomate id propter peculiari ratum habentis ac confirmantis, verba ex Dn. J. C. OLEARII Chronico Arnstad. (B) ipsa hic denuo repetüsse:

FRIDERICUS, Dei gratia Thuringiae, LANDGRAVIUS, Missnensis et Orientalis Marchio, dominusqs terrae Plisnensis recognoscimus, ad omnium cupientes notitiam pervenire, tenore praesentium, quod ex quo venerabilis Dominus noster, SIMON, Abbas Ecclesiae Hersfeldensis, de benevolo suorum Praepositorum et conventus consensu, faciendum apud monasterium B. Mariae, inter muros oppidi sui, ARNSTEDE, transplantationem Coenobii

---

hujus coenobii mihi innotuerant anno 1191. Guntherus 1228. Hugo 1272. Guntherus et Gerlingis 1302. Henricus; anno 1312. Eckartus, 1322. Joannes 1332. Theodericus 1347. Gunther; 1369. Albertus de Tanheim, ao 1388. Fridericus de Ruckleiben 1394. 1405. Joan: de Sebeleiben 1410. 1429. Fridericus et Barbara, de Lapfenburg; 1412. 1416. Barbara de Ufter. 1443. Dietericus de Bachera 1459. 1460. Heinricus Wolf 1461. Nicolaus Thobel. 1486. 1476. Heinricus Schneeberg et Anna de Wizleben. 1480. Hans Donig. 1486. Hans Dorinus; 1487. 1488. Jo. Steyer 1491. Jo. Wittich de Rudolfadt; 1496. Achen de Gregendorf. 1499. Claus de Hellenbrieg 1503, Martin Reiche 1506. Johann de Bersa; 1512. Christoph Klingesohr; 1518. Claus Krucker, ultima in hoc monasterio fororum existente, Magdalena de Hesberg, anno 1566. demortua, juxta Dn. Olearium in Chr. Arnstad. p. 82. 240. et in Syntagmate R. Thur. 1. p. 3. anno 1528. Heinricus Comes Schwarzburgicus, hoc monasterium cum omnibus reditibus Wolfgango Marschallo de Gosserstadt assignavit hac conditione.

(B) p. 248. 249. diplomatis.

bii sanctimonialium Monasterii S. Walpurgis, ob honorem Dei, gloriosaeqs genetricis Mariae, et sollicitam precum nostrarum instantiam, ea paterna decrevit benevolentia propter laboriosum ipsius montis sanctae Walpurgis ascensum, et alias causas rationi consonas, FAVORABILITER ADMITTENDAS. Nos ipsius occasione transplantationis nullum prorsus in ipso transplantato coenobio nobis ac nostris haeredibus jus, aut dominium usurpabimus (*) nec ea quicquam attentabimus, quod ipsius domini, aut Ecclesiae suae juribus videatur aliqualiter derogare, imo ipsi domino nostro, suisqs in perpetuum successoribus universaliter omnia sua JURA in ipso transplantato coenobio VOLUMUS ESSE SALVA, ita, ut ibidem, sicut et in monte S. Walpurgis consuetum, absqs nostro et nostrorum impedimento habeant per omnia facultatem, omnia et singula faciendi, quae per venerabiles Dominos nostros, suos olim praedecessores, intra ipsum coenobium ante transplantationem hujusmodi facere consueverunt. Hoc etiam expresse adjecto, quod in ipso MONTE S. WALPURGIS nulla prorsus faciemus, aut FACERE PERMITTEMUS AEDIFICIA, per quae ipsi Domino nostro, vel suae ecclesiae, aut OPIDO AURSTETE, seu ADVOCATIAE oriri valeat PRAEJUDICIUM vel GRAVAMEN. (y)

Supra jam aliqua coenobio Georgenthalensi ab Hersfeldensi Abbate literis adjecta vidimus praedia, sed, quando nova ipsi nunc demum interea accesserant ecclesiae, nova quoqs confirmatione erat opus, quod sequentibus fiebat:

In nomine Domini Amen. Nos Symon, Dei gratia, Hersfeldensis ecclesie

---

(*) En territorium in territorio, quod Pontificiae Hierarchiae semper est proprium.

(y) Vellem, ut reliqua adjecisset, aut cum Deo ac die integram produceret, Dominus OLEARIUS, forte majorem lucem nobis ea traderent.

Abbas, totusq; Conventus (**) ibidem, recognoscimus publice per praesentes, quod cum strenuus miles, Eberhardus de Malsleiben, de bona voluntate et consensu cognetis uxoris sue, et Konemundi, filii sui, ac aliorum heredum suorum justa venditione vendiderit religiosis viris, Domino Abbati et conventui monasterii vallis S. Georgii, cisterciensis ordinis, ses mansos et septem curias, pratum, piscariam, cum pascuis ac omnibus aliis attinentiis, in villa hoenkerchen, et campos ibidem sitos, que quidem bona nobilis vir, Heinricus, Comes de Glichen, ac sui progenitores abecclesia nostra tenuerunt in feodum, a quo idem Eberhardus, praedicta bona eodem jure, sive titulo, tenuit et possedit. et ad devotam ipsius Eberhardi nec non emptorum instantiam praedictorum, ipsa bona cum omnibus suis attinentiis ex resignatione praefati Comitis, appropriavimus, appropriamus, et in proprium damus domino Abbati et conventui praedictis perpetuis temporibus possidenda, transferentes et donantes ipsa eadem bona ad monasterium ipsorum jure, quo possumus ampliori, ita tamen, ut nobis et nostris successoribus ab ipsis in perpetuum unum talentum cere, in signum appropriationis hujusmodi, annis singulis in festo purificationis b. virginis Mariae persolvatur. Testes hujus sunt Eckhardus, praepositus sanctimonialium in Arnstete, Burghardus, de Tennestete, Henricus de Malsleiben, sacerdotes hi Theodericus de Wechmar, Kunemundus de Stutternheym, Ludigerus advocati, Herborto de Witzeleiben, milites et quamplures alii fide digni.

(**) Circa haec tempora desueverunt Abbates addere suos Praepositos, Decan. et religuos sacrae suae familiae, quod in praecedentibus omnino observamus, quasi authoritati suae hac adparitione aliquid decederet.

gni. Et nos conventus praedictus ad evidentiam ampliorem sigillum nostrum unacum sigillo, Reverendi patris ac domini nostri Abbatis ante dicti praesentibus duximus appendendum datum anno Domini MCCC duodecimo, VIII. Idus Octobris. (D)

Depraedationes et motus per ebbates, Fuldensem, et Hersfeldensem, Simonem, horumq; exercitum anno 1312. factos, dum in Isenacense et Creuzburgense territorium vagando omnia spoliaverat, Rotenbergam quoq; et Breitenbachium vastaverat, per Fridericum, Landgravium Thuringiae, sequenti 1313. anno fuere compressi compositiq; (E) postquam Gudensberga igne ab ipso et copiis suis consumta Hersfelda vero et Breitenbachium exspoliata fuissent, literis propterea et Friderico anno 1314. exhibitis ut vocant compromissoriis, qua ratione in posterum (facta insuper declaratione) se gerere erga ipsum debent (Z) data etiam pro damnis illatis satisfactione. Reliquisse tandem eum et fratres et vitam anno 1315. WENCKELMANNUM habemus autorem. (H)

§. LXVII. Brevioris longe vitae et non multum supra annum (ab anno 1313. scilicet, ad annum 1316. ad summum 1317. non vero, ubi

---

(D) Ex Chartario Georg. (E) Autor Anonymus Chronici Thuringiae; similiter Abbates Fuldensis et Hersfeldensis interim destruxerunt castra Rotinberg et Breitenbach. Fabricius Orig. Sax. L. VI. f. 631. 633. CYR. SPANGENBERG Chron. Sax. c. 279. f. 475. HVNNIVS Chron. Thur. p. 388. 389. 342. HILDEBR. Chron. Hals. p. 180. BRVNO Chron. Thur. L. II. p. 232. 233. 236. Ioh. BANGIUS Chron. Thur. p. 123. b. 125a.

(Z) Literae hae in Archivo Wittebergensi hodie delitescunt.

(H) In Chron. Hals. p. 262.

Winckelmannus valt, 1318.) fuit successor Simonis, Heinricus, nominis hujus quintus, e nobilium de Molsleben (Mosleben falso habet Dilichius) sanguine prognatus, quod uti Winckelmanno (I) et Dilichio utice debemus; ita nihil praeterea est, quod adjiciamus, praeter ordinarium ex arce Eichensi distichon:

Nobilibus collata viris insignia regni
Henricum decorant ordine Moslebium. † 1318.

§. LXVIII. Surrogatum ipsi anno 1316. offendimus Andream de Heininge, qui, consensu Abbatis solio, diu cum omni dexteritate lubens eidem praefuisset, nisi ipsi anno 1320. iratae Parcae secuissent vitae stamina. Non tamen a nobis ex more dimittendus sine encomio, quod arx Eichensis, Winckelmanni (L) adjutrice manu nobis suppeditat:

Surrogat Andream, Heiningae gentis alumnum,
Virtus et clarum nomen habere facit. † 1320.

Regis est, quod de ipso moneam amplius, nisi quod anno 1316. iam Friderico, Marchioni Missensi, omnia feuda, et imprimis arcem Gruningen, quam ab antiquo ab ipso et Abbatia habuerat, in feudum contulerit, (K) imo et eodem anno 1316. foedus (Λ) cum laudato jam Friderico, admorso, Marchione Missensi et Landgravio Thuringiae, pepigerit, vi cujus illum contra quosvis hostes esset defensurus; quin et anno 1317.

Chron

(I) Ibidem. DILICHIUS ejus saltem nomen refert in Chron. Hass. p. 89.
(L) Ibidem DILICHIUS nomen saltem adducit, p. 89.
(K) Diploma super hoc negotio confectum, asservatur in tabellario Wittenb.
(Λ) Hujus foederis autographum in iisdem latet Tabularüs.

(non vero 1217. uti est excusum) Bertholdo X., Comiti Hennebergensi, praedia nonnulla in feudum comiserit, quae autea Comes Hermannus II. et ejus filius Loppo XIIII. ditioni Coburgensi praefectus, in feudo habuerunt ab Abbatibus Hersfeldensibus ((n)) Friderico denique admorso a Waldemaro, Marchione Brandenburgensi anno 1318. capto, hostium ejusdem Erfurtensium, Abbatum itidem Fuldensis et Hersfeldensis Andreae animi crescebant, et multa damna provinciae suae inferebant, sed illo ex captivitate per suos liberato, poena ab ipsis facile sumta, pacem tandem cum iis iniit. ((n(n))

§. LXIX. Latus Andreae claudit Henricus, nomine sextus, e nobilium a Romrot prosapia, haud incelebri (V) oriundus, cujus regimen quinquennale (ab anno nempe 1320. usq; 1325.) aeque ac memoriam

---

((n)) Vide Cyr. Spangenbergii Chron. Hennec. p. 185.

((n(n)) Annal: Isenac: Germanici: Ju den zogen üpp die Hehr von Wolde, und Hersfelde, und hatten von (Friderico) auch Eisenach, dass vornem sie in der Herzogmütze « « « also zog sie darwider in Doringen, und bringk wider die von Hessen und wider die Herren Hehr, also vor, und Irung sie zu eynen Fürsten. (V) Fridericus siquidem de Romrodt anno 1383. egit Abbatem Fuldensem, testibus BROWERO Ann: Fuld: p. 325. et Eb. Fabricio in Gloria Fuldae, p. 159. Ludovici de Romrod mentio pariter occurrit apud laud. Fabricium l. c. p. 141. Wolfgangus Laurentius de Romrod Magister stabuli apud Abbatem Fuldens. Schenckium, conjugem, nactus Sophiam de Wechmar possedebat anno 1634. Rosdorf et Ros, filio gaudens Wilhelmo Carolo de Romrod nato 1632. aulae magistrorum agens apud Elisabetham Sophiam, viduam Saxo Gothanam, anno 1714. die 20. Jan: aetat. 83. denatum. Vide Weinrichium in stat. eccles. et polit. Hennec. p. 338.

ejus, hoc in arcis Eichensis disticho (VV) conservatum deprehendimus:

Eligitur post hunc Henricus in ordine sextus,
Conradae pariter fama, decusq; domus. † 1325.

Solummodo reperio, sub eo anno 1323. in Gellingen, Praepositum egisse Engelbertum, Hildebrandum, Decanum, Hospitalarium, Hermannum, qui tradiderat balneum monasterio Capellensi pro uno talento cerae census annui. (ZZ)

§. LXX. Longe diuturnioris imperii fuit Ludovicus, e nobilium de Mansbach familia descendens, familiam sacram suam tunc constituebant Engelbertus, Decanus, ac dehinc Meginhardus. (O) Ex primis vero, quae peregit Abbas, erat, quod anno 1326. venditionem, qua Guntherus de Konigseh vendiderat Conrado Abbati Georgenth. et suo conventui pagum s. villulam: hundisborn, cum omnibus rebus eo spectantibus, hac conditione habuerit ratam, si Abbas vicissim in signum subjectionis et feudi agniti, Abbatiae Hersfeldensi singulis annis solverit duas libras cerae. Diploma ita habet:

In nomine Domini Amen. Nos, Ludovicus, Dei gratia, Abbas, Engelbertus, Decanus, totusq; conventus ecclesiae Hersfeldensis publice recognoscimus in his scriptis, quod cum religiosi viri, Dominus Conradus, Abbas et conventus monasterii vallis S. Georgii, cistercensis ordinis, villulam hundisborn, cujus jus proprietatis ad nos

(VV) Vide Winck: Chron. Hass. p. 262. Dilichium in Chron. Hass. p. 89. nomen saltem ejusdem adducentem.

(ZZ) Reges laudantur Albertus, Decanus de Oldisleeben; Fridericus, Decanus Fechaburgensis, Rudolphus, Praepositus in Kelbra, Joannes praepositus in Franckenhausen; Jacobus, praepositus in Gunrode.

(O) Ita eum Winckelmannus p. 262. & Dilichius p. 89. vocant.

nos pertinere dinoscitur, ac omnis ejusdem ville pertinentias, quocunq; vocabulo nuncupentur, apud Guntherum de Kongesse, plebanum Ecclesie Wandesleiben (Wandersleben) et cohaeredes ipsius, rite ac rationabiliter sua pecunia comparaverunt, cum omni jure, utilitate et honore, quibus üdem venditores ipsam ab antiquis temporibus possiderant, omnium, quorum intererat, ad id consensu liberaliter accedente, quemadmodum iam praedictus Dominus Abbas et conventus ad nostram palam audientiam retulerunt. Supplicationibus eorundem, Domini Abbatis et conventus favorabiliter inclinati, memoratam villam Hundesborn cum omnibus et singulis suis pertinentüs, prout eandem a prefatis venditoribus comparasse, noscuntur, ecclesie vallis S. Georgii predicte appropriavimus, appropriamus, et in proprium damus, perpetuis temporibus libere possidendam, dominium ipsius ville transferentes totaliter ad eandem ecclesiam vallis S. Georgii jure, quo possumus, ampliori, ita tamen, quod Dominus Abbas et conventus supra dicti duas libras cere nobis in signum appropriationis hujusmodi singulis annis in perpetuum solvere teneantur, nihilominus emptionem curie, quam sepe dicti Dominus Abbas et conventus possident in ALVSTETE, et collatione praepositi coenobii sanctimonialium beate virginis, nostrae institutionis ibidem legitime subsecuta, ratas eas habentes, nostrum benignius adjicimus beneplacitum et consensum, eo quod super hujusmodi contractibus consensus noster principaliter sit utiq; requirendus, in quorum premissorum omnium certitudinem et evidentiam ampliorem sigilla nostra praesentibus appensa. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo XXVI. XIII. Kal. Febr: (π)

(π) Ex Chartario Georgenthalico.

Eodemq; anno et die Ludewicus confirmavit coemptionem partis silvae, dictae vulgo zu Molsdorffer Büe, quam (ad montis pedem, qui dicitur cum vulgo Kunberg,) Conradus, Abbas Vallis S. Georgii, a Gerwico et Theoderico, fratribus de Molsdorf, nec non ejusdem patruele Henrico acceperat, hac lege, ut monasterium praefatum Georgenthalense pariter, in agnitionem feudi singulis annis Hersfeldensi Abbati et coenobio duas solvat cere libras. Diploma super hunc contractum impetratum audiemus ipsum.

In nomine Domini Amen. Nos LUDEWICUS, dei gratia, Abbas, Engelbertus, Decanus, totusq; conventus ecclesie Hersfeldensis, presentibus publice recognoscimus, quod cum strenui viri, Gerwicus, miles et Theodericus, fratres de Molsdorf, nec non Heinricus, patruelis eorundem, quandam nemoris particulam, Molsdorfersowe vulgariter nuncupatam, in montis pede, qui vocatur Kingberg situatam, cujus jus proprietarium ad nos dinoscitur pertinere, religiosis ac honorabilibus, viris, Domino Conrado, Abbati, et conventui montis vallis S. Georgii, Cisterciensis ordinis, rite ac rationabiliter vendiderunt, proprietatis titulo, perpetuo possidendam, ob devotam supplicationem ac liberam resignationem Gerwici, Theodori et Henrici de Molsdorf predictorum, jam dictam nemoris particulam, fundum scilicet cum graminibus et rubetis memoratae ecclesie vallis S. Georgii favorabiliter appropriavimus, appropriamus, et in proprium damus, perpetuis temporibus libere possidendam, dominium bonorum eorundem ad eandem ecclesiam vallis S. Georgii transferentes totaliter, jure, quo possumus ampliori, ita tamen, quod idem Dominus Abbas et conventus duas libras cere in signum appropriationis hujus nobis annis

nis singulis in perpetuum persolvere non omittant. In cujus appropriationis certitudinem et evidentiam ampliorem sigilla nostra duximus praesentibus appendenda. Actum et datum anno Domini MCCCXXVI. XIII. Kal. Februarii. (e)

Nunc ventum est ad memorabilem venditionem dimidiae praecipuaeq; partis civitatis Arnstadiensis, quae sub hoc Ludovico est peracta, adeoq; ultimo, qui monetam Arnstadii percudi curavit. Is etenim cum Meinhardo (non Reinhardo, ut Tenzelius et Olearius habent) decano, totoq; conventu Hersfeldensi, anno 1332. (ee) Comitibus Schwarzburgicis, Heinrico et Guntherо, fratribus et possessoribus antea partis urbis alterius, partem Arnstadii alteram majorem, quantum juris scilicet in eandem, in pagos et advocatiam et praefecturam spectantes, antea habuerant, pro bis mille marcis argenti legitime vendiderunt, hoc pacto tamen, ut ipsi et posteri ipsorum semper et perpetuis temporibus ipsam in feudum recipiant ab Abbatibus Hersfeldensibus, nec in Abbatis, aut Conventus Hersfeldensis, sit potestate, feudum hoc in alios in posterum transferre, dehinc reditus suos et legata ab antiquo sibi in civitate competentia ex oppido porro, hujusq; advocatia et monasterio singulis annis debito modo accipiant, itemq; quinquaginta libris cere ex eodem retineant, nec non id, quod Xenodochium Hersfeldense, ac Capitulares ibidem solvenda habent, animae, ut vocant, subsidium, (das Seelgewäd) hoc est, censum trium talentorum argenti ibidem auferant, et quae Abbas et Conventus, feudi ratione, porro vendant, ipsi quoq; sint, probaturi et servituri, odiaq; vetera et diffidia oblivioni utriq; tradituri, ac denique ab

(e) Ex Chartario Georgenthalico.

(ee) Olearii Chron. Arnstad. p. 31. 254.

utraq; parte futuro tempore facturi, quicquid utriq; selectus et probatus arbiter Henricus, Comes de Hontein, Dominus in Sondershausen, ipsis, orta lite, sit jussurus. Dignissimum est diploma, ut integrum hic legamus, ac uti ab autoribus ipsis est conceptum:

Wir, Ludwig, von Gottis Gnaden, Bischof des Stiffts zur Hirszfelde, Wir, Herr der Stadt, und der Convent gemeinlich des Stiffts zu Hirszfelde, bekennen öffentlich an diesem Briefe vor allen die, so en oder hören lesen, das wir mit Willen und mit Wissen, und mit gutem Vorrate unsers vorgenanten Stiffts Freunden, durch Nutz unsers vorgenanten Stiffts und durch redelicher Sache, nutzlichen nodt und redlicher unsir Teil zur Gemeinschaft, und alles das Gut, das wir zu Gemeinschaft haben gehabt, und nuch das Gut, das wir gehabt haben an den Dörffern, die zu der Wustung und zu dem Hasulthusen gehören, und alles, das wir do haben gehabt, also wenn, als die Brief begriffen haben, die zu Gemeinschaft und zu den Dörffern gehören, wederhalb wir das wenn, verkauft haben, alles mit einander um zwei hundert Mark lötiges Silbers den edlen Mannen, Grafen Heinrich, und Grafen Günzelin von Schwarzburg, den Gebrüdern, die do Herren sind zu Sondershausen, und wenn Erben, und sollen das an nicht Herren sein, also, das sie und er mogen das zu ihre völlen behalten, allezeit von und unde dem Stiffte zu Hirszfelde. Darnuch bekennen wir, das wir, unde unse Stiffte die vorgenanten Herren von Schwarzburg, noch ein Marschalkinge, mit den Leben nicht von und wegen sollen, solche wir, das wir unse gewisliche Gebe, die wir

geben

haben an den Closter, an der Stadt zu Braunschweig, oder in der Voitey
behalten sollen; darzu sollen wir und unser Geschickte behalten fünfftzig
schund Absatzes, ob wir sie haben in der Stadt Braunschweig, oder in der Voi,
tey; darzu soll unser Hofstatt sein Gold, und unser Herren von dem
Capitele zu Hirzfelde, er seligerste, obed darauff ist schund gesel,
schaft, oder darunter behalten. Aber auch, das unser Ehe und
unsirer Conventis Ehe nicht verbunden were zu liegen, da sollen die
vorgenanten Herren von Braunschweig selben. Auch bekennen wir
an diesem dreyerley Briefe, das wir mit den vorgenanten
Herren von Braunschweig, und sie mit uns allerley Sachen und
Sache, die zwischen uns und Ihre Patron gewest sind, wenne er
selber nie rechte Berichtunge und Sühne gethan, als wir selten
sollen, und Exzeliche, darumme sollt wir thun, were und darzu der
edle Mann Herre Heinrich von Honstein, des Hundersbischoff ist
(forte omissum subintelligat) das alle diese vorgeschriebene Ding,
da stete und veste bleibt, und gehalten werde, das gelobe wir
bey Ludwig und der Convent zu Hirzfelde treulich vor uns,
sie wegen, und von unsirs Gotteshus wegen, denen vorgenanten,
den Herren Heinrich und Herren Günthern seinen Bruder.
Dieser vorbeschriebenen Rede sind Gezeuge, der edlen Herren Herr
Günther von Braunschweig, der edlere Herre Heinrich von Ho,
nestein, der vorgenante, und die erbere Leute, Herr Herr,
mann von Hyde, der Closen von unser Frauen zu Hildesh, und
Herr Sigfrid von Halle, derselbene Chunherre, Herr Heinrich

von Kützleben, und Herr Heinrich von Schwarzburgk, die Ritter, Jacob von Ilmenau, und Johannes Lünt, die Bürgere von Arnstadt, und andere fromme Leute zu einer Bestätigung alle deren vorbenannt, deren Brief, habe wir Bapst Ludowicus von Hochfelde, und der Convent desselbens, diesen Brief gegeben, mit unser Insiegele bestetigt. Der ist gegeben, und der Brieff ist gegeben nach Gottis Geburte Dreizehenhundert Jar, in dem zewey und dreißigsten Jare, darnach am Tage Valentini Tage. (S)

Facta ergo sic die 14. Februarii, in quem dies Valentini incidit, solenni venditione restabat nihil, nisi, quod soluta a Comitibus stipulata pecuniae summa, ipsis et illa traderetur. Quod et factum auguror, plenaria extraditione, tamen nescio, quas ob causas, sufflominata et usq; ad diem 23. Februarii diem profectum S. Mathiae, sequentis anni 1333. prorogata. (T) Eo autem die civibus

(S) Ex Communicatione cujusdam amici et fautoris.

(T) V. Olearii Chron. Arnstad. p. 31. 120. 121. 254. 255. W. E. TENZELIUS Suppl: II. Hist. Goth. p. 364. ET AUTOR necessariarum observationum Schwarzburgicarum super consilium Historico-Juridicum Vinariense, p. 5: Dieß vermeynt, daß anno 1332. Graff Heinrich und Graff Günther von Schwarzburg den Hof zu Hirschfeld, deßen Theil zu Arnstadt, und alles das Recht, das vormahls dabey zu Arnstadt gehabt, wie auch das Recht, so derselbe gehabt an Dörfern, die zu der Vogtey und zu dem Schultheißen Amt gehörig, und alles, so das Stift allda gehabt, güter, und alle die Steuer begriffen haben, die zu Arnstadt und denen Dörfern gehören, endlich abgekauft, und daß von nun solchgenannten beyden Grafen,

civibus a sacramento, quod Abbatibus dederant, liberis pronunciatis, Caesarea insequuta est confirmatio, et ex illo tempore laudati illustrissimi Comites, hodie, Caesaris beneficio, Serenissimi Principes Schwarzburgici Arnstadiam civitatem possederunt integram, jure exinde nunc, et ab illo tempore audientes in titulis DOMINI IN ARNSTADT. Anno 1331. consensu Ludovici Abbatis a Wolframo, Episcopo Wirzburgensi facta fuit incorporatio inferioris Haunae pagi monasterio S. Johannis in monte, ea de causa, quod monasterium praefatum bello et depopulationibus Episcopi Wirzburgensis fuerit devastatum, ea quidem conditione, ut, quae Conradus Seghusen Lector Hilperhusanus legaverat, ut praedia illa soli conventui cedant, neque quidquam juris praepositus in illa habeat, (†). Eodem etiam anno (loquor de anno 1332.) Ludovicus Abbas occupatus erat in proponendis, concinnandisq; conditionibus et formulis, quibus lis inter Fridericum, Marchionem Missniae, Landgravium q; Thuringiae, ac Hermannum, Comitem de Gleichen orta, posset componi (v). Sequenti 1333. anno feuda nonnulla Hennebergensia Bertholdus, princeps gentis hujus illustris-

---

Grafen, in dem letzten instrumento emtionis gesetzt wird, deren sie Herren zu Brunstedt sind.

(†) datae literae sunt MCCCXXXI. in vigilia Virginis Mariae Magdalenae.

(v) Autographum asservatur in Tabellario Witteberg. sub titulo: Vergl Ludewig zu Hirschfeld Hinterlassung, Landgrafen Friedrichen und Grafen Hermann zu Gleichen zu entscheiden. 1332.

simae, et filius ipsius Henricus XII. more consueto ab hoc acceperunt Ludovico (Φ), quique rursus anno 1337. eidem Bertholdo, Henricoque filio, Comitibus principali dignitate Hennebergensibus, advocatiam monasterii Breitingensis, in feudum contulit, uti illam Heinricus de Salza antea et ante hos Domini de Franckenstein olim possederant, et Henricus cumprimis praedia accepit Franckensteinensia (Ψ) quatenus ea fuere feuda Hersfeldensia. Quo ipso etiam anno 1337. ratum habuit, ut feudi collator, venditionem Sylvae cujusdam, dictae der Herren Holz von Wechmar, contingentem eam partem Sylvae, quae vulgo audit, die Hayngrube, quam monasterio Georgenth: vendiderat Otto de Wechmar, cum consensu suorum haeredum ac propinquorum, ea conditione, ut singulis annis dimidiam libram cerae, in agnitionem feudi persolvat. Diploma super hoc negotium confectum talis est tenoris:

Nos Ludovicus, Dei gratia Abbas, Meginhardus, Decanus, totusq; Conventus Ecclesie Hersfeldensis, manifeste recognoscimus, literas per presentes, quod cum strenuus miles, Otto de Wechmar, de consensu suorum heredum justo venditionis titulo vendiderit religiosis viris, Domino Ottoni, Abbati et Conventui monasterii vallis S. Georgii, Cistercensis ordinis, fundum terrae cum lignis, dictum vulgariter der Herren Holz von Wechmar, situm juxta claustrum vallis S. Georgii iam dictum, contingentem ligna, quae vulgariter die Heyngrabe nuncupantur, quem quidem fundum cum lignis idem Otto de Wechmar, et sui progenitores ab ecclesia nostra tenuerunt in feodum, ad devotam ipsius nec non emptorum instantiam

(Φ) CYR. SPANGENB. Chron. Henneb. p. 190.
(Ψ) CYR. SPANGENBERGII Chron. Henneb. p. 195. JO. MICHAEL WEISSENICHIUS de statu politico et Eccl: Henn: p. 106. 107.

cian predictorum, ipsum fundum cum lignis et attinentiis suis, ex resigna-
tione ejusdem Ottonis libera, specialiter, divini praemii intuitu, appropriavimus,
appropriamus, et in proprium damus Domino Abbati, et conventui praedictis,
perpetuis temporibus possidendum, transferentes et donantes ipsum eundem fun-
dum cum lignis et attinentiis suis ad monasterium ipsorum jure, quo possumus am-
pliori, ita tamen, ut in signum appropriationis hujus in perpetuum annis singulis
in festo purificationis beatae Mariae virginis dimidium talentum cerae de eis-
dem fundo et lignis ad officium custodiae ecclesiae nostre predicte a dictis emtori-
bus persolvatur. In cujus rei testimonium ac firmitatem perpetuam, has literas
sigellis nostris videlicet Abbatis et conventus predictorum dedimus sigillatas.
Datum anno millesimo CCCXXXVII. XII. Kal. Aprilis.

Tenuit denique Ludovicus imperium ab anno 1325. usq; 1342. tribuitq; ipsi
prae aliis justitiae custodia, justusq; illius erga omnes administratio, Eichenses (w)
praecipue juxta versiculos:

Mansbachici generis soboles praeclara tuetur
Justitiam; sceptra dum Ludovicus habet. † 1342.

§. LXXI. Ludovicus ergo, dum loco stationeq; sua anno 1342. morte
praeventus, cesserat, illum ex eo tempore, fratrum communi suffragio occupabat
Joannes, nomenclatura secundus, familia ab Elben (et non Elten, ut W. Dilichi-
us (a) scribit) eandem ad annum usq; 1356. modis ornans omnibus, usus cum-
primis ministerio Hartmundi, Decani, Reinoldi, Plebani, aliorumque. Sic vero
de eo arcis Eichensis versus: (b)

Nobilitas, postquam multos extollit, honorat
Elbena natum te quoque, Jane, domo.

(w) WENCKEL. p. 262.
(a) In Chron. Hass. p. 89. (b) WENCKELIUS. p. 262.

Nunc ad ea, quae ex gestis ejus mihi innotuere. Anno 1344. permutationem confirmavit molendini in Hoenkirchen dicti die Zigelmühle, quod Abbas Reinhardsbornensis, Heinricus Georgenthalico Ottoni permiserat, hac ratione, ut is cerae libram monasterio Hersfeldensi solvat quotannis. Ex diplomate ipso omnia patebunt clarius:

Nos, IOHANNES, Dei gratia, Hersfeldensis ecclesiae Abbas, manifesto recognoscimus tenore praesentium literarum, quod ad supplicationem religiosorum virorum, Domini Heinrici, Abbatis et Conventus Monasterii in Reynhartisborn, Ordinis S. Benedicti, nec non Domini Ottonis, Abbatis et conventus monasterii Vallis S. Georgii, Cistercienſis ordinis, Maguntinae dioeceſeos, conſenſu noſtrorum expreſſum, precipue propter Deum, ſcienter adhibuimus, permutationi infra ſcriptae, videlicet quod Abbas et conventus in Reynhersborn jam dictum molendinum ſuum hoenkirchen verſus orientem, dictum Cigilmule, quod a noſtra eccleſia dudum jure hereditario, pro uno talento cere, ſingulis annis feſto purificationis beate virginis pro cenſu perpetuo dando, tenuerunt, pro quibusdam aliis redditibus annuis cum Abbate et conventu Vallis S. Georgii traditis, juſto permutationis titulo, permutarunt, his conditionibus ſane adjectis, quod idem, Abbas et Conventus in Reynhersborn de eodem cenſu cere a nobis ſint perpetuo liberi, et quod Abbas et conventus vallis S. Georgii ſepe dicti idem molendinum cum juribus et pertinentiis ſuis a nobis et eccleſia noſtra jure hereditario perpetuo teneant, et poſſideant, quod etiam eis preſentibus literis contulimus et conferimus, et ſolvant nobis et noſtris ſucceſſoribus de eo perpetuo cenſum cere predictum termino prenotato. In cujus rei teſtimonium ac ratihabitionem perpetuam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXLIV. in die B. Severini, Epiſcopi et Confeſſoris. (c)

Eodem

(c) Ex Chartario Georgenth:

Eodem anno 1344. ratum habuit venditionem sex agrorum in pratis consistentium, quos Guntherus de Hessenrode, Elisabeth, soror ejus, et Witho de Konigsse, coemerant a Theoderico, Johanne et Henrico, fratribus, de Wechmar in campis oppidi, Ordorf. Praetat ipsum legisse diploma:

Nos Johannes, Dei gratia, Abbas Ecclesie Hersfeldensis, tenore praesentium recognoscimus manifeste, quod discreto viro, Guntkero et Hessenrode, canonico in Ordorf, Elisabethae sorori sue et Withoni de Konigesse, (hodie Konigseh) sex agros pratorum, quos idem Guntherus erga theodericum, Henricum et Johannem fratres de Wechmar sua pecunia comparaverat, sitos in campis Opidi Ordorf, contulimus, et in his confirmamus jure et tytulo feodali. Harum testimonio literarum, sigillo nostro sub eo signatarum, anno Domini MCCCXLIIII. in die Iustini Confessoris. (d)

Litem propterea hoc 1344. anno motam fuisse de feudo comitatus Orlamundani, quod expetitum etiam fuerat a Johanne, Abbate Hersfeldensi, sed ipsud ipse rectiorum sine dubio conscius, peculiari diplomate in Marchionem Misnensem, Fridericum, rejecit. (e) Abbatibus etiam Hersfeldensibus nonnulla jura in aedem cathedralem Ordorfensem competüsse, testimonii loco esse potest, quod Johannes, consensu et adprobatione Capituli suae Ecclesiae, cum Heinrico, Archiepiscopo Moguntino (cujus concessio anno 1343. XIII. Kal. Aug. literis est tradita) (f) confirmaverit sacrum illud, laudabileq; institutum, quo factum erat, ut anno 1344. aedes sacra parochialis S. Mariae, arci contiguo, in Ecclesiam Cathedralem et collegiatam; nomenclaturam hanc postea servantem, üs denicq; juribus, consuetudinibus, libertatibus, privilegiis ac honoribus gaudentem, quibus, ab ecclesia Hersfeldensi olim et huucsq; impetratis, antea in Ordorf usa fuerat, commuta-

(d) Ex Chartario eodem Georgenth: (e) Diploma hoc asservatur in Archivo Wittebergensi. (f) Eandem legas apud H. PERTZ ELGlich Suppl. II. Hist. Goth. p. 107. et C. Sot GIFTT. RGlich in Hist. Goth. p. 40.

retur, Canonicis S. Petri Ecclesiae, ob spem meliorationis fuit Capituli et profectus, nec non ob crebras in oppido, non munito depraedationis (ut verba ipsa Abbatis Hersfeld. habent) in oppidum tunc munitum, Gotham, concedentibus, rem hanc strenue promovente Elisabetha Arnshaugia, nata Comite, Thuringiae Landgravia, et Friderici admorsi Marchionis Misenensis et Landgravii Thuringiae vidua, (g) consentientibus insuper S. Crucis, Cisterciensis ordinis, Abbatissa ac Plebano sedis Mariae novisq; huc venientibus hospitibus de variis capitibus cum senatu Gothano tantem convenientibus. Meretur sane diploma (h) cum jura nonnulla Abbatis Hersfeldensis (i) in Ecclesiam collegiatam Ordorfensem, postea Gothanam, vel, si mavis, Gotham translatam, contineat, nempe, quod Praeposituram S. Mariae in Gotha libere, cui voluerit, Abbas contulerit; decanum, Scholasticum et Cantorem in eadem confirmaverit, primarias preces super receptionem unius personae in conventu ipsis porrexit, fig; Hersfeldensis monachus Gotham venerit, et

chorum

(g) Sagittarii Hist. Goth. p. 40. recte in annum 1344. reponit, sed AUTOR de Landgraviis Thuringiae in annum sequentem. Anno 1345. Domina Elizabeth, Marchionissa mater domini Friderici, ordinavit, quod Canonici de Ordorf se transtulerunt in Gotham. Conferri in hanc rem possunt Moguntini literae, quibus hoc institutum confirmat p. 42. 43. apud SAGITTARIUM, et apud TENTZELIUM p. 107. 108. translationis ipsius proclamatione anno 1344. IX. Kal. Aug. facta. (h) Apud Sagittarium in Hist. Goth. p. 43. 44.

(i) Vocat enim Canonicos Ordorfensis Clericos suos; refert porro: eosdem Canonicos et Ecclesiam Ordorfensem dignitates, honores, jura et consuetudines ab Abbate, et Ecclesia Hersfeldensi ab antiquo et hactenus habuisse, se velle eos fovere, tueri ac iisdem patrocinari, eorumque jura et consuetudines conservare.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

chorum S. Mariae ecclesiae eo tempore visitaverit, quando inter Canonicos distribuentur praesentiae, eandem praesentiarum portionem, veluti Gothanus Canonicus tunc acceperit, ut integrum et huic inferatur:

Nos, Johannes, Dei Gratia, Abbas Ecclesie Hersfeldensis, recognoscimus per praesentes et publice profitemur, quod, accedentibus Decano et Capitulo ejusdem Ecclesiae nostrae Hersfeldensis voluntate, beneplacito et consensu, ad hanc nostram voluntatem, nostrumq; consensum adhibuimus et praestitimus, ac adhibemus praesentibus et praestamus, quod Decanus et Capitulum olim Ecclesie S. Petri in Ordorf, Clerici nostri transierunt de ipsa ecclesia in Ordorff ad Ecclesiam S. Marine in Gotha, ex causis rationabilibus et legitimis ipsos moventibus, et ob spem meliorationis ejusdem Capituli et profectus. Sic, quod ipse Decanus et Capitulum in eadem ecclesia sancte Marie in Gotha, et apud eam posteris temporibus perpetue mansuri omnibus dignitatibus, honore, jure, et consuetudinibus, quos, dum essent apud dictam Ecclesiam in Ordorf, a nobis et ecclesia nostra Hersfeldensi predicta ab antiquo et hactenus habuerunt, inconcusse frui debeant, et gaudere. Nosq; debeamus et volumus eosdem Decanum et Capitulum — — dignitate et honore, jure et consuetudinibus conservare, ac pro posse tanquam alios nostros Clericos in omnibus fovere et tueri, ac patrocinari iisdem. Nos etiam et dicta nostra ecclesie Hersfeldensis omnia jura, honorem et dignitatem in dictis Decano et Capitulo, dum essent apud ecclesiam in Ordorf, per nos ab antiquo, nec non posteris debeamus in ipsis in Gotha apud ecclesiam S. Mariae existentibus inconcusse retinere — — — Item debemus Praeposituram nunc dicte Ecclesie sancte Marie in Gotha libere conferre, ac Decanum, Scholasticum et Cantorem confirmare, ac primarias preces super receptionem unius personae in conventu ipsis porrigere apud Ecclesiam Marie in Gotha, sicut, cum adhuc essent in Ordorf,

fecimus et nostri predecessores facere consueverunt. Item duas vicarias in Ecclesia S. Petri in Ordorf remanentes, quotiens eas vacare contigerit, nos et successores nostri conferre debemus, et quod eadem ecclesia S. Petri in Ordorf cum omni jure, honore et utilitate pertinet, et perpetuo pertinere debebit ad Decanum et Capitulum supra dictos, duo Vicarii, qui pro tempore fuerint Vicariarum earundem sub obedientia dicti Decani S. Mariae in Gotha perpetuis temporibus debent esse. Praeterea dicti Decanus et Capitulum dicte Ecclesie S. Marie debent assignare et designare duas libras denariorum numi perpetui census ad fabricam Ecclesiae S. Petri obvenientes, debent ibidem ad luminaria pertinere. Praeterea Domini de gremio Ecclesie Hersfeldensis predicte hujus honore frui et gaudere debebunt, videlicet, quod quandocunq; unus eorum ad locum Gotha pervenerit, et chorum dicte Ecclesie S. Marie visitaverit eo tempore, quando inter Canonicos ibidem dantur et distribuuntur praesentiae, ut est moris, illi domino de Hersfeldia ibidem in choro tunc praesenti aequivalens portio praesentiarum hujusmodi, sicut uni Canonicorum debet dari, et hoc idem per dominos dicte Hersfeldensis Ecclesie dominis Canonicis Ecclesie sante Marie in Gotha, quando et quoties ipsos et Hersfeldiam venire, et monasterium Hersfeldense visitare contigerit, obseruari debebit et fieri vice versa. In cujus rei testimonium

– – – Cetera desunt.

Eodem porro 1344. anno V. Kal. Augusti Johannes, Abbas, senatui oppidano Hersfeldensi pro 500. libris argenti vendens Xenodochium ante Johannis portam, (de cujus fundatione jam supra ad annum 1241. egimus sub Ludovico, Hersf. Abbati) tradidit, servata tamen sibi in illud juris episcopalis possessione, in quo supra triginta sustentantur stipendiarii, quibus vero hodie non cibus amplius, sed de pecunia, frumento et leguminibus quidpiam subministratur.

nistratur. (K) Sequenti 1346. anno, tres et dimidium mansos, sitos in campis Emmeleben, a Theodorico de Bruchtenrode et Thela, uxore coëmerat Bertholdus, abbas vallis S. Georgii pro quinquaginta et quatuor marcis argenti puri, quos jure hereditario, seu emphiteutico possederant ab Abbate Hersfeldensi, sub censu annuo octo et dimidio solidi denariorum Gothanorum, in festo Michaëlis solvendorum, ea venditione, a nostro Johanne literis comprobata. (l) Neque tamen in transplantata noviter Gotham ecclesia cathedrali diu tuta quies; siquidem jam anno 1349. motam deprehendimus controversiam inter Johannem, Abbatem Hersfeldensem, et hoc ipsum, ut vocant, Capitulum Gothanum S. Marie, hac ratione tamen demum sublata, ut res per arbitrum, Reinoldum, videlicet plebanum in Hersfeld, aut per alios, decideretur, docentibus hoc nos ipsis literis, quas B. Jentzelius (m) jam excudi fecit, ob memorabilia nonnulla, quae suggerunt, et huic repetendis:

> Johannes, Dei gratia, Abbas, Hartmund, Decanus, totusq, conventus Ecclesie Hersfeldensis, universis et singulis praesentibus cupimus innotesci, quod unanimi, concordi ac capitulari consensu, matura deliberatione et tractatu prohabito, de lite et controversia, que inter Decanum et Capitulum ecclesie in Ordorf, nunc, ut asseritur, in Gotha, ex una, et inter nos et nostram ecclesiam, occasione translationis ejusdem, predicte ecclesie in Ordorf, versus Gotha per ipsos facte, parte ex altera, vertebatur, seu verti sperabatur: et generaliter de omnibus aliis quaestionibus et controversiis, que vertun-

(K) WENCKEL MSS. in Chr. Hass. p. 284. Has 500. libras Judaeus quidam Erfurtensis accepit, quam Summam Johannes, Abbas eidem debebat. Multi agri et prata ad Weneberg olim huc spectarunt, ad quae domi fuere extructi, et exinde villa coaluit, quae postea a Senatu Ludovico de Weissenbach anno 1674. vendita fuit, qui jus Summi aliis cessit, quorum posteri de ea annuatim adhuc 30. imperiales solvant; aliud praedium huc spectans in Maershausen, anno 1675. Conrado Koeben fuit venditum.

(l) Vide Chart. Georgenthalicum p. 38. b. (m) Supplem. II. Histor. Goth. p. 108. 109. 110. SAGITTARII Hist. Goth. p. 43. 44.

tur, seu verti possunt, voluntarie ex certa scientia, et non per errorem, pro nobis, nostrisq; successoribus et nostre ecclesie nomine, concorditer compromittimus et consentimus in honorabilem virum, magistrum Reinholdum, plebanum Hersfeldensem, a nobis communiter electum, constitutum et ordinatum tanquam in arbitrum, compromissarium, arbitratorem, laudatorem, definitorem seu amicabilem compositorem, hujusmodi in se sponte arbitrium suscipientem. Dantes eidem et concedentes, nostro et ecclesie nostro nomine, plenam et liberam potestatem, ut ipse una cum honorabili viro, magistro Conrado de Visberg, pro parte Decani et Capituli ecclesie predicte electo, constituto seu ordinato, super premissis omnibus ac singulis usq; ad festum assumtionis gloriose virgine Marie proximum, de plano et sine strepitu et figura judicii procedere, examinare, cognoscere, diffinire et nos in amicitia componere valeat, vel in jure. Verum, si, quod absit, arbitri, seu compositores amicabiles predicti, inter se in amicitia vel in jure discordaverint, honorabilem virum, Dominum Ludovicum, Decanum Ecclesie S. Severi Erfurdensis et in ipsius defectum, religiosum Dominum Abbatem in Gurzenthal, nos una cum Decano et Capitulo praedicto eligimus tanquam personam mediam et superiorem, promittentes insuper pro nobis, nostrisq; successoribus, et nostre ecclesie nomine, fide data manuali, loco juramenti, stare, parere, et obedire arbitrio, compositioni amicabili, pronuntiationi, seu praecepto arbitrorum predictorum, seu majoris partis eorundem, et in nulla quacunque ratione causa, seu modo, de jure, vel de facto, verbo vel opere per nos, vel personas interpositas, aliqualiter contravenire. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostri Johannis, Abbatis et conventus Ecclesiae Hersfeldensis praesentibus sunt appensa, sub anno domini M CCC XLIX. sabbatho ante Viti martiris.

Sane

Sane et ex illo tempore Abbatem Hersfeldensem jus obtinuisse in Decanum et Capitulum Gothanum S. Mariae ex Friderici strenui, Landgravii, confirmatione Germanica anno 1351. data, satis superq; liquet (N). Sequenti 1356. anno sub hoc adhuc Abbate pestis lue saeviente, tria hominum millia Hersfeldiae fuerunt absumta, teste scriptura aedi parochiali oppidanae inscisa (O). Atque nunc semisaeculum abierat, (1350.) cum demum pro pace in terris suis conservanda Henricus, Fuldensis, Johannes Hersfeldensis, Abbates, Fridericus Thuringiae Landgravius et Marchio Misniae, Johannes, Comes Hennebergensis, foedus invicem inissent (P). Competisse praeterea Abbati Hersfeldensi, jura quaedam in Praepositura Colledensem, S. Benedicti instituti, supra monuimus, et nobis jam documento esse potest sequens diploma, anno 1360. exaratum:

Nos..... Praepositus sanctimonialium monasterii in Colle, ordinis S. Benedicti, recognoscimus publice in praescriptis, quod efficere et ordi-

---

(N) Dez wir nuch alle unsir frehin mit gütim Willen süllen und wollen dem Ehr. würdigen und Hochen in Gott, Hern Johanse, Abte zu Hirsfelde, und dem Stifft daselbe bestin vorlihen blibin, bz allen den vrestin, wenn und wordin, an dem Corbin und Capitel des stiffts zu unsir Frouwen Kirchen zu Gothe reichlichen besaltin, als sy vor alders und von Rechte an ire zu Ordorf gehabt habin y ex Tentzelii Suppl. II. Gothano p. 110.

(O) WINCKELMANNI Chron. Hass. p. 264. Rempe ad ostium magnum ab ea parte, qua ad Chorum iter, hi leguntur versiculi: ANNO MILLENO TER S. SEMEL L. QUOTERO SAT LABIDA PESTE, QUE TURC VIGUIT MANIFESTE, EX VI DIVINA CECIDERUNT MILLIA TRINA.

(P) Foederis formula, uti concepta est in Tabellario Wittebergensi hodie superat sub titulo: Wir sind Abt Heinrich von Fulda, Abt Johannes von Hirschfeld, Landgraf Friedrich von Thüringen, und Graf Hanns von Henneberg sind mit einander anno 1350. vereinet haben.

nare volumus, quod reverendus in Christo pater Noster, et Dominus, Dominus .... (insere hicc, quod in exemplo omissum: IOHANNES) Abbas monasterii Hersfeldensis infra hinc et festum Beati Michaëlis, proxime nunc venturum, contractum venditionis trium mansorum, situ-rum in campis ville Gonrisleibni (Gorsleben hodie) per strenuum militem, Albertum de Harras, et suos heredes initum, cum honoratis viris --- Decano --- et Capitulo Ecclesiae Jechaburgensis, de quibus nobis, et nostro predicto monasterio in Kollede, in judicium spectatum in festo b. Michaëlis tres libre cere annis singulis sunt solvende, approbare et confirmare debebit suo sigillo pendenti, quod ---- Decano et Capitulo Jechaburgensi fideliter promittimus, et nos ad hoc presentibus obligamus Datum anno Domini MCCCLX. b. Alexii Confessoris. (q) Quam mansorum sive hi fuerint, sive alii, commutationem Praeposito Colledensi cum Jecheburgensi institutam, coptе adhuc anno ratam quoqz habuit Johannes, literis sequentibus:

JOHANNES, Dei gratia, Abbas Ecclesie, seu monasterii Hersfeldensis, recognoscimus, et ad cunctorum tum praesentium, quam futurorum notitiam publicam cupimus pervenire, appropriationem mansorum factam per dilectos nobis, prepositum, Abbatissam, Priorissam, et conventum Monasterii in Collede, honorabilibus, Decano et Capitulo Ecclesie sancti Petri Jecheburgensis, nec non ecclesie Yhechburgen prelibate, sub omni forma, modo et jure, prout in litera exprimitur dicta appropriationis, cui praesens nostra litera est transfixa, ex nostro consensu et assensu benevole et expressis per omnia processisse, eamqz annuimus, ratam habuimus et confirmavimus, ac rite et

(q) Exhibet hoc Dr. J. C. Olearius T. I. Syntagm. rerum Thuringicarum. p. 49.

et rationabiliter fovemus, gratam ratam habemus et confirmamus perpetue harum testimonio literarum, nostro sigillo fideliter signatarum. Anno Domini MCCCLX. sub dato proximo ante nativitatem virginis Marie. (r)

Cum anno 1361. Fridericus strenuus, Marchio-Misnensis cum Lantgravio Hassiae, Ottone, Spangenbergae residente, Buchoniam anno 1361. fuissent ingressi atqs multa oppida Abbatis Hersfeldensis cepissent (*) factum est, ut, interveniente patre, Landgravio Heinrico seniore, Abbas Fuldensis, Heinricus de Karloch, Hunefeld oppidum reciperet in conventu, quem Bercae

(r) Ex quo liquet, dominium super Colledensem Praeposituram fuisse Abbatibus Hersfeldensibus, ut etiam omnes contractus ipsius confirmaverint. Nobis illas submisit Chartaram Georgenthalicum.

(*) Teste Autore de Landgraviis Thuringiae p. 458. apud Eccharduum in Genealogiis: Anno Domini MCCCLXI. Marchio et Landgravius Hassiae intraverunt Buchoniam, ceperunt oppida, devastaverunt et spoliaverunt eam. Et CHRONICON antiquum Hersfeldense: Anno Christi 1361. da zog Lantgraff Otto mit Land, graff Friderichen von Düringen, dem Fründ solden über den Hoff von Fulda, Herr Heinrich von Karlogk genannt, und gewonnen und genommen ihm ofte, gewaruter Dorffer ob Hünfeld, und blündertten sie, und beschätzten ob 8. Tagen immer, sie ward dem alten Lantgraffen Heinrichen sehr leid, und da, Bürgete sich derumb, dass sein Volck dem heiligen Mann bekrieget hette, und lieb sich sehen, die heiligen erschrocken sich, und wollten ihr Klosster wieder haben, doch so wurde er einen Tag darüber gen Bercka an der Werra und zu solchen Tagen kamen der Abt von Hirschfeld, genannt Erolph, (Crepone Johannes von Elben) und vielen andern Herren, da ward gebrediget, dass man dem Abbt von Fulda und dem Hoff Hünfeld müste wiedergeben, wie denn auch geschach.

propterea Heinricus instituerat, et Abbatem Hersfeldensem eo cum alios mediatorem causae invitaverat. Altero abhinc anno 1362. Johannes, Abbas fordas iniit cum Friderico, Balthasare et Wilhelmo, Landgraviis Thuringiae et Marchionibus Missiae, itemq; Henrico et Ottone, Landgraviis Hassiae, cujus literae authenticae hodie adhuc superant (5). Ex sequenti tandem discimus diplomate, ipsum in annum 1366. vixisse, vi cujus confirmatur venditio, quam scilicet eques Schwabehusii habitans Heinricus de Stutternheim cum sancte Crucis monialibus, cisterciensis ordinis, inierat, census annui in Schwabehusen (t) omnibus bonis suis in isto loco hypothecae loco datis, qui feudum Abbatis erant Hersfeldensis. Rectius de omnibus nos ipsa instruunt ejusdem verba.

Wir Johanns von Gotis Gnaden, Abt des Stifts zu Hirssfelde, bekennen, das der gestrenge, Heinrich von Stutternheim, Ritter, unser Lehen gelazen, und alle sine Lehin, mit unsirn Willin, den wir darzu an disem brive ze gude und durch iren Nutz, czugab vestin Konsid sin vorkouft, ussir iren Lehin und Hofen, da sy sy Lehin zu Schwabehusin und dy von ünd und von ünsirm Stifte zu Lehen rüren, und ussir alle dinc, da darzu gehirt, gesucht, und ungesucht, das allis zu der sinaschaft gehorit gelde soll verbundin sin, wirdschaft gemd, und ouch vir gemeige, das Dasellinge, Gotschar Hanneige, dritzehen gnosen, sybin und zewenzig Jüger, ein Malder Kriesbe, und ein Malder Gerstin, Gotschardt Moesbe, irslicher Gülde, den Lehern Geistlichen, Kytisbin und der Sammenunge gemeinlich, das Klaschard zu dem Grünen Crütze,

(5) In Tabulario, puta, Wittenbergensi subtitulo: Wir Bryd Johann von Hirssfeld mit Landgraff Heinrich und Otten von Hessen, Landgraff Friedrich, Balthasar und Wilhelm von Düringen in Fehdung und Bündniß gegangen ist. 1362.

(t) Tentzelius Suppl. II. Goth. Hist: p. 171.

vor der Stadt zu Ostheim, Grauuis Dodinb, nun hierunter Marc lötigrb silbers, das Heinrichen von Trütirsheim abgenommen, nützlich und ganz ist bezalt ꝛ

§. LXXII. Infulam ex illo tempore, anno nempe 1368. imponi sibi a fratribus, unanimiter in electionem suam consentientibus passus est BERTHOLDUS (Bertettus) a Volckershausen, quamqs ad annum usqs 1388. non deposuit, comprobantibus hoc demum arcis Eichensis versibus: (u)

Sufficitur tano, Bertholdus laudibus omnes
Volckershausiacos cognitus inter avos. † 1388.

Notum plus satis est, Ottonem, Brunsuicensem Ducem, cognomine malum, sive Ducem adfinem ob successionem in Landgraviatu Hassiae, primo ab Henrico seniore Landgravio promissam, postea Hermanno, nato Landgravio Hassiae adjudicatam, societatem, seu factionem potius infitulse, a stella, quam auream et argenteam praeferebant, in vestimentis insignis loco, postea denominatam, (1) cujus pars quoqs erant Abbates Fuldensis et Hersfeldensis, eo fine, ut se suaqs rectius, majoriqs cum pondere contra Balthasarem, Landgravium Thuringiae et Heinricum, ac postea, Hermannum, Landgravios Hassiae defenderent, cujus origo cum maxime circa Bertholdi regi-

(u) Chron. Hass. p. 262. WENCKELMANN.

(1) die Sterner, die Sternegesellschaft appellabatur. Vide Dilichii Chron. Hass. p. 199. Male ergo LAUDITIUS in Palmeto p. 224. hanc societatem post annum 1368. collocat: et p. 5 25. ejusdem ortum quasi in annum 1372. reponit. FABRICIUS Balthasaris adversus Stellatos expeditionem quoqs in annum 1372. refert, eosque triennii spatio exstitos tradit. Lectiora ex dictis patebunt.

minis (ooo) initia incidebat (††). Edoctus de hoc instituto Hermannus, Landgravius Hassiae, Senatum, oppidumq; Hersfeldense, advocati

---

(ooo) Chron. Hersfeld. Als sich nun der Handel also weitläuftig zwischen den Bawren und den Fürsten begabe, da pflegte Landgraven Hermann die von Reckerode zu denen von Hirschfeld, und sieh mit ihnen reden, dass sie umb freundtwillen den Bawren ihre alte abtragen, sie hetten auch sie darvon bey ihm und den seinen wolgethan, ob wollte er in allen Gnaden gegen sie erkennen, und Leib und Gut im Fall der Nothdurft, darum bey sie setzen; die von Hirschfeld wunderten sich drauf, und sprachen, sie wären seine Leute, und legen, wie die Bauren vor den Völkern, und wenn die Herren vertragen würden, so würde sich bald über ihren außgegossen, sie hetten den Landgrafen das sein, das geben sie endlich die Antwort: wollten die Fürsten nicht hinter ihnen, abziehen, sondern mit ihnen in Frieden und Ruhe ziehen, und sich hinter ihnen nicht absondern lassen, so wollten sie den Fürsten zu theilen sagen, und auch darum, dass ihnen die Bawren Ueberlauf thäten, ihre Feinde werden, und wurd denen von Hirschfeld also zugesagt, und wurden also auch die Feinde der Bawren Feinde, und thaten ihnen grossen Schaden, und ob gleich ihnen auch wiederumb von ihnen grosse Schade.

(††) Male hic Abbas audit in Chron. Hers.; qui non una vice cum civibus ob varias causas dissidet, hinc legas: Berlet von Volckershausen war der best genannt, und war ein böser Mann, und seinen eigenen Burgern in Hirschfeld gehässig, die das Leib und Gut also bey ihren Herren gesetzet hatten, aber das war der Hass: er wäre der Stadt gern mächtig gewesen, und hätte gern die Schlüssel der Pforten zu seinen Händen gehabt, und da ihm dessen nicht will erfolgen, da trug er zu denen von Hirschfeld feindlichen Hass, den er vormals auch bewiesen hatte, wo Gott die von Hersfeld nicht sonderlich davor behütet hätte.

ti Monasterii, et tutoris nomine, dato quodam ipsi honorario, anno 1370. velut subditos suos proprios contra quosvis defensurus, suasu et interventu Domini de Reczenrode (†††) in clientelam suscepit. (m) Alter abhinc annus ibat (1268) quo Conradus, e nobilissima de Spigel familia, cum nescio, qua de causa Abbatis factus esset internecivus hostis trecentos civium Hersfeldensium ad Aldenburgum, haud procul a Feloberg, cepit (n) ipsa quoq; Hersfeldia civitate anno 1368. ab Hermanni, Landgravii, asseclis intercepta (o) et sine dubio ex illo tempore solicitius custodita. Consentisse eundem anno 1371. in venditionem cujusdam census quinquaginta et duorum solidorum denariorum, quem Capitulum, ut vocant, Gothanum a Theoderico de Sibeleiben, coëmerat, reperio, cujus diplomatis verba haec sunt:

Wir Berthold von Gottes Gnaden Abbt des Stiftes zu Hersfelde, bekennen öffentlichen an diesem gegenwärtigen Briefe, daz der gestorne, vir Ritter, hr Dietrich von Sebeleiben, unser lieber getrüwer mit unserm Willen und gütem Willen, den wir darzu gegeben haben, vor, Bünfft Hub rents und redelichen den Herren, dem Tumbe, und dem Capittel zu unsir frowen zu Gotha zweyen und fünfzig schil, ringe Pfennigen, iarlichs Zinsses, gelegin zu Sebeleiben, an hofen und an Hebern, da von und zu losen gehen. Denselben Zinss-Hubin wir gelegen und lihen an diesem unsirm Briefe den vorgenanten

(m) WINCKELMANN p. 263. Inciderat enim Johannes in odium Episcopi Moguntini Gerhardi, Comitis de Nassou nati, qui Guttenspergam et alia ipsi desolaverat, unde tunc verbum natum: Bischoff Gerlach die Mauern zu Gutteneberg zerbrach, darnach Bischoff Adolph, der da um sich beissat, wie ein Wolf.

(n) DILICHIUS ib. p. 200. (o) DILICH. p. 201.

Transiit sub Capitol ys datum anno domini MCCCLXX primo, feria secunda post Epiphaniam Domini. (p)

Sequenti 1371. sub hoc Iberletto à Volckershausen campanam fusam fuisse maximam, vulgo dictam Paschalem (die Osterglocke) cujus est usus in festis anni, et sepulturis solennioribus, cum maxime testis est ejus inscriptio:

MCCCLXXI. A55VPE01S BAPTIST — — MAIE VAGE. tetM.

Sequenti 1372. obsidente Hermanno, Landgravio, castrum Herzbergam, inter Hersfeldiam, et Alsfeltiam, et vocato propterea in adjutorium Balthasare, Landgravio Thuringiae, impediti sunt a suo proposito a societate Stelligerorum, ut re infecta abire coacti fuerint Hersfeldiam in fuga se recipientes, noctatam propterea privilegio a Marchione Missniae (***). Qui duo Principes tamen postea non destiterunt,

(p) Ex TENTZELII Suppl. H. Hist. Goth. p. 184. 185. qui rursus ex Chart: f. 185. 186. depromserat. (***) Da sie nun vor gemeldten Schloß also lagen, bemerkten sie die Thorer mit einer groben Macht, daß sie die Herren mit Gewalt abtrieben, und die Herren Bauren von Hirschfeld, wüsten das bald nicht, daß es eine feindliche Thorer were, und schickten zu ihm, ob sie solten die Herren einlassen, da warf der Bot seine Schaglon ab, der, unter dem es einen verborgenen Stern — — — so stunden sie ihr eben, theuer und liessen die Herren von Dorinnen und hessen ein, und were, von ihm die Feinde so nahe, daß sie mit den Dorinnen so fast eilten, daß sie ihrer viel zerhieben den Pferden drungen, und todt blieben. Und im dieser Gefahr wollen haben die Herren von Meissen Bauren von Hirschfeld die Freyheit gegeben, sie mit Bogen und Pfeilen dot wer, schieben,

terunt, donec integram illam societatem funditus deleverint. (††)

---

gesiehen, dass sie in ihren Landen Bünden mögen, und wob sie also Bünden und verbünden, dass sie solchs also bünden mögen, und man solche ihren darin zu Bünden nicht wegern, dab ist ihnen nun bis daher gehalten worden, und unverrückt gliben, und wiewollen dass die von Hirschfeld in Ruhe und Frieden der Herren in der Richtung mit begriffen und gezogen worden, dennoch so hochbt der bapt dab einlassen im Rechte, und sind sie sonn, die von Hirschfeld sollen ihm einen Wagen voll Geld gepfendet, und gedrungen, dab wieder sie Tag und Recht zu verwalten.

(††) Autor de Landgraviis Thuringiae apud Eccardum p. 459. Anno domini 1372. surrexit una societas, nominantes se stelligeros et portaverunt stellas, quorum capitaneus principalis erat Otto, dux Brunsuicensis. Illi enim, quasi duo millia de Rheno, Hassia, Westphalia, Saxonia, Buchonia et Franconia compromiserunt, et conjuraverunt, se velle se mutuo defendere, et potenter resistere tam principibus, quam aliis nobilibus, ubilibet constitutis. Et incoeperunt in Landgravio Hassiae, qui non habuit haeredem, nisi filium fratris, non multum dilectum, quem exhaereditari nitebatur Otto, dux Brunsuicensis, etc. Nam Landgravius obsedit castrum Herzbergk inter Hersfeld et Alsfelt, et vocavit in adjutorium, Baltazar, Landgravium Thuringiae, fratrem Frederici tunc extra terram existentem. Quod audientes illi de societate praenominata, congregati sunt de multis terris, in tanto numero, quod oportebat illos duos Principes cedere de castro obsesso. Postea paulatim illi duo Principes illam societatem infestabant, et castra eorum, et villas in Principatibus eorum sitas, et illam societatem destruxerunt, et infra tres annos ita confusi facti fuerunt, quod illi, qui fuerant, verecundabantur fuisse tales. Chronicon Hersfeldense antiquum: Es ist genug gesagt, wie und

Anno 1374. quand Wolffgramus de Lichtenburg, Praepositus, Fridericus, decanus et Conventus Gellingensis, Gerhardo de Kuzleben seniori, Canonico Iechelburgensi, et Capitulo, ecclesie ejusdem triginta domus, quas curias vocabant in pago inferiori Besa sitas, et viginti mansos (Hüffen) solventes annis singulis tres cum dimidia libras denariorum usualium, sex solidos cum decem denariis, viginti tres, gallinas, pro libris sexaginta denariorum bonorum ac usualium, factum hoc est consensu et permissione benevola Abbatis, Bertholdi, sequenti 1375. anno postquam Balthasar, Thuringiae Landgravius, a Stellatorum, uti tunc audiebant, confoederatione, cujus caput Otto, Dux Brunsuicensis erat, recessisset, ac Hermanno, Hassiae Landgravio, Cruciburgum versus suppetias mississet, qui et jam Transfeltum igne deleverat, itemq; Liebesbergam obsidere coeperat, monitus vero, cito se Hersfeldiam recepisset, junctis tamen copiis Hersfeldiam venerunt, volentes, ut intromittantur. Hoc non solum factum legimus,

---

wernünd der Tandt der Stennen nüfft Hönna ist, welcher bey die 200. warn mit Herzog Otten, und sonsten Grafen, Rittern und Knechten, die Hatten nicht allein Eschwan in Hessen, sondern auch in Düringen, Landen und Leüthen, Städten und Dörffern, darumb verbunden sich zusammen Landgrafft Balthasar von Düringen und Landgrafft Hermann zu Hessen, zu widerstehen den Stennern, welche damn von Hirschfeld grosse Uebelthat thaten. Et mox ita: anno Christi 1376. da zog Marggrafft Balthasar von Meissen auf die Stennen mit starcker Krafft, und lagen, da sich von Hirtzberg 2. Meilen ober Hirschfeld, da satte derzumal einen ein Knecht von Liebberg, der auch in der Stennen Bund war, und die Herren geflogen darfür auf ein Schlosse, und lagen lange darfür, und da satten sich die Herren wider die Stennen verbunden und verbündet.

leginus, sed et Abbatem cum Principibus ex eo tempore conventientem. Anno 1378. die profesto S. Vitalis Bertholdum una cum Eberhardo de Buchenau, vulgo vetus anser (die alte Gans) dictus, Gotschalco de Buchenau, fratre ipsius, Wernero de Falckenberg, Friderico de Schwenckwald, monacho Hospitalario (Spittler) in monasterio Hersfeldensi, Alberto de Thanna, Decano et Portenario (Pfortner) et Friderico de Hattenbach, monacho rubro, denuo nonnulla contra jura oppidi Hersfeldensis proditione tentasse putida, disci potest ex hoc etheosticho:

Vespera VItaLIs CrUX saCra pLena MaLIs.

Res omnis sic habebat. Invitaverat cives Abbas, erga illos perfidiam, ut putabat, in se comissam, vindicaturus, instructo splendido convivio, hac intentione, ut, quando omnes facti fuerint ebrii, civitatem stellatorum societati, quae numeroso cum exercitu convenerat in vicinia et comitibus de Waldeck, Ziegenhain, de Lisberg, Hanaw, Isenberg multisq; nobilibus ex Saxonia, Westphalia, Hassia, Buchonia, Franconia, et Wetteravia traderet, ipsos vero cives rapinae et rabiei militum relinqueret. Fiebat vero, ut circa habitantes nobiles, quibus domicilia erant in Hersfeldia, advenirent, venderent, illa vili admodum pretio, sub speciosa illo titulo, quasi Hersfelda sit interitura. Erant illi de Buchenau, de Huna, de Konrod, de Milrode, de Hattenbach, de Altenberge, et alii, ea spe, se omnia proxime recepturos cum bonis civium. Significaverat tamen hoc ipsis nobilis quidam Simon de Huna, candidi pectoris vir, et nobilis literis, quibus se hostem ipsorum declarat publice infensissimum, talemque se exhibiturum hac ipsa nocte. (††) Quibus literis acceptis, convenient statim con-

(††) Hujus tenoris: Ich von Hirschfeld wisse, daß ich Simon von Huna, Ritter, vür und vür Burger stand sage will mit meinen Helffern und Landsgenossen, und

fules cum civibus omnes, vigiles ubiq; disponunt, loca omnia visitant, undique circumspiciunt, et tandem hostes suos in Decani domo lapidea inveniunt, adgrediuntur, ac capiunt. Erant vero sequentes: Albertus de Thannen, Ludovicus Luger (Lotz), Johannes Merser, Wigandus, ABBATIS FILIUS, Hermannus de Aue (Abe) Johannes de Schwallingen, Hermannus Vetterus. Captos hos omnes per civitatem ad noctem usq; trahunt, singulosque simul demum nocte irrumpente capite plectunt. Dei ūs urbem invadentibus, multi interficiuntur, reliqui cum Abbate multo pudore suffusi, Eicham se recipiunt. Eberhardus de Engern, qui novem antea expugnavent urbes, e muro prospiciens sagitta per galeam trajiciebatur, in cujus memoriam galea ista ferrea hodie adhuc in frontispicio curiae suspensa conspicienda est. Propositum hoc suum Abbas conspiciens irritum, in apertas cum urbe descendit inimicitias, castra sua ad Eicham et in S. Johannis monte ponens, suburbüs statim omnibus Hersfeldensibus, magni licet spatii, ab eo incensis, oppido etiam quoquo modo et quantum potuit, vexato, vitibus in agris incensis, frugibus equis protritis, virginibus stupratis, sacerdotibus et monachis omni affectis, illius contra pagis omnibus a civibus incensis, ipso vero a divina nemesi visu tandem suo privato, ut abbatiam etiam suam resignare habuerit omnino necesse. (q) Interim

---

will uns nicht allein uns dem Hüte stossen, sondern uns uns Leib und Ehren, und will das diese Clausl stehn. Darnach habt uns zu richten. datum unter meinem Insigel. Vitalis Mittw anno domini 1378.

(q) ZEILERI Topographia Hass. p. 51. BECHER Chron. Thur. p. 365. Jo. BISTORT Chron Thur. p. 145. 146. 147. DILICH Chron. Hass. p. 208. 209. 213. Chron. Hersf. Germ: Dessen Verlassen erwarte seine Rebellen, und

Interim tamen litigia tam diu protrahebantur, donec tandem, ope monachi, anno adhuc 1378. urbs clandestinis copiarum adjutoricium insultibus ab eo esset occupata. Otto sequenti anno (1379) denuo Falconum foedere (der Falkner) cujus pars praecipua erat nobiles de Dalberg, Fridericus de Lisberg, et nobiles de Hanstein in eo et nomen suum profitebatur Abbas Bertholdus de Volckershausen (V) Eodemq; anno (1379) confirmavit rursus quosdam census annuos trium scilicet talentorum, cum quindecim solidis denariorum, redimendas per octo et triginta cum dimidio talentorum denariorum, quos equus Hermannus de Sibeleiben collegio principi S. Mariae Gothano vendidit in pago Sibeleiben, cujus ipsa diplomatis verba (5) adducere haud pigrabimur:

Ekin Berchold von Gots Gnaden, Abt des Stifft zu Hirschfelde Lehen, vnn üffenbarn an dissem Briefe, daz der gestrenge, Hermann von Sebeleibin, unser lieber getrüwer, mit unserme Briefe und gütim Willin, den wir darzu gegebin habin, vorkauft hat recht und redelichen den Herren, dem Techin, und Capitel zu un, vir Frowen zu Gotha drey schunt und fünfftzehen schilling Hallir ewiglich zinsis, gelegin zu Sebeleibin, an Hofen und

---

und er ward stockblind und must die Regtorey übergeben, und ging der, weil in dem Stift wir ein neuer Abbt, und alle, die ihn sahen, schlotten sein, und übten ihn für einen Abgott, daß er kommt er sich selber würdigt, und wann er sprach einen Befehl, so schwuren: Bist du ein Hirschfeldisch Kind, so vergieb mir meine Uebelthat um Gottes willen. Und er starb. 1380.

(V) DILICHII Chron. Hass. p. 214.

(5) V. TENTZELII Suppl. II. Hist. Goth. p. 199.

von rabe, dy von uns zu Lehen gehen, dieselben Zinss fahin wir
gelegen, und lihen an disem üffin briefe den vorgenanten Lehen
und Capittel recht und redelichen mit dem Unterscheide, daz der
vorgenante Hermann von Sibeleben den vorbenanten Zinss winder,
fünfen marg unde vierhalbib unde dreissig schilt schonige, als er
von Sammunt von yre ungenge sait, wanne ymr daz geschiehen
ist vor sante Michels tage. Und zu Urkunde habin wir unsir Ingesigil gehangin an disen briefe der gegebin ist nach Cristi geburt
dreyzehenhundirt jar, darnach in dem nun und sibinzigsten Jare,
an Fritage nach Sante Egidii Tag.

Atque de his tribus talentis, census loco, Capitulo Gothano, singulis annis de bonis in pago Sibeleben solvendis, triginta talentis nummorum Gothanorum coëmptis, prolixam syngraphan dedit Hermannus de Sibeleben, quam ex chartario rursus produxit (t) TENZELIUS, hujus structurae:

Ich Hermann von Sybelebin unde Dytrich, min son, mit andern
unsirn fribin, bekennen öffintlich an dysme togenwertigen briefe
vor uns und alle unsir werkennen, die nochin erbin, daz wir recht
und redelichen mit gutim vorbedechtin muden und wole mit
Fründe vorkofft habin, und vorkouffin öffintlich an dysme bi-
fe dry schilt schonig goldes Ysenacher wore iserlicher zalde Zinsses
alle iar zu vorgunde und zu bezalen üff sante Michaelis Tage
ye dy stad zu Ysenache, an unsirn gutin, dy wir habin zu lehene,
von unserre Lere von Hargesholde zu dem dorfe, und felde zu
Sybelebin, als es mit gemarcht stat, von fruendingen Hern,
dem

(t) Suppl. II. Goth. Hist. p. 204. 205.

den Tehend, und Zugehörde des Stiffts zu unsir Liben Frowen zu Ostfar vor drysstig gesund gutter Ostfar Pfenge, dy man Sysselbin Rocz, fier gentzlich und gut vorgulten haben, und wollbezalt etc. Sysselbin abgenumten Zeinste habe wir redlichin vorbrufft mit Zunft und mit gutin Willen unsirs Herrn des Bysts von Hirsfelde, Closter, der abgenumten gute, als uns wol ab ergen die Brysse, dy derselbe un, sin Herr von Hirsfelde vu sal darüber gegebin etc.

Ipsum anno 1380. satis concessisse, postquam prius, ex visus defectu, uti supra audivimus, resignasset, distincte tradit WILH. DILICHIUS in Chronico Hassiae (u) et autor Chronici Germanici Hersfeldensis; sed veriorem WISRECKERUS reputamus epocham, quod Bertholdus, Abbas, Albertus, decanus, una cum toto conventu in Adolfi I. Archiepiscopi Moguntini, patrocinium, fidemq; anno 1385. ipso die S. Bonifacii, Confessoris, se contulerint, (uu) ut esset sibi auxilio contra Landgravium et urbem,

(u) p.

(uu) Verba diplomatis dabimus per compendium: Adolph. „„„ als Ire „„„ Berthold Bysst, Albertus, Dechant, und der Convent des Stiffts Hirszfelde und zu iczere und aller Stiffts Manschaft, Purre, Pfarrere und Hand, haben gebaren und gewonnen haben, und und „„„ alle des Stiffts zu Hirszfelde stadt, pflosse „„„ gesessen haben, und darin und darüsse zu helffen „„„ das ist gered, dass der Bysst zu Hirszfelde das Pflosse die Eyche inne haben und besitzen soll „„„ Wurde aber, das zwischen und dem Bysst, den einen und den Landgrafen zu Hessen oder der Stadt zu Hirszfelde an andern Theile Zweiung und Krieg entstunde, so sol der Hermann von Baymbach, Spideler des Stiffts Hirszfelde, Conrad von Rumrod und Hermann von Volckershausen das Pflosse die Eyche innehaben und haben, und und

datis tamen super hac re peculiari cautiones literis Abbati. (uuuu) Imo et sequenti 1386. anno varii, qui essent auxilio contra Landgravium Hassiae, ab Abbate fuere conducti, praesertim cum et Hassiae Landgravio litigia cum Balthasare Landgravio Thuringiae et Ottone, duce Brunsicensi, intercederent. (†) §.

Adolf, erzbischoff zu unserer Hoffnung, als zu einem Vorweser, Hüter, pfleger und Hantfaber, und den obgenanten bezt " " zu seinem Fürsprechen und zu, pflichtiglich gewesen, und gelobet, und " " damit zu gewarten, den Krieg uff, als dis sal weit gesetzt. Und wenn der Krieg geriehte, so soll der bezt die Hezt wieder zu sich nehmen, die man ihme nicht soll lassen folgen. Gegeben bei Aschaffenburg 1385. am Saint Bonifacii Tage.

(uuuu) Verba diplomatis eo tendunt. Adolf " " als " " Berthold, bezt zu Hirzfeld " " und zu irem und des Stifts Vorweser gehaben sein, und und alle in Besloss und Stete gesatzt haben und denen und darzu zu behelfen " " ist gerett, das sie und ire Besloss sin zu lassen und S. Petri und Pauli nechst Comb über ein Jahr, wieder den Landgrafen zu hesben mit gewalt, die sie zu offnen, ob wäre denn, das ab zu solchen Sachen queme, und sich gebürte, das sie das gerne thun wolten. Gegeben am S. Bonifacii Tag des Monatgerett.

(†) Testante hoc autore de Landgr. Thur. apud Eccardum p. 462. An. dom. 1386. orta est discordia inter Landgravium Thur. et Hassiae, in qua Landgravius Thur. cepit Eschinwege et Suntra. Anno seq. Balthasar intravit iterato Hassiam, cum Episcopo Moguntino, et cum Ottone, duce Brunsicensi, et ceperunt civitates, Rotinbergk, Milsingen, Nidingstein, et Gundinsberg, et plures alias civitates igne destruxerunt; et duravit illa discordia pene tribus annis. Autor Chronici Hersfeld: (mm

§. LXXIII. Alterum ex celeberrima Boeneburgiorum, ac non minus, prosapia, quam meritis et opibus illustri familia speciatim dicta de Hontein eorum, qui vulgo albi appellantur, nunc ob pietatem insignem, (m m m) multaq; bona, monasterio benevolo collata animo, laudandum, accipimus Abbatem Reinhardum, pedum cum magno sui encomio, uti 1388. capessentem, ita post exactum decennium anno 1398, naturae lege, cum antecessoribus suis deponentem (††). Manifestum hoc statim reddimus ex disticho arcis Eichensis:

Reinhardus virtute sua Boineburgius inter
Praestantes merito nomine, nomen habet.

Hoc tantum mihi de ipso innotuit, anno 1391. in coëmptionem unius mansi in pago Kannewurff, quem Alberto et Heinrico de Badere et Jutta, horum matre, Henricus, Praepositus, et monasterium ad Capellam acceperant,

---

Hersfeld: Anno 1386. da wurden die Fürsten mit Hansen Bischoff Adolph von Mentz, der tobende Herzog Otto von der Laub und Landgraff Wilhelm von Hessen, Freude Landgraff Hermanns zu Hessen, und fuhren keine andere Versuch zu im, den das were einer gewe ein stifftig von dem Landtzu Hessen gehabt hätte, auch dass er ein pfaffenkolfetter were (erat enim Magister Hermannus Pragae creatus) und hette gewer Frieden gehabt, das konde im nit gegonnet werden. Der Bischoff bekriegte in zu Hüttenberg, und hette das Schloss gewe gehabt, aber sandte auf darauff Engelbrecht von Griffen in der Gegenwehr, wie er zuvor auch gewesen were, der Bischoff gr, von Nidenstegen und den Falckenstein, aber er mochte sie nit bekalten, umb das von Griffen willen, Herzo Otto abgewann verbrannte Treenhausen, Melsungen und Rotenburg, und were gewe von seiner Hausfrauen wegen ein feide zum Lande gewesen. Landgraff Balthasar zog an die Fabrinigy, darumb nahm er Sontra und Lychen ein; den Landgraff Herman hatte auf seiner Seiten.

(m m m) Autor Chr: Hers: Und auch im (Berlet von Volckershausen) ward gar

consensisse Reinhardum, quod, ut distinctius ante oculos sit, ipsam apponimus tabulam:

Wir Reinhardt, von Gottes Gnaden, Bischof des Stifts Herzfelde, bekennen öffentlich mit diesem Briefe vor uns und unsere Nachkommen, also, dass Adelbrecht und Heinrich von Landow, Gebrüder, und Jutta, ire Mutter, unsir lieben Getrewen, uns rechten, rechtin Erbes verkauft haben, den Geboren Christlich Lüten, Frn Heinrich, Probste, und dem Closter gemeinlich zu der Cogellen der Wirdigen Hüfe ordenlich Landes, und ein Wirdigen Hüfe Zehen Gütis, gelegen in den Woldin und Flüssen zu Kummersdorff mit allen rechten, nützen, freyheiden und Rechten, also sie sie besessen und gebraucht haben, und sie von uns und unsern Stifte zu Lehne weren: das haben uns die vorgenanten von Landow, und Jütte, ire Mutter flissig und fruntlich gebeten, die vorgenanten Güter von uns zu empfahen, und den vorgenanten Probste und Closter zu der Cogellen zu leyhen, und von in zu entpfahen und zu nemen. Das haben wir durch solicher Bete, und auch durch gemeinlichkeit willin, die das vorgenante Closter zur Cogellen, zu unsirn Stifte, und sonderlich zu unserm Closter zu Golitzow hat, die vorgenanten Güter von in zu empfahen mit allin iren Zugehorden, also vorgeschrebin stet, und den vorgenanten Probste und Closter, und iren Nachkomen die gelihen, und der bekant vorzeigit und gewiset, leyhen bekennen, nemen und

---

ein redlicher frommer Mann recht gemacht, genannt Reinhardt von Boyneburg, des Geschlechts von Hohnstein, welche man die Weisen nennet, der hat viel Gütes im Stifte gethan, dass man seine Tugend noch preiset.

und zeigin, also wir von Rechts wollin und mögin, daß also daß
vorgenante Closter zu der Lazellin und und unsern Nachkommen alle
Jar üff Sancte Michels Tag nyn Pfund Pfennig in unsir Cammere
geben und antwurtin sol unsern Boten den wir darumb senden,
zu Urkuntnisse solicher Zinsunge. Und zu Urkunde haben wir
unsir Ingesigel an diesin Brieff lassin hencken, der gegeben ist nach
Cristi Geburt dryzehenhundirt Jar, in dem nyn und nünzigstem Jare,
üff den Fritag, nest nach unsir Frowen tag Assumtionis.

Cum castrum Boppinhausen nobilium de Steinruck anno 1393. in Buchonia a Balthasare, Landgravio Thuringiae, Episcopo Herbipolensi, ut et Abbate Fuldensi (†) obsideretur, ipse Reinhardus Abbas eodem anno 1393. belli ac turbarum fessus in medium afferebat cum amicis, quae ad communem faciebant pacem, ac in eandem postmodum quoqs consensit, (X) at, ut de externo hoste quoqs esset securus, foedus in sex annos sequentes ipse ac Conventus suus cum Friderico, Marchione Misnensi et Landgravio Thuringiae, iniit salutari admodum consilio. (Y)

(†) Autor de Landgr. Thur. p. 464. a. 1393. Balthazar, Landgravius Thuring. et Episcopus Herbip. ut et Abbas Fuld. cum pluribus alijs nobilibus miserunt suos ad obsidendum in Buchonia, castrum Boppenhusen, contra illos de Steinrichte; sed fraude et dolo nobilium de Buchonia circumveniente, castrum non ceperunt, sed mox per machinas et jacula muros undiqs destruxerunt, et quasi inhabitabile fecerunt. (X) Tabulae publicae hac in causa datae in Archivo asservantur Wittenberg. sub titulo: Wie bey Reinhard von Hirschfeld in den gemeinen Landfrieden gegangen ist. (Y) Literas foedus hoc concernentes in Tabulario reperias hodie comuni Wittenb: cujus summa: Wie sich bey Reinhard ans Convent zu Hirschfeld zu Marggraff Friedrich d. Jüng. war, bünden sol 1395.

§. LXXV. Vix ex manibus depositum pedum, jugi fratrum concordia demum anno 1398. suscepit HERMANNUS, (nescio, cur alibi exaratus HERMIGERUS) (Z) hujus nominis secundus, ex nobilium gente de Aldenburg, retinuitq; illud, donec mortis violentia ipsi demum anno 1418. excuteretur. (α) Loquuntur id rursus versus arcis Eichensis:

Aldenburga tuis jactans, Hermanne, parentes,
Laudant ob ingeü maxima dona tui. †1418.

Aluit is in sacra sua familia Eberhardum, Decanum, Nicolaum scholarem, Pastorem Hersfeldensem.

Ad gesta, quando nunc devenimus, ex primis, quae ad nostram pervenire notitiam, fuit, quod anno 1405. Henrico de Sinderstete, Abbati Georgenthalico quatuordecim mansos, et quindecim curias (domos) quorum unus mansus censum dedit quinquaginta duorum denariorum singulis annis, pro nonaginta sexagenis grossorum, vendiderit in pago Hundisborn. Tabulae, cum rationem venditionis illius temporis clare ostendant, et quae latibula rabularum jam obduraverit jus Romanum, Germaniae invectum, e re erit, illud audire omnino integrum:

Vrix von Gottis Gnaden, Hermann, Bezt des Stiffts Hersfeldt, Eberhard Techant, und der Convent gemeiniglich der ygenannten Stiffts, Sancti Benedicti Ordinis, gelegin in Mentz Bistums, bekennen offentlich

---

(Z) Ita eum nominat M. I. N. Oberlenderus in memoria superiorum temporum in oppido et monasterio Colledensi, ante reformationem, p. 22. ubi id ex literis instaurationis aræ gloriosissimae virginis Mariae (quarum autographum inspexi ipse, atq; sic deprehendi) discas, quas confirmavit Henningius Abbas Hersfeld., praeposito tunc existente Colledensi, Joanne, Comite Beichlingensi, Hedwige de Thunna, Abbatissa, et Elisabetha Salfeldia, Priorissa, anno 1404. die Philippi Jacobi d. 1. Maji.

(α) WINCKELMANN. Chr. Hass. pag. 262.

vn dysen gegenwerdigen offin brieffe, und tun kunt, allin Lüdin,
dy dysen brief sehen, hören oder lesin, dz wir mit dem gemeynen
gerichte zu rade, gut by einander zu myner Capitelfrue
komen, mit gemeynde mynes Ordens, als dy darzu komen soldin
und mochten, und sehen dz eynmudin, dz wir durch sundirlich nütz
merklichin sachin und notdorfft mynes Stiffts und Conventz gemein-
lich mit gudin wol vorbedachtin Rate und mute, eynhelligin willin
und allir und alle der ebtissin mit dem Rate, willin und vorhengnisse
des Kompt gesessen solde, habin vorkoufft ewiglichin, recht und redelichin,
zu ellir list und gewarde und vorkouffen ewiglich vor uns und unsir
nochkomelin mit ordnunge und gutir Rechtfertigkeit des Briefs dem
vorgenandin in Gode geistlichin Herrin Herwige von Eindirstete, Bysse,
hartunge, priori, Heinrich Kalnow, dem Convente, allen gemeyne,
unsin Closter und Hofhuse zcum Jungenthal gewid vorbin, dz nyn,
namelich Mencze Lichtenwid c. ewiglich zu besiczene und zu behaldin
vierczen Hufe Landis und fünfftczen hufe, a die hofestede, dy darzu
gehorin und den vorbenczinsen dorselbin gütir, dy uns nicht wil mücze
sind gewest bishar, bundirn dz gelt, dz wir darumme unsern und
unsern Gotshuse wil mücziger ist, und auch dy vorgenanten Herr,
von wil wir darumme geben, wenn gemand anders tede, also dz sy dy
huben mit ire czinsunge czinsit 16. alle iar und gebit czu rade,
zinse jerlich uff sand Walpurge tag Marg und czwenzig schonge,
uff sand michilstag, nün marg und czwenczig schonge gudir schonge,
dy sy den hern czu dirinnen vol, gerne und gemer sind, und sy
hern, gehorin zu dem dorffe und felde Jundisborn, dy muss und nu,
sind Stiffts recht sunge czyn, bis uff dese czyt, gewest sind mit allen

czugehorig Mucz̄en, rein, und reinigten, als wir und unser vorfaren
herkumen und nachkumen, bewant, und unbewant, zu felde und zu dorffe
czirk dy gute besessin zum gotshus und herbergk haben, mit allir
czugehorunge solche lange czit, und iwer, der gedenkens nicht en ist,
noch nymant anders gedenken mag dy es bezinse gewonnen wurde,
lich und gewerlich frey ledig und gefreyt von allen gewelt, underteny,
bete, dinste, bede, und an alle besserunge, gedenkenisse und gute,
gunge, recz wen dy vorczeichenet und benumen mochte, allen Herren; also
dass dy obgenante Herren Rat und Convent des Gotshus sante Jorgen
thal, vorgenant, und alle yre nachkomen nach in ewigin und dass ewi-
gen Closters ewigin fullin behalde und besicze dy vorbeschribene
hufen, hofe, hofestede, unbezinste, und gute ewiglichen mit allen
nucz̄en czugehorungen, rechten rein, unden, und besseren von allen
Herren beschwerungen und hindernisse, als wir dy bisher besessen
und genz gehabit han. Darumb sy uns gentzlich und wol
bezalt habin umbezig gulden gropschin, gudir gropschin, dy zu dem
Lande czu Doringen wol gange und genem sint, und wir obgenan-
ter Rat herrn und Convent des Stiffts Hordfelde dy umbezig gul-
den von yn genomen haben, und wol bezalt sind, des uns gen-
gib, und wir dy in unsirs Stiffts nucz und frumen ewiglich
gewant habin, an beseren nucz und besser gute gebracht habe,
wen uns dy vorgenante gutter czu hundirboren waren, und de-
rom sy der summe umbezig gulden gropschin quitt, ledig und los
mit Urkund des briefis vorbt ewiglich nicht mehr von uns edir un-
sern nachkomen noch nymant von unsirn wegin czu fordern,

von Hagnow vorsetzt vorgin, zu beim Wirt, und haben mit iren rygint, pfarst, nutzen, vorn, possessin und rechten willigklich upfgelassin, upf, gegebin, und upflassin mit Kraft und macht des briefs willigklichen, luttirlich an alle List und alliß gevarde und gebin den egenanten Orgte, Dartenünge und Gotzhuß sante Jurgintal ewiglichen gantze Macht und fry Gewalt sich zu dy vorgenante Wirtzen Hufe Landes, Orgte, Hofstede, ackerzinße, alle Zugehorunge zu ezu sichzen zu ezu ezins und zu underwindene, als zu ire rygin gute und dann ewiglich ezu gebruchen, one mussir sindernisse und alle andere sor, sonn, ezz dy mogin gewand sy, sy sint geistlich adir weltlich ezu besiezene, fry an beschwarunge, als wir dy liber und mussir Stifft besessin haben, und globin zu gudin trewin vor uns und alle mussir nachkomer, den egenanten Horn Orgte und Dartenunge dez Gotzhuß sante Jurgintal der gute, ezinsen, rygnis und alle ezuhorunge recht vore ezu kunde und ezu sygne und alle sor vorbenant, als rygnis recht ist, und sy zu rygne ewiger bestetunge ezu bringene, mit recht an alliß gevarde, zu sprache, ergelist, und widdirrede aller sorn, sy sint geistlich adir welt, lich, ezz wen dy gewinnen mag. Und vor ich, daz ein gewand zu dy vorgenante gute sprache mit recht, dorer ansprache sollen wir sy abetun und entloren, an alle gre pfandin, wen uns daz mit gein rychin brifen vorkundigit wird. Auß gebin wir uns egenan, der Orgt und Convent dez Stiftes Hirschfelde vor uns und alle un, sir Nachkomen der vorgeschribin gute, Zinse, rygnis und alliß

wolstib, dz wir davon gehabt haben, adir zu czukumftigin czitin, wir und unsir nachkommen immer mochten gewinnin von Gnaden, von Rechtin, von unsirs ordins geschicht, und gewohnheytin, von Landfestin, adir Briefen, dz wir beschaldin sin, adir noch beschaldin möchtin, von babistin, von bischoffen, von Kayserin, Kongin, Fursten, Rittern, geistlich und weltlichs recht wolstib, davon wir mochtin zu tage adir zu gantzin widder zu unsir wolt kommen, oder gehindirt werdin, zu dy vorgenumte gute, genczlich vorczigen und vorsorgit, und vorczigen uns luttirlich ewiglich aller alliz unbetrogyd und gewerde an disen Briefe zu dy vorgenumte gute, czinse, nutzin, nucz, recht, und frayheyte, nicht czu schedlich, noch argwonit von unsir wegin, noch kegin unsir nachkommen sie davon czu kegin, zu keynen wib, adir czu den gutin mit nyn, adir beschundirn, wort czu habin, und ab wir adir unsir nachkomin zu czukunft, dz geschitin, keine Briefe, privilegie adir landfesten funtin, dy dy obgenumte güter ex recht, nucz oder frayheyt ane ker, tin, davon wir ist wolstib gewinnen oder beschaldin möchten, dy briefe sole keyne macht habin und czu schedlich, adir czu bes, schadigen dy obgenumte kyt, Gnadenunge, adir gen unsir nachkomen dez egenczelich sente Jurgintal an den czinse, gütir adir rechten zu allen vorbeschribenen stucken, worden, und artickeln, sundern wir sole sie dy entwerden und geben zur widdirwerde. Sie sole uns ußgeschlossin sin zu disem Kouffe alle mine, kinder, lichte, uffsetze und gewerde, davon dasselbe Briefe und Kouffbrief

zu

zu bezuge yrem Closter möchte gebrauchen, vorgiet, wie ge-
schrieben worden. Das wir mergenannte Brst, Closter und Convent
des Stiffts Lorchfelde vor uns und alle unsere Nachkomen, daß alle
vorgeschriebene Stücke, werde und Vorkomft unverbrüchlich von uns und
unsern Nachkomen, als ganz, gehaltin werde, als vorgeschrieben
stet, so geloben wir zu gutin trüwen den mergenanten Brste und
Convente Closter Jungintal und yren Nachkomen mit urkunde dis
Briefs die vorgenanten Komft Stücke und Artichil werde alle und
yren ygklichin besunderen stete, veste ganez und unverbrüchlich eze
halden, und nimmermer dawidder eze tunde, noch schicken, daz
ir wider werde gethan, zu Urgen wird von geistlichin oder welt-
lichin Gerichten, wez die schuld genant, oder zu eze beschirmen eziten
mochtin genomet werde, sunderlich oder usserhalb, und ob ge-
mand die wider tun wolde, von unsir wegin oder mochte tun,
von bebistlichir oder Kayserlichen oder andern geistlichen oder we-
reschaftin wegin, dem saltin wir zu wollen sein, und unsir
nachkomen dez nicht tolgin, noch stete halden, oder gebruchen zu
Argen wird aus gevarde, sunderen wir wollen und als werbe,
schriben ist, alles der Kraftin, die schuld geistlich oder weltlich, ge-
stalt, gewonheyde und alles andern stucke, damete wir uns wid,
der den vorbeschriebenen Komftstucke und der Artichele sinnen
mogten behelfin den vor dickgenanten Brste und Convente des Clos-
ters Jungintal eze schadin und uns eze frommen. Dez
wir der nicht saltin noch wollen gebruche, noch mit zu behelfin

vns vellich gewandt vnde vergliche, vnd dez zelbe zů eyme ewigin Orkunde gebin wir Hermann Abt, Eberhard, Cuntz, vnd der Convent gemeinichliz des vorgenanten Stiftis Hersfelde vor vns vnd vnse Nachkomen vnsir Abtige vnd Conventes grozze ingesigel an desen Brif gehangin lazin vff sente Anthonii, vnse Erin Anno domini millesimo, quadringentesimo quinto.

Anno abhinc altero 1407. hic ipse Hermannus, Abbas Friderico, juniori Landgravio Thuringiae alteram partem pagi Gebesae, pro septem marcis argenti cum vendidisset, debito et illam modo tradidit (C). Anno 1409. lis inter ipsum et Landgravium Hassiae, Hermannum, fuit terminata, praesente ac interveniente Imperatore Ruperto, Francofurtensibus a Comitiis revertente, et Hersfeldam monasterium comodum sic invisente, ibidemq; aliquandiu multis cum Principibus comorante. (γ) Sed fatalis rursus subsequens

(C) Molleri Annal. Sax. p. 5.

(γ) Principes nempe Hersfeldiae aderant Henricus, Brunsuicensis dux, Hermannus, Thuringiae Landgravius, Comites Hennebergenses, Ziegenhainenses, Waldecenses, et alii. Urbis Hersfeld: tunc centurio (Stadtschultheiß) erat Simon de Waldenstein. Ingressus in urbem publici initium ab ipso fiebat, cum sequentibus octodecim comitibus, alias multum ab Imperatore et Principibus aestimatum ob virtutis, fortitudinis et pudicitiae custodiam, siquidem hujusdem transgressores aliquando 24. albis fascis suspendi jusserat. Vide DILICHIUM Chron. Hass. p. 226. WIGANDI Archiv. Buch p. 263. a. Chron. Mstum Hersfeld. Germanicum.

Sequens erat Hersfeldenſibus annus 1410. dum nempe cum quibusdam Buchoniae incolis in graves diſcordias et diſſidia incidunt. Nomina ūs erant Fridericus Stupfferus ex primarūs, cui accedebant, Wernerus de Grumbach, Hermannus (Heinricus) de Weyhers, Hermannus de Buchenau, Wilhelmus de Rumrod, Hasbergius junior, Hermannus et Henricus Knackerus, Hermannus Buel, Henricus, Hartungus Ramsbachius, Georgius Franchacher, Henricus, Dechier, Balduſius (malus ille Scultetus) cum ſervis ſuis Georgio Franckio, Tholderico Schurlig et Tholderico Böttnero, Heinrico Walthero, Speithardo, et Joanne Kennero. His cum ſemel eſſet propoſitum Hirsfeldenſes modis diverſare omnibus, ūsdem multum ſubinde infligebant damni, inter alia et aliquando Hersfeldiam circumſidentes duos juvenes in ſylva, Queſte dicta, invenerant, Ludovicum nomine Meſſerſchmidium et Gerlacum Goldium (Holier) quos manibus pedibusqꝫ in vigiliis nativitatis Chriſti truncatos in arborem ſuſpenderant, ſed quando Fridericus Stupfferus anno ſequenti 1411. die lunae illius hebdomatis, quae a cruce nomen accepit (Creützwochen) irruiſſet ante Hersfeldiam in quaedam vini dolia, quae invenerat, in urbem vehenda, omnibus ūs infregit fundos, ſociiqꝫ rei injuſtitia mollitā, cum intermittere id nollet, ſolum reliquiſſent, Hersfeldenſes eum inſequentes eodem potirentur in eo loco, qui ipſis Zellersgrund appellatur, captum eum altero die patibulo addicunt, quo ipſo quies exinde reſtituta fuit. (d) Anno 1412. (et non 1312. uti excuſum eſt in diplomate a C. F. Pfaffio adducto (e) nam Chronologia aperte repugnat) Nicolaus Schuler (Scolaris) Paſtor antea Comitum Kirchbergen-

(d) Jo. Bangius in Chr. Thur. p. 152. 153. J. H. Weinrichius in Henneb. Eccl. et pol. ſtatu p. 337. ubi tamen 1420. pro 1410. irrepſit.

(e) Legitur in Werneri Hackii de Comitibus Kirchbergenſibus diſſertatione in Syntagmate Pfaffiano p. 342.

sium in Cappendorff, nunc, ut capio, Pastor Hersfeldensis, novam vicariam in Xenodochio novo S. Annae, ad portam S. Georgii sito, Ifenaci instaurauerat, dotaueratq, cujus bona, quae feudi nexum habebant, Abbas Hermannus, accedente suo consensu dictae Vicariae adjudicavit, ea ratione, ut singulis annis Abbatiae Hersfeldensi, in agnitionem feudi, duas libras cerae solveret, sequenti diplomate:

Nos Hermannus, Dei et apostolicae sedis gratia, abbas monasterii Hersfeldensis, d. Benedicti Ordinis Mogunt. dioeceseos notum facimus praesentibus et posteris, scriptum inspecturis, seu etiam audituris, quod cum honorabilis vir, Dominus Nicolaus, dictus Scolaris, Pastor dictae dioeceseos noster sincere dilectus unam Vicariam seu altare, in honorem omnipotentis Dei, et gloriosae virginis Mariae, matris ejus, Beatorum Andreae, Apostoli, Nicolai Confessoris, et Barbarae, virginis in hospitali novo, contiguo valvae S. Georgii Ifenachensis situm, in parochia S. Georgii, oppidi praedicti instauravit et dotavit, et dictum altare pensionavit cum quibusdam bonis reditibus et censibus, quae a nobis, et a nostra ecclesia Hersfeldensi procedunt in feudum, ut literae dictae suae instaurationis plenius edocent. Nos, ob nostrae salutis remedium et ob grata servitia, quae dictus dominus Nicolaus nobis et nostrae ecclesiae saepius impendebat, et adhuc impendere debet, dicta bona ac reditus ipsos, census et pensiones, quae a nobis et a nostra ecclesia in feudum procedunt, ut praefertur, ad sustentationem ipsius Vicarii, et suis successoribus in dicta Vicaria deputatis, quantum ad nos et ecclesiam nostram concernunt, ipsi Vicariae appropriare curamus, et praesentibus appropriamus pure et simpliciter propter Deum, ita tamen,

quod

quod quilibet praenotatae Vicariae Vicarius tunc nobis et noſtris ſucceſſoribus annuatim in feſto Michaëlis duas libras cerae ad cameram noſtram, ratione propriationis, ſolvere debeat. In cujus rei teſtimonium praeſentem paginam ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari, anno domini MCCCXII.

Eodem 1412. anno die Matthaei Apoſtoli ingreſsus eſt Hersfeldiam Rupertus, Rex Romanorum, natus Comes Palatinus Rheni, et Dux Bavariae, ibidem permanens usq; in diem S. Michaëlis, ad quem confluebant Hermannus, Landgravius Haſsiae, Henricus, Dux Brunſuicenſis, Comites Hennebergenſes, Ziegenhainenſes, et Waldecoenſes, Burggravius Koribergenſis, multiq; ex nobilibus provinciae tredecim ſc. Buchenavii, Waldenſteinii, de Schlitz, Rumrod, Isenberg, ubi et diem ſupremum ſuum obiit Cancellarius Imperatoris, nuncupatus tunc pro tempore ſupremus ſcriba, Johannes de Lautterburg, cui etiam propterea exequialia multis vigiliis hic fuere habita. (*)

Anno 1413. die 1. Auguſti, qui vulgo Petri ad vincula ſolet denominari, inter Fridericum, Landgravium Thuringiae et Marchionem Miſsiae, Wilhelmum divitem, Fridericum juniorem Balthaſaris filium, itidem Landgravius Thuringiae et Marchiones Miſnenſes, ex una parte, et Johannem II. Archiepiſcopum Moguntinum, Johannem, Epiſcopum Herbipolenſem, Johannem, nobilem de Merlau, Abbatem Fuldenſem et H. Z. M. St. Num., Abbatem Hersfeldenſem, ex parte altera, foedus fuit initum Hersfeldiae, ut quisque

(*) Chron. Mſtum. Herſf. de hoc ita: Und do Königs Obriſter Schriber Joannes von Lautterburg, der ſtarb zu Hersfeld, welchen man noch da begroben mit Vigilien und Seelmeſſen. Sine dubio tamen ille erit Johannes Weinheim, cujus in diplomatibus injiciunt Goldaſtus T. 1. Conſtit. Imp. p. 386. Hundius in Metropoli Salisburgenſi T. 1. p. 417. Leibnitius T. 1. Codicis Juris Gent. p. 285. Freherus in originibus Palatin. p. 118. Schilterus in jure publico p. 82. ut adeo verum hoc ipſe nomen, Weinheim, illud vero a patria fuerit, et Hersfeldia Imperatorum Conſiliarüs et Cancellarüs fere fatalis exſiterit.

alteri pro viribus consulat, et quoties ab altero de ope rogatus fuerit, eandem ferat (2). Clarius hoc cognoscet L. B. ex tabulis ipsis hac de re confectis:

Wir von Gottis Gnaden Johanne (N) des heiligen Stuls zu Mentz Ertzbischoff des heiligen Römischen Reichs in Gallien Landen, Erz, Cancelir, Johannes, Bischoff zu Würtzeburg, Johann, Abt zu Fulde, Hermann, Abt zu HERSFELDEN, Friedrich, Wilhelm und Friedrich, Gebrüdere, und Graffen, Landgraven in Düringen, und March, graven zu Meissen, bekennen für uns, Unsere Erben, Lande und Leute, und thun kund offenbar, mit diesem Briefe, das wir durch Friedes und Nutz willen, uns und unsere Lande und Leute, uns mit einander vereinigt, verbunden und verstrickt haben, und in Kraft dis Briefes also, das uns, einer dem andern für besser nun gutwilliglichen beholfen und beraten sein soll, mit aller seiner Macht, wenn uns einer dis vornimmt ersucht, wieder allermenigliches niemands ausgenommen, die wider den uns einen oder mehr, oder die unsir wieder Recht angriffen, beschedigen oder vergewaltigen wolten, geistlichen oder weltlichen an Gewerde, und unsir einer soll uns dem andern solch Hülffe gethun und thun, also dicke es des vonnöthen, not und noth sein wirdet, und soll sich uns doch do wieder mit setzen, noch das verziehen in keine Weise. Welcher uns unter uns Fürsten vorgeschrieben also dem andern die seiner eigen Dienste und Hulffe versichert wurdet, solch derselbe Fürst der also genannt hette, beholfen in seinen Kosten, und Landen, das man das wir der Fürsten Diener, die im also zu Hülffe und Dienste geritten waren, frayen Rouff geben und einen zimlichen mogelichen Schatzung und ist mit Ei-

man

(2) MULLERI Annales Sax: p. 7. (N) Est Johannes II.

man bredt und betzydingt, wer es, dass wir von solcher Hulff weg
Closs oder Vesten genommen, von welchen under uns dz zu lon gange,
oder dawegen were, den solte das bliben; weren aber solch Vesslosse
die uns ane zugen weren vorgundat, oder vorsetzt, so sollen wir das
Gelt, so für sie vorgundat, oder vorsetzt weren, triben, vnd nem Zusl
genanegenter Lute, die uns zugliche Zuwste, dann uff den Felde satte,
ab were dann dass uns einer, der die Vesslosse oder Vesten vorsetzt
hette, das Gelt von iren und vorsetzungen haben wolte, dan das uns
genommen were an Gezewde, so solte demselben under uns dasselbe
Gelt volgen mit den Vesslosse, oder Vesten, die er also vorsetzt, oder
vorgundat hette, wenn sie aber mit Fründ zigen, vnd zingen von
unsir Herren czu hofen, so sollen wir dieselbe Vesten und Closs
und dass dorzu gehoret, mit gewandir bisetzen, und gliche triben,
oder die brechen, wi wir dis den zentwaltzugligin mit gewander
zu Rate werden. Werren wir uns Fromin angefangin, oder leis-
ger hette, der nit in die Bunt gehoret, den solten wir triben mene
Zaffle genanegenter Lute, die dobey weren, so der Frein gebite, an
Gezewde und sol diese Einunge weren und bestehen diese nechsten sechs
Jar gheid vnd datum dicz brives gelegende, und darnoch als lange
biss unsir einer vorgenanten Fursten den andern dab weisentlichen
in einen offen Brive upsagit und vorkundigit, an Gezewde. Diese
obgeschribene Einunge und Vorbundniss gewadin und gelobin wir
obgenante Fursten bz unsir fürstlich Ere und Eluenden unsser
yuer den andirn in gütin Treuen stete, ganz und unuerbrochen,

lichin czu haltin, an brey und an allin yrrunda. Dass czu Urkundt
so habin wir unsir ynglichir sin Ingesigil an disin brif thun hanbin
wissintlichin. Datum Hersfeld in die beati Petri ad vincula
anno Domini MCCCCXIII.

Anno 1414. Hermannum cum conventu suo receptum legimus a Johanne II. Archiepiscopo Moguntino, in patrocinium et tutelam, ac imprimis ob rigidiorem ordinis S. Benedicti observationem, teste diplomate hoc super negotio confecto (yy) quod omnino, ob singularia nonnulla, quae continet, meretur, ut heic legatur integrum:

Wir, Johann, von Gotis Gnadin des heiligen Stuls zu Mencze Ertzbischoff, des heiligen Römischen Richs in Ditschen Landin Ertzcancelir bekennen, als der Erwirdig und geistlich in God Vater, Her Hermann, Apt des Stifts zu Hersfelden, S. Benedicti ordens, in unserm Bischtum gelegen, an uns komen, und fur uns bracht hat, das er und sins Stifts Herren, nach rade gelerter phaffen, eines Satzes und Ordenung uberkomen sin, wie man nu furbas me in irem Stift zu Hersfelden halten sollen den orden und regel des lieben Herrn S. Benedicti, und an uns begeret und uns demutlichen gebeten hat, das wir sie zu solichem angefangen heiligen leben, das sie mit hulffe des allmechtigen Gots understanden haben zu halten, und zu sollen - furen zu ewigen gezyten, hanthaben, schuren und schirmen wollen, diwiele sie in unsern Bischtum gelegen, und wir yr Hanthaber, Schurer und Schirmer sind,

wann

(yy) Finit ita: Datum Höchst Dominica post decollationem S. Johannis Baptistae 1414.

wann sie das one unsere hanthabunge beschurunge und beschirmunge nit wol sollen-furen, noch sollenbrengen mogen. Daß wir angesehen haben des egen. Herrn Hermann, Apt zu Hersfelden, demutig und flisig bedte, und auch ander Erwirdiger und geistlicher Furßen und Herren ernstliche bedte, und auch sunderlichen, daß wir darzu geneiget sind, wo wir Gots-lobe, ere und dinste gemeren mochten, dan wir das, nach gotlicher ordenunge, gerne tedend als billich ist. Darumb so haben wir den vorgen. Apt Hermann, sinem Stift und Stifts-Herren, die iren, das ire, und das zu irem Stifft gehoret, in unsern und unsers Stifts zu ehentze Schirme genomen und empfangen. und wir wollen sie auch getruwelich hanthaben, schuren und schirmen, als andere unsere und unsers Stifts unterthanen und getruwen.

Hierumb so bieten wir alle Furßen, Grafen, Herren, Rittere und Knechte, und stede, die unsern willen thun und laßen wollen, und empfelhen und gebieten auch allen unsern Amptluden und underthanen, wo die gesessen, oder wie die genant sint, daß sie den vorgen. Apt Hermann — in allen den sachen und notdurften, darumb sie sie dann anruffen, und des an sie gesynnen werden, umb unsern willen, und von unsern wegen furderlichen, gunstlichen und behulflichen sin wollend. Das wollen wir gegen die Furßen, Grafen, Herren, Rittere und Knechte und den Steden, die das also thun williglich und gerne verschulden. So ist es auch von unsern Amptluden und undertanen besunder wol zu danckxen, wann sie uns damit ganzen willen bewisen. Urkund dieses briefes — der geben ist zu Hoeste MCCCCXIIII. des Fritags nach S. Johans Baptisten. tag, als er entheubt wart.

Atque ficuti oppido anno 1415. conventio inter Ludovicum II. Landgravium Haſſiae et ipſum, qua illi portarum ſuarum promiſerant apertionem (*) ſalutaris admodum accidebat; ita viciſſim ſequenti 1416. inter motus Huſſiticos calamitoſum valde ac luctuoſum contingebat civitati diſsidium, dum in illis Simoni de Wallenſtein (Waldenſtein etiam ſcribitur ſcribitur, et credo credo eundem eſse cum ſupra laudato centurione urbis Hersfeldenſis) quidam a ſervitio ipſius occideretur. Nempe cum hic Wallenſteinius, mortem ſui miniſtri vindicaturus, Henricum Waldeccenſem, Fridericum Hennebergenſem, Johannem et Godofredum, fratres Zigenhainenſes, Comites, Johannem et Gerlacum fratres de Breitenbach, equites, Hermannum et Reinhardum Schenckios de Schweinsberg (DD) et alios plus quam octo et quinquaginta ſocios haberet, iſti cum quadringentis equitibus, multisq; peditibus Hersfeldam adgrediuntur, cingunt, eoq; cives tandem adigunt, ut ipſis omni ex parte et ad voluntatem ipſorum ſatisfacerent. (l)

§. LXXVI. Neque, Hermanno a. 1418. decedente, deficiebat alter, ſed aderat ALBERTUS, e meritorum ſplendore inclyta nobilium ſtirpe (K) a Buchenau, cujus frater tunc Coadjutorem Abbatis Fuldenſis

(*) WINCKELMANN. Chr. Haſs. p. 263. (DD) Ex hac proſapia novimus Joannem Bernhardum, Abbatem Fuldenſem, qui a. 1632. ad Luzem globo trajectus periit, dum proelium inter Caſareanos et Suecos in arbore ſpectat.

(l) DILICHIUS in Chron. Haſs. p. 238. 231. (K) Hermannus ſiquidem de Buchenau ab a. 1446. Abbatem egit Fuldenſem. Conf. Eb. Fabricii Gloriam Fuldae p. 162. 165. Sic Johanni II. Abbati itidem Fuldenſi, motus nonnulli excitabantur a gente Buchenavia, max tamen ſopiti. V. BROWERUS A. F. p. 328. 330. Quae litigia oppido Hersf. cum eadem interceſſerint, ſupra vidimus ad annos 1416. A. 1470. vixit Engelhardus de Buchenau Familia ſine dubio ortum debet arci Buchenavienſi, quatuor lapides diſtanti ab Hersfeldia. Dimidiam praefecturae Wolfferdorfenſis,

densis agebat, qui et postea Abbas ibidem fuit electus, qui Abbatis a severitate cum primis dissidio cum agnatis et propinquis de juribus Abbatiae, quae acriter defendebat; denig, postea cum civibus Hersfeldensibus, noti (KK) munia per viginti obibat annos, ab anno videlicet 1418. (KKK) usque ad annum minimum 1439. (λ) Heic ante S. Andreae altare sepultus. Hunc juxta cum alijs concilio famoso Constantiensi, a Sigismundo, Caesare, convocato, interfuisse, (λλ) arcis Eichensis versus perhibent:

Albertum Buchenoja tum Constantia vidit
Summa Concilio laude praefse suo. † 1438.

---

densis, Fridericus de Buchenau a. 1398. Hermano Landgravio Hassiae vendidit, hodieq, ad Abbatiam Hersfeldensem spectat Judicium feudale Buchenaviense, Schildschlag.

(KK) Chron. Hersf. Motum: Dieser war gar ein starcker Mann, gestaltig und rauh, und das Glück war ihm das gewogen. Er lieb dem Stifft mit Theil, den das seine mit abbrechen und steuerte mit seinen eigenen Freunden von Buchenau, und adelicher Gerechtigkeit genannt in Schildgelegen, aber er mochte sein Vornehmen mit bestreitigen, und blieb, als er nun war. Der, auch hat er mit den Bürgern von Hirschfeld einen Zanck an, durch den selben kam von Hirschfeld, darein drohen gesagt ist. (KKK) Chron. Motum Hersfeldense: Als man zelte nach Christi Geburt 1418. Jar da ward ein Abt zu Hirschfelde, erwehlt, der hies Albertus von Buchenaw, und dessen Bruder war dero Zeit Coadjutor zu Fulda und darnach ein Abt daselbsten worden.

(λ) Hinc videas, quam errent, et alios errare faciant, tum Winth: Chr. H. p. 262. tum W. DGlichius in Chronico H. p. 89. Jo. Mich. Weinrichius in statu pol. et eccl. Henneb. p. 79. qui eum quidem a. 1438. demortuum asserunt, sed posterior etiam addit, ipsum prius Abbatiam etiam resignasse. Quod num verum sit, alius excutiendum relinquam, mihi non idem videtur. (λλ) Vide Gualteri Chron: Let. Bertius L. III. Rer: Germ: p. 843. Seb. Munsteri Cosmogr. L. III. p. 794.

Anno 1418. pacto inter Johannem, Wurzburgensem Episcopum, ac Fridericum et Wihelmum, Landgravios Thuringiae, Marchionesque Missiae (n) vi cujus quisq; tenebatur alteri quinquaginta cum militibus quavis succurrere occasione, et oppida sua aperire promte, contrag, itidem cujusvis insultus defendere. Ab hoc foedere excepti tamen erant Sigismundus, Imperator, Wenceslaus, Rex Bohemiae, Johannes, Archiepiscopus Moguntinus, Ludovicus II. Landgravius Hassiae (*) Albertus, Episcopus Bambergensis, Joannes, Abbas Fuldensis, ALBERTUS ABBAS HERSFELDENSIS, Duces Bavariae, Marchiones Brandenburgenses, Johannes tandem Burggravius Noribergensis. Proximo ab hoc anno denuo foedus pepigit cum Johanne, Episcopo Herbipolensi, Johanne, Abbate Fuldensi et Ludovico, Landgravio Hassiae, contra nobilium de Thann familiam, quae Meinungam ante occupaverat, Johannes vero Episcopus Wurzburgensis, in suam rursus recuperat potestatem, ut scilicet conjunctis viribus, ad genium ipsius seculi illos nobiles oppugnarent. (v) Anno 1421. Ludovicus II. Landgravius Hassiae, cum Senatu, populoq, Hersfeldensi convenit, ut ipsorum jura, privilegia et libertates contra Albertum, Abbatem, si forte iisdem detrahere attentaverit, jure et armis tueri vellet, latis hanc in rem et in majorem fidem defensionis ut vocant literis (Beschützbrief) vi quarum teneretur, ipsis cum omnibus suis copiis assistere et opibus (z).

Simonem

(n) Hoennii Chron. Coburg. annal. p. 97.
(*) Utpote Dominus territorialis et advocatus coenobii ab antiquo.
(v) Laur. Frisii Chron. Wurzb. p. 699. 6.
(z) Wenck. Chr. H. p. 263. a.

Simonem de Wallenstein, Centurionem urbis Hersfeldensis interfuisse proelio quoque lego, quando Archiepiscopus Moguntinus, anno 1427. a Ludovico Landgravio ad Frizlariam fuit profligatus, quingentis suis relictis et captis (ʒʒʒ) quo ipso anno et Johannes de Doringberg fuit natus, cujus magna in Hassia sequenti tempore fuit potestas. Hebus monasticis adhuc a. 1439. praefuisse Albertum, ex eo conficimus, quod hoc ipso Moguntino Archiepiscopo, Theoderico castrum suum Landeck adhuc vendiderit, contradicente licet Chronico ~~M.~~ Hersfeldensi (††).

§. LXXVII. Ab illo tempore 1439. Abbatiam adisse accepimus Conradum ab Hatzenroda (Hirczenrot) eandemq; usq; ad annum 1452. tenentem (O). In versibus arcis Eichensis hoc meruit elogium:

Hertzenroda pius per se celebertima factis
Conrado majus fert tribuente, decus. † 1452.

Anno a regimine coepto altero 1439. Hersfeldiam in cineres propemodum redactam legimus. (Π)

(ʒʒʒ) Chr. ~~M.~~stum Hersf. (††) Quod ita: Es war der Zeit ein treffliger Burger zu Hirschfeld, genannt Hermann Gerwigk, auf denselbigen gelobte der Legt, Kurfurst zu Cöln von dem Bischoffthum Bengt, und da er zu ihnen gen Hirschfeld kam, verjungerte er ihn, dass er starb in der Gefangniss, und war der Burger des Unglücks unbesorgt, davon viel Volks dem Stift und der Stadt erfolgete, und da unterstund der Legt so viel Widerwertigkeit zu, dass er die Legtey abergab, da glück hatte sich von ihm gewandt, dasser gar verhasst war, und darumb a. 1438. starb derselbige Legt und ward begraben vor S. Andreae Altar.

(O) Winck: l.c. W. Dilich. nomen saltem ipsius affert in Chr. H. p. 89.

(Π) Jo. Bangius in Chr. Thur. p. 159. et Chr. ~~M.~~stum Hersf: und in dem Jahr 1439. brannte Hirschfeld das beste und mehre Teil auch, und gerieth grosser unser, unerdlicher Schade von solchen Sachen, davon ist Hirschfeld auch wüste worden.

Sub ipso anno 1452. Domicellus de Aldenburg mortuus est, ac in aede cathedrali sepultus fuit, teste scriptura sepulchreti, quae ita habet:

Anno Domini MCCCC LII. in Profesto Sancti Valentini Martiris obiit providus Domicellus Johannes de Aldenborg, Armiger. Cujus anima requiescat in pace.

Si DILICHIO in Chronico Hassiae (e) velimus credere, ille non 1452. sed 1458. demum obiisset, et quidem ex veneni, per Monachos Hersfeldenses praebiti, suspicione, quod ille simul cum Ludovico, Hassiae Landgravio, qui vitae Monachorum impurioris acerrimus fuerat antea Censor, e vita discesserit (57). Sed haec veritati haud consona deprehendimus. Epitaphium ejusdem, quod in monasterii Basilica hodie ostenditur, consulentes, ex quo potius manifestum reddimus, eum 1455. die XX. mensis Februarii mundo valedixisse: quod miror, WENCKELMANNUM toties Hassiam historiae hujus causa pervagantem non attendisse. Juvabit, illud heic adduxisse ad literam:

ANNO DNI. MCCCCLV. XX. MĒS. FEBRVARII OBIIT. DNS. CONRADVS DE HIRCZENHOT. ABBAS HERSFELDENSIS, CVIVS ANIA REQVIESCAT IN PACE.

S. LXXVIIII. Vix depositum a Conrado pedum, concordi fratrum electione Anno 1452. traditum denuo fuit LVDOVICO, Vice-Domino, seu uti ad hodiernum dialectum efferre solemus, Wizthumio

ab

(e) pag. 245. scribens: dwz ist etlicher Meynung, weil er ein sonderb Innsehen auf die Münzt, ihres Wezigkeit wegen gehabt, ihm s. Landgr. Ludwigs solle durch denselben etliche vergeben worden, angesehen, dass auf der Brst zu Hirschfeld zugleich mit ihme 1458. umkommen. Nisi sit Ophalma typogr. et 8. numerus pro 5. repositus fuerit, quod facile potuit contingere.

ab Eckefftedt, (S) de Boringen, (T) ex notissima Nobilium Thuringiae Prosapia Wicethumiorum oriundo, qui manu impigra illud vibravit, simulac etiam cum laude ad III. usq; Kalendarum Octobris, anni 1481. (V.) prodente hoc nobis omnium rectissime λόγῳ ἐπιλαφίῳ hodie in Basilica Hersfeldensi adhuc legendo: (VV)

ANNO DOMINI MCCCCLXXXI. III. Kalendar. OCTOBR. OBIIT REVERENDus PATER et DNS Dominus LVDEWIG VICEDNVS ABBAS HERSFELDENSIS ECCE (i. Ecclesiae:) CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

(S) Ita audit ap. Dilichium, in Chron. Hass. p. 89.

(T) In Schedula Colledensi, quae indita fuerat globo turris S. Johannis templi ibidem A. 1482. vocatur expelius Ludovicus Vitzthum de Boringen, quam affert M. Jo. Nic. Oberländerus in memoria superiorum temporum ante Reform. Lutheri. p. 20. Anno 1500 Ob. Geburt 1482. ist dieser Thurm gemacht worden. Bey dem angefangen Jahr die Ehrwürdige Frawlin von Hemmerberg Probst, Margarethe von Hanau begriffen, Ludwig von Thimen Priorin, mit iren Convent, mit Namen XLVII. Jungfrawen auf die Zeiten — ein Herr von Hirschfeld, Vogt Ludwig Vitzthumb von Boringen, der ein Herr ist über diss Jungfr. Kloster und Probstey daselbst. etc vide Autographum, quod incipit: Ich Ludwig von Gottes Gnad, Vogt zu Hirschfeld &c.

(V) Ut pateat hinc, quam falsus sit DILICHIUS, eundem anno 1481. decessisse, in Chronico suo Hassiae. pag. 89. memorans.

(VV) Hoc uti et antecedentia cum sequentibus debemus singulari humanitati Conradi — MELSI, Doctoris Theologiae ac Directoris Gymnasii Hersfeldensis dignissimi, meritissimi, quam, uti prolixam expertus sum, ita decentes, publicasq; hoc ipso ipsi decerno agoq; gratias.

Cum quo consentiunt arcis Eichensis versus:

Inclyta Vizthumbae Ludovicus gloria gentis
Prudenti gestat tradita sceptra manu. (Ψ) † 1481.

Claruit sub hoc abbate Antonius Schnackenburgius, Annalium Corbejensium Conditor haud incelebris. Cujus memoria et Hersfeldensi coenobio perennitatem simul conciliasse posse omnino existimanda est. Natus is erat Anno 1437. ipso Antonii Eremitae festo, unde et statim in regeneratione insequenti nomen traxit. Literis exinde ad Annum 1447. excultus et perpolitus fuit in Coenobio Iburgensi, Dioecesios Osnabrugensis, hinc vero annis maturior factus, missusq; Anno 1453., aetatis vero decimo sexto ad stirpiculum suum, Canonicum majoris Ecclesiae Monasteriensis, ab ipso fideliter fuit institutus, atq; ita, ut anno vigesimo sexto, Christi 1463. ordine subDiaconatus mactatus Corbejam Monasterium intravit sub Hermanno Abbate quadragesimo octavo. (X) Sed heic quando vita dissolutior apud Monachos indies caperet incrementa, exit inde permissu Abbatis sui Hermanni Boemelburgii, et Hersfeldam contra ingressus est, factus ibidem Magister Novitiorum. heic etiam Anno 1476. ipso S. Benedicti festo vitam cum morte placidissime commutans.

Venerat jam ante Wilhelmus, Dux Saxoniae, Hersfeldam, ut litem inter Ludovicum et Henricum, Hassiae Landgravios, componeret, sed ausu plane frustraneo, ut eventus docuit. (Ψ) Et cum bellum gliscceret, et tantum non in dies

(Ψ) non scripta, uti apud WINCKELMANNUM excusam legitur pag: 262.

(X) ANNAL. CORBEJENSES apud PISTORIUM Syntagm. R. G. p. 416. 417. 418. 419. 420. Abiit ergo cum licentia Superiorum, ut vocatus Magister Novitiorum, ad Monasterium Hersfeldense A. 1471. Confer praefixam Pistorii his Annalibus praefationem.

(Ψ) DILICHIUS Chron. Hassiae. p. 250. quod tamen postea omnino perfecit Ludovicus Landgravius, teste Chronico Mscto Hersfeldense: da kam der fromme Fürst Landgraf Ludwig, und machte einen Bestand zwischen den Parthyen, u. unter andern war gethädinget, dass der Abt und die Mönche nicht bey 24. Pfd. weit nimmermehr zu die Stadtmauren bauen solten, u. die von Hersfeld solten Mauren und Thürmen bessern u. bauen, ist dass hinfüro der Missstände vermieden würde: dessen müssen nun beiderseits sich also verhalten.

dies creſceret, dum utrigz Principes Ius aperiendi portas in Hersfeldia haberet, accidit Anno 1479. ut Henricus, qui partes Abbatis Fuldenſis tuebatur, et praetexebat, ſe Dominis de Buchenau in auxilium cum aliquot equitibus venturum,

Hersfeldenſes portam ſibi vellent aperire, ſe fratrem Ludovicum aggredi non velle, ſed quando vellet intromittere, cum eſſet Senior et Tutor ſeu Advocatus Hersfeldenſis. Ille ex compoſito noctu veniens ab iis intromittebatur. Cum ergo ille ſic urbem prius ingreſſus eſſet, civibus non parum per octo dies moleſtus eſſe coepit, cum ſuis portas occupare atq; eandem, uti nonnulli ſcribunt, diripere muros ac operas prius militibus ſuis et civibus occupaſſet, et Befehalcus Metſch a Wilhelmo Duce Saxoniae ad Henricum miſſus et civis Hersfeldenſis Simon Gerwig, prudentia ſua interveniſſet, cives verſus ipſum inſurrexiſſent omnes. Quando vero et non longe poſt Ludovicus natu major ante urbem et portem S. Nicolai veniret, et intromitti pariter ut legitimus illorum Advocatus cuperet, Cives admonens ſui officii et praeſtiti juramenti. Henricus contra, qui cives ad hoc faciendum promtos videbat, eos rogabat, ne hoc facerent, ſe fratris futurum amicum, neq; illis onerosum. Ipſe Abbas Ludovicus ex vice Dominis ad portam Nicolai veniens, cives admonebat, et ſui juramenti ipſi praeſtiti, ne ſetim illi portas aperirent. Transactum denig; eſt, ut noctis ſilentio et auxilio ad evitandas tot hominum caedes ab altera urbis parte clanculum per Johannis portam emitteretur, ac in Haſſiam remigraret. (w) Quod equidem primum male habebat Landgravium Ludovicum, ſed dum illud a Simone à Waldenſtein ipſi ut ſapiens factum et ad abolendas tot hominum caedes ſuiſſet interpretatum, ipſis ignovit et omni gratia ipſos proſecutum eſſe affirmavit.

Anno 1476. Henricus Landgravius per Legatum ſuum Conradum de Boeneburg, Wilhelmum Landgravium Thuringiae et Ducem Saxoniae honorifice literis invitaverat cum uxore Catharina de Brandenſtein, qui Eum poſt

(w) DIDACTICUS pag. 2550. Chron. Chſot. Hersfeldenſe.

S. Petri montem seu Monasterium decenti honore excipiens, Hersfeldam in Hospitium deduxit, liberaliter eundem excepit, immò Principe digno modo. ∃ Rostae tunc degente, ad Martinalia Marburgi celebranda, quo cum venturum se promisisset, Wilhelmus ipsi usq; Hersfeldiam obviam ad eundem Boenebargium misit. [ ] Stato tempore eo pergens Wilhelmus cum Conjuge, ac Marburgum die solis ante Martinalia ingrediens obviam habebat Landgravium Henricum, ad montem Locham cum 600. Equitibus eumq; cum suis sub dio rursus excepit. Multa ibidem exercitia habita saltationibus, decursionibus, et ictibus, atq; in his cum Wilhelmus cum Johanne de Dornberg in campo ad Ketzerbach, ex ephippio excutebatur, pro hoc sui facto ab eo equo donatus fuit; iis absolutis Thuringiam remigravit, a Conrado de Boeneburg concitatus Hersfeldam, itemq; lupo manufacto, qui ipsum in via fere dilacerasset, quem propterea statim interficere jusserat. (a)

Sicuti vero Ludovici Abbatis Corpus, uti supra vidimus, Hersfeldiae resurrectionem expectat; Ita vicissim Pater ejus Henricus, mater et majores sui ac tota fere familia Arnstadii, superiori sive S. Mariae Aede, prisco jam tempore, sepulturae accepit erunt locum, testante hoc clarissime sequente scriptura Lapidi sepulchrali inscripta, et ab ipso hoc Ludovico coepte anno, quo ipse migravit ad plures, in perpetuam suam et progenitorum memoriam, ibidem confecit.

ANNO DOMINI MCCCCLXXXI. REVERENDUS. DOMINUS. LUDOVICUS. VICEDOMINUS. DEI GRATIA. ABBAS. ECCLESIE. ERSFELDENSIS. ORDINIS. SANCTI. LAPIDEM. ISTUM. OB. RECOLENDAM. MEMORIAM. SUAM. ET. HENRICI. VICEDOMINI. PATRIS. ET. MATRIS. AC. OMNIUM. PARENTUM. SUORUM. QUI. HIC. SEPULTURAM. AB. ANTIQUO. ELIGERUNT. QUORUM. ANIMAE. REQUIESCANT IN PACE.

Hanc

(a) Chronicon Germanic. Hersfeldense.

Hanc scripturam, ut, tum insignia Vizthumiorum ac Abbatiae Hersfeldensis, tum scribendi istius temporis genius, rectus Tibi L. B. constet, ex Prototypo aeri traditum subjicere hoc placet.

Anno 1478. in memoriam liberatae a conjuratis suis hominibus Anno 1378. civitatis, centum adeò annis elapsis, votum fecerunt cives Hersfeldenses de processione singulis annis in die Vitalis profesto instituenda, quae ipsa in hodiernum usq; diem duravit, (ZZ) quam et illa maxima semper dissidii inter abbatem et cives ab illo tempore fuerit causa. (b)

Anno 1479. quando Rupertus Archiepiscopus Coloniensis, natus Comes Palatinus, officio vellet decedere et resignare, Sixtus IV. Pontifex Abbati Hersfeldensi Ludovico, (a.) Abbati Hainensi et S. Antonii Magistro, dabat in commissis, ut ipsis haec fiat publice haec ipsa resignatio.

Ex illo tempore Landgravius Henricus a tribus possessoribus, nobilibus de Hilroda, Leczeroda, et Altenburg, coëmit Castrum Friedewald, ja-

---

(ZZ) Chronicon Mscr. Hersfeldense: Anno Christi 1378. Jahr, da Gott der Herr die von Hirschfeld sonderlich behütet hatte vor dem schädlichen Anfall der Feinde, wie droben angezogen ist, da gelobten die Bürger eine Procession, welche sie noch alle Jahr auf S. Vitals Tag hatten. (b) Chronicon Hersfeldense MSCtum.

(a) Chronicon Hersfeldense: Und war zu der Zeit ein Abt zu Hirschfeld, der hieß Herr Ludwig, Vicedominus, der war gar ein stattlicher adelicher Praelat, und ein frommer Mann, derselbe hatte auf zu der Christenheit vorfahren, und auch der heil. Kirche gehabt Landgr. Ludwigs Sohn, hieß Heilfolm den Aeltern, und der kam zuletzt zuletzt auf eine Zeit vor Pfalzkastein, da stund Bischof Ruprecht, krag, lahm und unbehaftet, und übergab freywillig das Bisthum zu Cöln, in beyseyn Landgr. Heinrichs und andrer vielen Ritter und Knechte, und darnach ward Landgraf Hermann bestätigt zu einem Bischof in Cöln.

[ ] cens ante Sylvam Sulingensem, quod erat Receptaculum tunc [non satis semper sani capitis et propterea facile a Domino de Dorinberg ad hoc persuaso] et quidem portionem duorum priorum postea et tertiam partem a Richardo de Altenburg, ultimo sui pretii [ ] vili admodum pretio, quod castrum semper fuit feudum Abbatum Hersfeldensium. Ex eo factum est, ut multae solitudines (: Einöden, Grundholz, Feld und Wälder :) ad Landgravium Henricum pervenirent, olcum igni adjiciente Hermanno Loeflero, ministeriali provinciali Landgravii, qui multa eo spectasse affirmat, lignetum et bona, quae tamen Abbatia Hersfeldensis potius possederat, quae antea fuerant Abbatum Hersfeldensium, qui prius aedificium ibidem destruere, novamq; ibidem elegantiorem et munitam admodum arcem extruere curavit.

§. LXXX. DETMARUS (: THIETMAR :) a Haselbach, totius fere familiae suffragiis in Abbatem nunc cooptatus est Anno 1481. vix duobus tamen Annis Abbatiae huic praefuit, Anno nempe 1483. rursus naturae fatum concedens. Firmare hoc non solum ex Wilh. DILICHII (a) Annalibus possumus, sed et cum maxime ex Epitaphio, quod mox dabimus. Excessit die 6. Decembr. 1483. quod vel ex solo ejus innotuit Epitaphio, quod subjicimus, in Aede cathedrali hodie conspicuum, incisum aeri.

ANNO DOMINI MCCCCLXXXIII. NICOLAI
FESTO OBIIT VENERABILIS THAMMO,
CUI LATERE ET DOMINUS KNOBLOUCH
CONVOCATUS, ABBAS ECCLESIAE, POLORUM
cujus ANIMAE FRUATUR LUCE. Amen!

Sed cum maxime ex arcis Eichensis versibus (b) ita habentibus: Rebus

(a) pag. 89.
(b) Apud WINCKELMANN. Chron. Hass. p. 282.

Rebus in humanis quam parvo tempore durent,
Omnia, fors tua nos, Damianne, monet. † 1483.

De hoc mihi nihil est, quod referam, nisi quod Anno 1481. die 9. Januarii, qui erat dies Martis post Epiphanias, dissidia inter Abbatem Hersfeldensem et Wilhelmum III. fortem cognomine, Ducem Saxoniae, ob Praefecturas Breitenbachium et Berram orta, (c) fuerint composita.

Atque hoc circa tempus contentione inter Georgium et Bosonem de Buchenau, et Engelhardum, Simonem, Henricum et Casparum de Waldenstein, orta, Landgravio vero partes Waldensteinianas tuente, quod Simon ejus esset Marschalcus, Henrico vero Landgravio Buchenavios discordia nunc cum ratione fovente Johanne de Dorenberg, ut provincias bello inundarent, dies constituebatur à Wilhelmo Duce Saxoniae, ut eadem componeretur Hersfeldiae eo simul et horum Principum matris fratre, comparentibus Wilhelmo Comite Hennebergensi et multis nobilibus magnis juntibus. Et quod Anno 1482. rogatus a Wolfgango, Comite Hennebergensi utpote Advocato Monasterii Frauenbreitingensis huic in Frauenbreitung Praepositum constituent. (cc.)

§. LXXXI. Ex illo tempore praeclare munus hoc sustinuit per decennium, hoc est, ab A. 1483. usq; 1493. WILHELMUS a Volckershausen, expertae virtutis homo. Loquitur id denuo arcis Eichensis distichon, quod subjicimus:

Volckershusiaco Wilhelmus sanguine cretus
Succedit, proavis par gravitate suis. † 1493.

De hoc Abbate constat, quod anno statim 1484. ob favorem singularem erga monasterium vallis S. Georgii, hujus Abbati concesserit constitutionem Exporis

(c) Müller Annal: p. 47.
(cc) Jo. Mich. Weinrich. Lib. de statu Eccles. et polit. Henneb. p. 126.

Hohensirchensis, quoties modo hoc pastoris munus vacaverit, ita, ut quemcunq; Abbas Georgenthalicus literis patentibus in posterum Hersfeldensi Antistiti comendaverit, ille eo ipso confirmatus esse deberet simul ab Hersfeldensi. Hoc tamen commendato antea, quod aliunde didici, incumbebat, ut Abbati Georgenthalico manu sua subscriberet et promitteret plenam per omnia obedientiam, se sistendi Abbati et secundum jus respondendi, quando et ubicunq; iste voluerit, neque facultatem haberet excipiendi, aut se subducendi, sed sui et monasterii comodum ubique promovendi (d).
Et quid obstat, quo minus istud diploma inseramus integrum:

Ertz Erstillsolm von Gottz Gnaden zuezeiten Ebbt des Closters, unnder Stiffts zu Hirszfeldt, bekennen in disem unsern Brieff gegen allen, welliche nun und ymmer Nachkommen, das wir mit Erstillen und Vorgunnsst unsers lieben andechtigen Herrn Heinrichs, Vatters und Herren yuntzen Conventz des vorgenanten Stiffts, eyn sundrliche Bundnusst, die voritzunt und von altirs Herr unsser Vorfarren gehabt, gen Hebren zur dem Gottzhuse Banct Jürgentsal, nachdem sie noch vil Gutter von unserm Stiffte zur Lehn haben und Jerlichen Zinnss unsser Custerie czinsbar sindt. Sundrlich czu Heinrichen, der des Kirchenlehen Vitz und unsern Stiffte czustehet, haben Lutterlich und Gottis willen solch fruntschafft und Warenmuntnuss Christlicher Liebe, damit wir sie zur unsre Vorgesellschafft, Gott zuvorlichen nar und czu bittten gewonnen haben, zusprechen und czu bestetigen unsser Pfarrer zu Heinrichen darumb das dieselbe pfarrer unter

dem

(d) Et ut verba habent: Sondern sie sullen und Herren zu Jürgentsal zu halten, sein bestes und des Closters allezeit zu warnen.

dem genannten Gotteshuß zu Sanct Jürgenthal und nosser, dann und gelegen ist, nosser togelich schütze, nütze und hülffe wen Jür, dann wen und geschehen mag und uns notwendig und notwendigen in Kraft dis Briefs, das hierunder zen Ewigkeit gelichen ist verwiegt, zu nütt und nütze das nodt ist und sich notdürfft das selbige thin, schaffen zen Verkaufen das dann nun Abt zen Jürgenthal der da itzunt ist, oder hienach wenn nun togliche Person oder Priester schrifftlich zu nun bestan haben sol, dem dan, und nicht nun, wenn wenn nun Jylicher Herren und Abt czu Jürgenthal solche Leben und Gotts willen, und Almosen willen das Gotts zu Sanct Jürgenthal ungewiegert czu singen und zu lesen nach, wie sich gebürt und herkommen ist lassen sol nun genomb; das czu wenn Verkündern haben wir Ehrlichen, wen Gotts genaden wir, wolthen Abt vorgenannt unsir kyrlich Jürgesigel an diesen Brieff thun hangen, Do bekennen wir hierinn, dasselbe, vorgenannt und Capitel des genannten Stiffts das schaff, wie obgeschrie, den stehet mit Unsern Willen und Vorwenigniß geschehen ist, und czu merer sicherheit haben wir unsirs Convents Jürgesigel bie des genannten unsers gnedigen Herren Jürgesigel an diesen Brieff thun hangen. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto üff Dinstag nach dem Sontage Invocavit. (e)

(e) Ex tabulario Georgenthalico.

Sequenti 1490. anno litem inter hunc Abbatem Hersfeldensem, et Praefectum Kreienbergensem Marchi fulae per praefectum Wartenburgensem, si non compositam, saltem hujusdem compositionem fuisse tentatam, documento est superstes notitia, qua novimus praefectum modo memoratum Wartenburgensem ibidem consumsisse tres grossos et tres numos. (f)
Epitaphium ejusdem, quod hodie ibidem in aede cathedrali visitur, sic habet:

ANNO MILLENO NOVEM L. QVATER X.
SEMISENO Vir Glnis ENTEMIE PASTOR
AEDIS VENERANDAE, GUILELMUS VOLKER,
HVSeN EXTAT TIBI NON EST LOCVS HIC
IN AEVVM SED POTIUS VOLET ET HAC.
SVRSVM.

§. LXXXII. Ab anno 1493. Abbatis honores adiit VOLPERTVS (VOLBERTVS) e nobilium de Riedesel (f) a Bellersheim propagine. Quando vero iisdem se abdicaverit, me hucusq; cum Wincxelmanno et Dilichio latere, (o) nisi hoc nuper ex Chr. Browero didicissem, factum nempe id esse anno 1514. Versus alias de eodem in arce Eichensi sunt hi:

Volpertus regni commissas sumit habenas,
Bellersheimensis, quo duce floret honos.
Resignavit.

Interfuit

(f) Kochii Narratio de castro Wartenburgensi. pag. 155.
(f) Minime vero gentium, uti Dilichius habet, Reidesel.
(o) Illi in Chr. Hass. p. 262. Huic p. 89.

Interfuit hic Abbas anno 1496. nuptiis Wilhelmi, medii, Landgravii Haſsiae, ducentis in matrimonium Iolandam, Lotharingiae ducis filiam, praeſentibus praeterea Friderico, Marchione Brandenburgenſi, Wilhelmo juniori, Landgravio Haſsiae, Johanne, Abbate Fuldenſi, Philippo, Comite Waldeccenſi, multisq; alijs comitibus et magnatibus praeſentia ſua eas-dem ornantibus. (h) Non ſolum vero anno 1499. Wilhelmus ſenior, Land-gravius Haſsiae, cum Landgravio Wilhelmo juniore, patruele litigaverat ob Hersfeldam, dum nempe iſte ſolus eandem ſibi adſcriberet, exclu-ſo Wil-helmo juniore, (i) ſed et ipſe anno 1506. Hersfeldiam venit, monachos ad integriorem vitae ſtatum et cultum magis religioſum ſedulo admonens non ſolum, verum etiam adſtringens. (ii) Anno 1503. Abbatem Herren-breitungenſem Eraſmum, à monachis electum, ratum habuit, ac ſolenniori-bus literis confirmavit. Iniit poſtea anno 1510. ſub hoc Volperto Hers-feldenſe monaſterium unionem admodum famoſam cum Burſfeldenſi coenobio, cujus ſacrae ſocietatis ac congregationis jura, ac privilegia communicat nobiscum ſumme reverendus ac doctiſsimus Vir, I. G. Leucfeldius, amicus noſter certus, in Antiquitatibus hujus ipſius coenobii (k) Burſfeldenſis. Magna multaq; litigia ac diſceptationes etiam ab anno 1513. inter Abba-tem et oppidum diſſeminatae erant, et inter alia ob conductum in laudata modo civitate, cauſasq; ob alias varias; ſed cum componi iſtae per delegatos

(h) Dilichius p. 265.
(i) Dilichius Chron. Haſs. p. 379.
(ii) Joh. Mich. Weinrichius in libr. de ſtatu politico et eccleſ. Henneb. p. 99.
(k) Pag: 94. et 155.

non posset, hoc est, per vias juris et aequi, Abbasq; ad sumptus impensos nunc refundendos adstringeretur; ipse vero pecuniam dictatam exsolvere posset neutiquam, eo vesaniae delabebatur, ut Abbatiam Hersfeldensem Coadjutori Fuldensi, Comiti de Kirchberg tradere, sufficientemque contra ab illo accipere vellet suspentationem, atq; adeo Abbatia illa in posterum quasi Praepositura existimanda esset (m) Fuldensis (l) sane mali omnis et parum felicis futuri regiminis loco acceptum est, quod cum anno 1513. Hartmannus, Burggravius de Kirchberg Abbas Fuldensis consecraretur a suffraganeo Moguntino, et hic ipse illi adstaret Volpertus, cum Christiano Schluchterensi Archimandrita, inexplicabilis quaedam vocum et cantionum hiatus atq; confusio observata fuerit, incertum, an ex supina canentium negligentia, an ex inevitabili vocum dissonantia. (n) Unde et mox erat, ut hoc adhuc anno 1513. Hersfeldensis Abbatia Fuldensi vicinae nexu quodam amico (en verborum blanditias!) fuerit juncta, probantibus hoc et Maximiliano, Imperatore et Leone X. Pontifice, ita ut ab illo tempore non solum transitiones, sed et honorum mutua fieret communicatio, datis insuper acceptisq; fidei et obsequii sacramentis. Inde porro etiam fiebat, ut mox Volpertus, Abbas, S. Andreae Fuldensi monasterio, alii etiam

aliis

(m) Browerus Annn: Fuld: p.

(l) Bruschius in monasteriorum Germaniae Chronologia p. 229. Hartmannus, Abbas Fuldensis ecclesiam Hersfeldensem ecclesiae Fuldensi incorporaverat (ut hujus verbo dicam) annuente votis prudentissimi Principis etiam Caesare Maximiliano. Et inprimis Dilichius p. 275.

alüs praeficerentur (n). Atq; hujus consilii fons ab oppressa monasterii praenobilis libertate manavit (pergit Browerus, probe ita persiciens neq; minus ingenue confitens) quam cum Hersfeldenses incolae passim temerarent, nacti ex facili tunc quoq; patronos pupilli Landgravii, tutores, ac provinciae moderatores, qui in conductuum controversia, nec fori nec causae competentes in Volbertum federant judices, quem in grandis pecuniae summa damnarunt. Sed unionem hanc vix bene coalitam Anna Mecklenburgica, Wilhelmi Landgravii vidua, Philippi mater, artificio discussit, (o) quodq; summis Principibus ratum, quod Hersfeldensibus juratum, irritum et injuratum fecit; aemulo quoq; comparato Georgio Bischoffrode, qui Hassiaca fide tutelaq; defensus, arma multus huic ecclesiae subditis vim inferret. Quin et anno 1514. Helmverdeshausio (Helmarshausio) monasterio ad Dymollam Ludovicum ab Hanstein, ibi tunc Abbatem, accersit et Praepositis eligendum obtrusit. Anno 1515. Heimbachio et Vlffio, castris aemulorum, Hartmanni, Abbatis Fuldensis, copüs spolia-

(n) Brower. in Annal: Fuld: pag. 332. 333.

(o) Bruschius in Chronologia Monasteriorum Germ: Restitit viribus incoeptis industria muliebris. Landgravia enim Hassiae, ex Ducibus Mecklenburgensibus nata, infante quodammodo adhuc filio Philippo, conatibus restitit Hartmanni, eiq; ab ecclesia Hersfeldensi amoto, alium Abbatem substituit, et intra terminos Fuldenses contentum manere coëgit volentem, ne, an invitum, quis dijudicare ausit?

tus, Georgius Bischoffrode Sastorffium villam irruperat. Hersfeldenſium vero animis interea abalienatis, Hartmannus privatarum rerum ſtudio non verebatur Caeſaris Pontificisq; literas, quibus unio duarum Abbatiarum ſtabilita, condonare principi foeminae, ſuaq; manu jura demoliri, quae recens extruxerat (p) Hinc et aliqui eo inclinare videntur, quaſi is in adminiſtrationem Abbatiae Hersfeldenſis fuerit electus. (q) Sed juvabit conquerentem de hoc negotio an excidio audire Trithemium in Chronico ſuo Hirſaugienſi T. II. p. 639. ex alio plane fonte hanc monaſterii calamitatem derivantem, ac ſic ſcribentem: Anno dominicae nativitatis 1513. Volpertus Abbas Regalis Monaſterii Hirsfeldenſis exempti, noſtri ordinis in dioceſi Moguntina, —, —, paupertate et inopia preſſus ſimul et indignatione oppidanorum Hirsfeldiae motus, Abbatiam in manus Romani Pontificis Leonis X. reſignavit, ut ferunt, de fratrum ſuorum conſenſu et forſitan ad perſuaſionem quorundam, qui ordinis profectum non quaerebant. Nec dubium eſt mihi, jam ſerio poenituit, qui ceſſione ſua in triſtitiam alios mittere cogitavit. Quicquid enim Deus non plantaverit, in fine benedictionis fructu carebit. Hartmannus ex Burggraviis de Kirchberg, Abbas monaſterii Fuldenſis, mediante Caeſare Maximiliano, ut ferunt, a Papa literas obtinuit, quod titulum Abbatialem dicti monaſterii Hirsfeldenſis extinguendum conſenſit, et ipſum locum coenobio Fuldenſi conjunxit, univit et incorporavit. Unde idem Abbas Fuldenſis 9. die menſis Septembris

(p) Verba ſunt Browerii l. c. p. 333. 334.

(q) In his Zeilerus in Topographia Haſſ. p. 253.

Septembris anno praefignato, decanum fuum Praepofitum quoq; Montis S. Johannis et Cancellarium fuum certis cum aliis monachis et equitibus miſit ad monaſterium Hirsfeldenſe, oppidanis quid ageretur neſcientibus. Cumq; miſsi veniſsent ad coenobium, monachos in unum convocant, Decanum antiquum deponunt, novum ex conventu Fuldenſi conſtituunt, qui vice Domini ſui Abbatis, et monaſterium in poſſeſsionem et monachos ad obedientiam ſuſcepit; quibus peractis, ad Fuldam redierunt. Decima vero die menſis Septembris anno praeſcripto Fuldenſis Abbas ſaepedictus cum aliquot equitibus per ſe venit ad caſtellum extra Hirsfeldiam, quod BVRGVM nuncupant, in quo Abbas Hirsfeldenſis reſidentiam ſuam habere conſuevit, quo in poſſeſsionem ſuſcepto, familiam et quosdam in circuitu villanos in ſuam jurare fidem perſuaſit. Deinde nuntium miſit in oppidum requirens ab incolis ſimile fidelitatis juramentum. At illi nuntium ſine reſponſo rejicientes portas oppidi poſt eum clauſerunt, apponentes cuſtodiam, ne cui Fuldenſium de caetero pateret ingreſsus. Per multos dies et noctes oppidani muros cuſtodierunt, et portas, et nulla poterant ratione perſuaderi, ut qui Abbatem et dominum eatenus ſemper habuerunt proprium, nunc Fuldenſem ſuſciperent alienum. Laborat contra eos apud Caeſarem Abbas Fuldenſis, ſed quid obtinuerit in negotio, necdum ſcire poſsumus. Proh pudor! quod nobilis illa Regalis Abbatia per inutilem, ne dicam, inſipientiſsimum Abbatem, quae tot annis cum principatu floruit in gloria, datur in opprobrium, et in deſolationem perpetuam. Eſset, meo judicio, dignus, qui et ipſe perpetuo in carcere cum ſuis monachis puniretur. Cauſam breviter

judiciam. Primae considerationis est ratio, quod regularis vitae Transgressores tam petulanter, tam improbe et male vixerunt, a multis annis, quod monasterium quondam ditissimum in ultimam paupertatem perduxerunt. Deinde ut sciat posteritas, quam juste omnis vir bonus talium Abbatum et monachorum detestetur vesaniam. Quando Abbas Fuldensis castellum Eich, ut diximus, in possessionem accepit, privilegiorum monasterii literas quam plures reperit in straminibus aute canes projectas, quas partim integras, partim laceratas a canibus jussit recolligi, et cistam plenam deportari in Fuldam. Triginta sunt transacti temporis anni, quando Hirsfeldensis Monasterii Bibliotheca et multis et pretiosis adhuc erat voluminibus decorata, sicuti ex mihi tunc exhibito indice cognovi, quorum hodie pauccissima dicuntur inveniri. Omnium postremo malorum pessimum est, quod monachi cum Abbate deformatissimi tanto laborant odio disciplinae, observantiaeq; regularis, ut monasterium funditus perire maluerint, quam reformari. Sed cum nulla in mentibus reproborum proficiant verba bonorum, divino relinquamus judicio, quos sermonibus piae admonitionis nulla persuasione poterimus emendare. Imo hunc Hartmannum se quoq; scripsisse Abbatem Hirsfeldensem, documento est sequens diploma, quo Parochiam Themarensem separat a Leutersdorfensi, ad quam illa olim spectaverat, hic ipse Hartmannus, Abbas Fuldensis, literis ad Wilhelmum, Principem Hennebergensem a. 1514. datis sequentibus, hujusq; tenoris:

Deinde

Unsere freundl. dienst zuvor, hochgelehrter lieber Freund, Oh,
weiter und getreuer, wir geben dem wirdigen und hochgelehrten
unsern besonders lieben Doctor Lucas Henneln Thumherrn und
Official in seiner Abwesung die Belehnung der Pfarre zu Hamm
von der vesten Pfarrer zu Lautterbach belangende gesatzt, und
in Kraft des Fürstlichen Befelhs, uns derselben gegeben, dieselbe
Pfarre zu Hamm von der gedachten Pfarrer zu Lautterbach ab,
gesondert, darauf uns gebührlichen Processs decernirt und
ußgehen lassen, und also dass Hamm hinfürter zu versehen etc,
von uns unsern Pfarrer für sich selbst gesetzt und bleiben soll.
Und nachdem die Gerichtigkeit des Orts dem Pfarrwidem im
Obst Weiler unsern lieben Herrn und Freunde dem Bischoff von
Würtzburg als dem Ordinario zugehört, so ist unsere Meynung,
ung, dass die investitur desselben neuen Pfarrer, desselbigen
gleichen die Strafft der Gerichtlichen desselben Orts uns zu stehen,
so dass zu falle Sonet, seiner Liebe aber von Ihr von nöthe wer,
von gebuhrt, fürbehalten werde, damit derhalb desto weni,
der Irrung unfalle, dass nachstehet von uns zum besten, wie
wir den abgenanten Doctor uns zu verkommen gegeben haben,
dem uns freundlich zu thun sagen wir bereit. dat. Fulde uff
Donnerstag nach Assumtion. Mariae anno XIIII. (99)

Hertzog von Ostreich
Gnaden Abt der Stiffter
Fulda und Hersfeld, Fürst,
mpria Regentin
Hertz Leutzler.

(99) Eas exhibet Jo. Mich. Weinrich in tr. de statu eccles. et polit. Henneberg. p. 175. 176.

Intererat nempe Landgraviae quam maxime dissipatam hanc quantocius videre unionem, quod advocatiae, quam ab antiquo tempore jam habuerant Landgravii, non solum esset nociva admodum, sed et futuris suis aliquando, et ex ipsa Abbatia hauriendis commodis. Surgebant proinde mox hinc et inde hostes infensissimi, an exultati? et in his, uti audivimus, unus ex praecipuis Georgius Bischoffrode Volperto opponebatur, qui sub Hassiaco clypeo tutus et monasterio et subditis gravis existebat, et impune in utrosq; ut hostes, grassabatur. (r) Neq; deerant praetextus, conductus violatio causaeq; aliae, atq; hoc nomine damnatus ingenti pecuniae summa mactabatur. Denegato insuper a familia sua obsequio, pecuniae inopia pressus, quid faceret? pestis monasterii ab omnibus proclamatus et dissipator bonorum.

S. LXXIII. Animis ergo Praepositorum anno 1514. adhuc insinuabatur sacris his restituendis omnium aptissimus LUDOVICUS ab Hanstein (s) hujus nominis quartus, nobilis praeterea et meritorum gloria stirpis inclytae (t). Siquidem anno 1431. Christophorus ab Hanstein Praepositum egit in Monasterio Allendorffensi. Vid. Weinrichii de statu Henneb. polit. et eccles. p. 129. Lippoldus de Hanstein in Hahnstein natus, summus Jure Consult. in Henstadt 1575. die 14. Januarii extinctus aetatis suae 70. Casparus ab Hahnstein

anno

(r) Vid. Broweri Ann: Fuld: p. 33.
(s) Dilichius Chron. Hass. p. 89. Winckelmann. l. c.
(t) Browerus Ann: Fuld: p. 332. 333.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

anno 1530. natus sub Georgio Ernesto jam Consiliarium et Inspectorem Supremum Hennebergensem anno 1603. d. 4. Martii aetatis 69. demortuum. Ejus filius Conradus de Hahnstein natus 1590. d. 19. Oct. ibidem Hennebergensis Regiminis Consiliarius anno 1632. d. 18. Jan. factus obiit 1660. d. 31. Julii. Tres huic Conrado de Hahnstein in Henfstadt et Aschenberg erant fratres Joh. Georg. in Hepfershausen et Henfstadt; Burcardus in Bernhagen; Ludolph natus 1597. Weinrich l. c. p. 33. et e Helmverdeshausensi ad Dymollam monasterio, ubi jam aliquandiu Abbatem egerat (t) arcessebatur, commendatus scilicet à Landgravia, veluti damno huic resarciendo unice idoneus. Et respondebat votis successus, siquidem consona voce a Praepositis et congregatione universa summae rei mox fuit admotus, quam et rite impigregz administravit in annum usq; 1516. quo humana reliquisse scribitur. (u) Quod negz a versuum arcis Eichensis autore tacetur, hoc potius de eo perhibente testimonium:

Hinc Galli cognomen habes, rigidique lapilli,
Suscipis ablatas laetus honore vices. † 1516.

Atque de die emortuali etiam, qui fuit 28. Junij dubitare nos non finit epitaphium ipsius, quod a sacro collegio in basilica monasterii accepit tale:

ANNO DomiNI MCCCCCXVI. IN VIGILIA PETRI ET PAVLI OBIIT REVERENDVS IN Christo PATER ET DomiNuS, DomiNuS LVDOVICVS DE HANSTEIN HVIVS ECCLESIE ET In HELMWARTESHVSEN ABBAS Cº (cujus) ANIMA Mot REQVIESCAT AMEN.

(u) Winckelmann p. 262. Dilichius p. 89.

Ac quanto brevius ejus imperium, tanto inquietius. Et parum abfuit, quin anno 1514. Hersfeldia proficiscens equo, a Fuldensibus quatuor in locis diversis ipsi insidiantibus ad Freithofen fulfset interceptus et Fuldam abductus, nisi Hersfeldenses in tempore ipsi venissent auxilio. (X)

S. LXXXIV. ob anno 1516. ergo sacro hoc summoq; munere, consentiente insuper et adprobante electionem Landgravia vidua regente, perfunctus est CRATO (GRATIO) MELES, ex perquam celebri de Hungen equestri familia (Y) vir magnus, pius, justi aequique tenax, atq; exorienti suo tempore Evangelio neq; pro se renitens, neq; pro subditis omnem claudens januam, quiq; omnia, quae abstulerat Fuldensis, suae Abbatiae iterum vindicavit et aseruit. Atq; sub ipso, uti diximus, reformationem suscepit megalander Lutherus, neq; decerant ipsi, sicut Bambergae Episcopus Wigandus e nobili de Redwiz familia, admodum moderatus, Johannes, Baronum Schwarzenberg Magister ipsius aulae, Luthero faventes; Senatus ad accipiendum Evangelium pronus, Johannes Graa, pastor Gronacensis, a. 1522. ducens uxorem; M. Casparus Lohnerus e civitate Catiensi. vid. Joh. Langeri vita p. 23. 24. 25. anno 1523. loco itidem motus; Wurzburgi Abbates Laurentius a Bibra et Conradus a Thungen ad evangelium audiendum proniores, Johannes Apelius, insuper Fridericus Fischerus, Paulus Speratus eidem Wurzburgi aperte addicti; Fuldae Ulricus Huttenus, Adamus Crafftо et

(X) Dilichii Chronicon Hassiae p. 275.
(Y) Wilh. Dilichius l.c. p. 89.

et Balthasar Raidus, (Z) imo et ipse Abbas Johannes, Comes Hennebergensis; (ZZ) cum tota propemodum civitate evangelio addicta; (ZZZ) Vachae, Georgius Rupelius; (α) Hamelburgi Johannes Spangenbergius (β). Ita in ipsa Hersfeldia aliaeque doctrinaeq; confessores,

---

(Z) Browerus Annal: Fuld: p. 337.

(ZZ) Ipse Lutherus huic anno 1539. sequens testimonium perhibet in praefatione praefixa Balthasaris Raydi libello contra Apostatae Vicelii deliramenta, daß er nunmehro vor 16. Jahren (adeoq; 1523.) angefangen, das Evangelium Christi rein und lauter zu predigen, und noch diese Stun, da gute Früchte gnug sind. Conf. Seckendorf in Hist. Luther. L. III. p. 254.

(ZZZ) Balthasari enim Abbati Fuldensi anno 1573. Senatus Fuldensis supplicat, ut sibi porro Evangelicum concionatorem permittat, quoniam ab hominis memoria sacramentis secundum Christi institutionem usi sint; quod ipsi gravimina sua, dum susceperit Abbatiam, proposuerint, neq; tamen responsionem tulerint, nunc vero jusserit calicem auferre, et baptismum latina exercere lingua. Repetunt vota 1573. die 24. Julii, neq; quicquam pro se, neq; per intercessiones et legatos Augusti, Electoris Saxoniae, Georgii Friderici, March. Brandenburgensis, Wilhelmi et Ludovici, Landgraviorum Hassiae ab illo tempore efficiunt, ut potius eo res machinationibus adversariorum deveniat, quo hodie est loco, i.e. ut Romanis sacris addicti jam vivant ibidem omnes municipes hujus civitatis.

(α) Browerus l.c. p. 339.

(β) Ibidem l.c. p. 351. Hunc Senatus populusq; Hamelburgensis evangelii sitientissimi Alsfeldia in Hassia arcesserat, quod a Capitulo Wurzburgensi, Patronatus jure gaudente, et a Johanne Fuldensi Abbate, terri-

in quibus praecipuus mihi hoc saltem memorandus Heinricus Fuchsius, Plebanus Hersfeldensis, qui Browero ipsi Lutheriano dogmate propagando non infrenuus audit. (γ) At enim vix publicae hujus felicitatis factae-rat particeps, et consors simul publicae calamitatis fiebat Hersfeldia, dum anno 1525. circa Fuldam decem millia non solum convenerant rusticorum seditiosorum, caede et sanguine omnia opplentium, Marianiq; montis monasterium in cineres redigentium; sed et ipsa Hersfeldensis vicinia male erat pacata, concurrentibus consimili modo ad arma ejus agri rusticis cum cive permistis. Horum studia, factiog; Buchonius, confinio loci, consaeg; juxta, benigna et grata; unde consiliis et armis in commune collatis ubi signum ab his Buchonii accepere, ruente simul incola Fuldensi adoppidulandum et vim praeferendam Hersfeldiam properant. (δ) Receptinoenibus egere innoxii, nullo dato damno in praesens memorabili. (ε) In hoc tamen non excusandi, quod Consules duos Ottonem Sassium et Henricum Reitzen et persuasionibus et minis eo vesaniae adegissent, ut Cas-

sellas,

---

torii domino, per integrum annum nullam accipere potuerant, qui sacra apud se curaret, posteriore itaq; in hoc factum propterea tandem consentientem. Vid. Weinrichii Status eccles. et schol. Henneb. p. 497. Neq; id in sequentibus temporibus 1575. Balthasare Abbate Fuldensi interdicere valente, quoddam fuit inter alia ex dedicatione Cyriaci Spangenbergensi, qui huic Senatui anno 1602. suam Bonifacii Historiam dedicavit.

(δ) Observatum haud indignum est, subditos, qui tunc adversus magistratum insurrexerant, plerosq; fuisse Romanae curiae addictos, quod hoc Fuldenses probant satis ac Hersfeldenses, Buchoniique.

(ε) Repeto hoc ipsa Broweri verba l. c. p. 344. Conf. infra Crafftonis epitaphium.

sellas, Homburgum, Treisam, Rotenburgum aliosq; scriberent, ne se desc-
rerent, verum potius foederi suo accederent, jungerentq; sese omnibus su-
is, quibus possint, opibus et auxiliis. (l) Audiverat de hac coitione
et tumultu in tempore Landgravius, et ad dissipandas inertes hasce tur-
mas (Hersfeldiae enim tutela jam pridem ipsi cesserat) Hersfeldam
primum cum exercitu suo properat. (m) At Buchoniï ad famam adven-
tus ipsius, Hersfeldia (quam antea, ut diximus, occupaverant seditiosi ru-
stici, permixti civibus) relicta, metu sponte se Fuldam et aliorsum rece-
perant. Senatus vero populusq; Hersfeldensis adventanti Landgravio
claves portarum obtulerat, veniam rogantes delicti. (n) Consulibus interea
tamen supra nominatis aliquandiu in arce Spangenbergia a Landgravio
detentis ac tandem intercessionibus pro iis postea intervenientibus quam
plurimis libertate iterum donatis. Quare Landgravius cum datis, uti
audivimus, in vincula Consulibus, et sontibus pro merito plexis, nihil ibi-
esset ad bellum reliqui, arma in Buchoniam convertit, (o) neq; cessavit,
donec in ordinem essent redacti omnes, Senatusq; Hersfeldensis ipsi denuo
homagium praestiterit, magna insuper pecuniae summa ipsi vi pacti cum Ab-
bate initi, pro factis in bellum sumtibus, soluta. (*) Ut adeo parum ad-
modum detrimenti hoc ipso in tumultu passa sic fuerit Hersfeldensis Abba-
tia. (x) Nunc de politia redeamus ad ea, quae propius spectant ecclesiam.

(l) Dilichius Chron. Hass. p. 287.
(m) Brow. p. 345. Dilichii Chr. Hass. p. 287.
(n) Winckelman. Chron. Hass. p. 263. a
(o) Totidem verbis id iterum referente Browero. p. 345.
(*) Winckelmann. l. c. p. 263.
(x) Zeileri Topographia Hass. p. 11. et 51.

Sane Luthero jam anno 1521. Wormatiam ad Comitia imperii Caroli V. jussu et tutela abeunte, ipsi inter alia loca in itinere Hersfeldiam quoque transeunti omnia humanitatis officia et honoris documenta ab Abbate hujus loci fuere exhibita. Laudat propterea eundem singulariter, splendidamq; suam hic loci receptionem, juxta et sermonem sacrum ibidem praesente et Abbate et fratribus, ita volentibus, habitum memorat in literis ad Spalatinum datis: (λ) Non credas, quanta nos humanitate Abbas Hirsfeldiensis excepit. Cancellarium et Quaestorem obviam misit milliario magno: tum ipse Graffio ad castrum suum (Eichen conjicio) multis equitibus nos excipiens in oppidum comes fuit: Senatus intra portas nos excepit: in monasterio suo nos pavit laute, et in cubili suo me locavit. Mane quinta (hora) sermonem facere coëgerunt, frustra me causante, ne forte sua RE GeLI.t amitteret, si hoc factum Caesariani coeperint interpretari laesam fidem datam, cum mihi inhiberent, ni in via praedicarem, ego tamen non consensisse me, dicebam, ut verbum DEI alligaretur, quod et verum est. Imo fama erat, (vera etiam postea comperta) hoc ipso adhuc anno 1521. Pastorem Hersfeldensem duxisse uxorem, de quo iterum Lutherus (m) ad Melanchthonem: Dic Amsdorffio etiam, Pastorem Hirsfeldensem (Johannem intellige Fuchsium) optimum virum, volante fama, duxisse uxorem, ne vos sibi habeatis Praepositum vestrum (Bartholomaeum Bernhardi reputa, alias Feldkirchen, Pastorem et Praepositum Kembergensem) neogamum. Tanta praeterea quoq; efficacia fuit haec concio et praesentia Lutheri, ut

(λ) T. 1. Epistol. Lutheri ab Aurifabro edito. pag. 128. J. M. Kochii Narratio de propugnaculo Wartburgensi. pag. 182.

(m) T. 1. Epist. Lutheri. pag. 31.b Cellarii disput. de Pathmo Lutheri. §. 23.

ut in Abbatis hujus quamquam Lovaniarum partium agro anno 1523. monachi monialesq; monasteria sua excesserint, et parochus modo laudatus, prima uxore sua defuncta, alteram jam duxerit in matrimonium impune; prodente id vobis denuo ipso Luthero (V) ad Spalatinum: Nova ex Hennaco lege insuper hospes meus speculativus scribit, Abbatem Hirsfeldium permittere quibusvis liberum exitum, tam monachis, quam monialibus, et Pastorem Hirsfeldensem, defuncta uxore prima, duxisse secundam. Quae divini verbi semina heic sparsa exinde tam altas quoq; egere radices, ut sequentem Abbatem Cratonem a Weissenbach haereticum vocare, et de Joachimo Roldio scribere non erubuerit Browerus, ideo ordini infestum ipsi a Ludovico (Landavo ab Heunfeld) Abbate non prorsus nomen etiam Catholicum amitteret, res enim dudum abiisse. Imo ipsum Grafftonem Abbatem Scholam Hersfeldensis urbis primariam suo jam tempore instituisse, et sufficientibus dotasse reditibus, ejus infra loquetur epitaphium. Litem Abbati Hersfeldensi 1530. intercessisse ob aliqua bona inter Senatum Rotenburgensem, vel sola sequens Philippi Landgravii ex autographo docere poterit Epistola:

Vnßerß von Gottß Gnaden Landtgraue zu Hessen, Graue zu Catzenelnbogen. Liebe Getrewen, ßo fast uns unser Freundt, der Abt zu Hirßfeldt, ist, seiner mercklichen und hochbeschwerlichen halb, so ihme E. von etzlichen Vnderthanen und Zugehörigen Ihrer Abteij alt herkommen von uns zu, gesucht worden soll, geschrieben. Ehe ir derhalb alle mittelle inli, gerade zu heim schickt, dieselbigen beyeinander ehe an uns, so wollet gantzlich unsers Freundts Vnderthanen und Zugehörigen nit weit, sonder denen von alters her gebreuchlich und herkommen, ßo weren denn,

(V) T. II. Epist. Lutheri p. 140. SCULTETI Annal: Evang: pag. 196. Seckendorffius Hist. Reform. Lib. 1. p. 273.

Das die Bauern ein andere Gestalt hätte, darvon wüst ir uns b. richt geben und Innen auf darnach zu richten haben. Darvon thut ir unser bevelh und Meynung. Datum. Eysfel am Tag Johannis Evangelistae anno MDXXX.

Quanquam et hoc negandum non sit, inter fementem verbi et cito succrevisse heic quoq; locorum infelix lolium, hoc est anno 1537. anabaptistas nonnullos Hersfeldense et Hassiacum ingressos fuisse territorium, unde Philippus, Landgravius, necesse postea habuerit, peculiare de iisdem, et qua ratione tractari debeant perversae mentis homines, promulgare edictum. Sane de remotis hoc modo ex provincia Anabaptistis ipse Pastor fidelissimus accipiesimus Balthasar Leida gavisus fuerat in epistola ad megalandrum Lutherum, de quo vicissim ipsi gratulabatur sequenti epistola, quae nondum hactenus fuit excusa, sed jam primum prodit:

Gratiam et pacem in Christo.

Redditae mihi sunt literae tuae, optime frater, sed per fortuitum nuntium, ut non licuerat respondere. Et quia petis, ut videas manum meam, scripsi manifestis literis in dorso hujus cartae. Si ex ea pictura potes meam manum noscere, bene; sin minus, ex animo tamen meo videor mihi non solum manum tuam, sed et tuum quoque animum, tuis testibus literis noscere. Dominus Jhesus Christus te struat in illud suum regnum. Interim tamen ora etiam pro me, ut et ipse liberer ab impiis quibusdam, sicut te liberatum esse gloriaris in domino ab Anabaptistis et sectis. Mihi semper novi et alii post alios surgunt Prophetae, ut prope cupiam dissolvi, ne tot mala fine fine videam, et ego quoq; aliquando liberer ab isto regno diaboli. Hoc tamen tu pro me orabis, quia hoc cupio

a te.

a te. Amet te Dominus Iheſus Chriſtus, in quo bene vale. XXIIJ Januarii 1536.

T. Mart. Luther.

Venerabili in Domino fratri Balzar Raide Hirsfeldenſis eccleſiae Miniſtro fideliſſimo et ſyncerisſimo.

In inverſa pagina exſtant haec verba:

Manum meam petiſti
Ecce
Manum meam habes

Martinus Lutherus.

Imo video anno 1539. Erfurti prodüſſe Balthaſaris Raidae, Fuldenſis paſtoris Hersfeldenſis ſcriptum ſub hoc titulo: Concordia und Vorgleichung der Ungleichen, Widerwertigen, Rotten, Sectierern und Lutherern in und mit der H. Catholiſchen Kirchen an die zwey Abt zu Fulda und Hirschfeld. Balthaſar Raida von Fulda Pfarrherr zu Hirschfeld mit D. Mart. Luthers Vorrede auf den Widerruf. Gedruckt. 1539. 4. (ZZ)

Anno 1540. conceſſam ac ratum habuit, quod Elector Johannes Fridericus et Landgravius Philippus caeterique foederati non ſolum, ſed et alii Evangelici principes legatos ſuos et Conſiliarios et Theologos ad conventum in Hersfeldia cogendum ablegaverint, ut confeſſionis et apologiae Augustanae defenſioni in colloquio aſſiſterent, et contra Pontificios males artes, ut loquebantur, (böſe Practicken) maxime vero ad conſervandam veram in ſuis ditionibus propagandamque doctrinam conſilia jungerent. Convenerunt ergo ibidem die 6. Junij, qui in Saxonico circulo erat die 10. Maji jam huc ab Electore invitati. (*) Atq; tunc ſine dubio ſimul

(ZZ) Dilichius Chr. Haſs. p. 307.

(*) Verba ſunt Seckendorffii L. III. Hiſt. Luther. p. 277.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

factum est, ut nempe eodem anno 1540. Philippus Landgravius Hassiae cum Johanne Friderico I. Electore pactum quoddam inierint de Abbatia Hirsfeldensi et de domo Breitenbachensi, testibus literis conventionis, quae hodie in tabulario Vinariensi asservantur. (ZZZ) Atque hoc quam maxime commemorandum, quod cum Philippus Landgravius Hassiae anno 1540. die 6. Junii juxta suam conjugem Christinam Georgii barbati, Ducis Saxoniae filiam aliam adhuc (poscente sic corporis sui constitutione, nam Τέλειος erat) Margaretham de Sala, quae Elisabethae, Philippi Landgravii sororis, et Johannis, Georgii ducis filii, conjugi, a servitio erat, consentiente uxore, in matrimonium duceret, eam in praesentia tum matris suae Annae de Sala, Eberti de Thanne, Praefecti Isenacensis, Hermanni de Marsburg, Marescalli Landgravii, tum Phil. Melanchthonis et Martini Buceri, Dionysius, Pastor Hersfeldensis Rotenburgi sacra copula connexus fuit, ex qua septem postea quoque genuit filios, Philippum, Hermannum, Christophorum Ernestum, Albertum, Conradum, Mauritium, Ernestum, ac horum cuique certam praefecturam cum eo pertinentibus, primum donatione, dehinc testamento assignavit, nempe Liesbergam, arcem et praefecturam; Buckenbachium, arcem et praefecturam; Umbstadt oppidum et praefecturam; Homberg (für der Höfe) arcem, oppidum et praefecturam; Muhlstein dictum Ulrichstein, arcem et praefecturam; Schotten oppidum et praefecturam; Sterenfels arcem et praefecturam, unacum parte pagi Dehren, voluitque, ut se scriberent, appellarenturque: Nati e domo Hassiaca, Comites de Diez, et postea de assignata sibi sede et praefectura, v. g. Dominus in Liesberg, aut Buckenback, aut Umbstadt etc. Sed et hoc non minus notabile, quod omnes extra matrimonium rursus è hac vita decesserint.

(ZZZ) Vide Deductionem Vinariensem contra Schwarzburg. pp.

deceſserint. (*) Anno 1544. Comitüs ſolennibus Spirenſibus una cum multis Principibus, et perſonis Eccleſiaſticis interfuit. (**) Anno 1553. Kilianus Vogel, Abbas Herrenbreitungenſis, quod monaſterium ſubditum erat Hersfeldenſi, clam aufugerat ad Johannem Specht um, Abbatem Letrinum Erffurtenſem, poſt huius obitum 1558. locum ejus quoq; ſuſſectus ex Hirſfeldenſi monaſterio antea Herrenbreitungen translatus, et anno 1562. demortuus. (***) Obiit tandem, munere hoc ipſo omni, qua potuit, fidelitate, adminiſtrato, vitae et imperii pertaeſus, anno 1556. (o) die 10. menſis Martii, corpore in ipſa Hersfeldenſi baſilica humato, ſepulturae ſolennia procurante Michaële Abbate, ſucceſsore, ac hoc ſermone epitaphio ibidem a Ludovico Landavo ab Steinfeld confecto ornato:

(*) Muller Annal: Sax: p. 95.

(**) Daniel Wintzenberger in factis ab anno 1500. uſq; 1583. edit. Dresdae 1583.

(***) Nam Erfurti ſub Kiliani imagine legitur: KILIANVS VOGEL, poſtulatus ex HIRSFELD † 1562: vid. Weinrichii de ſtatu eccleſ. et polit. Hennebery. p. 101. 102. 103. Qua ratione deceſserit Herrenbreitunga, ex Principis Georgii Erneſti patet literis, in quibus ſequentia: dieweil ihr aber uns nun billig zu nehmen habt, mit was Fugen ihr ohn unſer und unſers freundlichen lieben Vetters Hertz. Wilhelm und bewilligen unſer Cloſter Herrenbreitungen mit beſtellung und Hinwegſtellung der Bibereien (Bibliothecken) Chorbuch, Altarbücher, Evangeliarien, Epiſtelbücher, Lectionarien, Brief, Siegel, und ſonſt allen zugehörigen Gerechtigkeiten, zum äußerſten ſpolirt, über das uns durch Annehmung einer andern Stadt ung ſelbſt gemeldts unſers Cloſters ipſo jure anfallen; Weinrich l. c. p. 103. Ibi (Erfurdiae nempe) ergo in poſterum aſſervanda erant documenta Herrenbreitungenſia.

(o) Dilich. p. 89. Winckelman. p. 262. Confer epitaphia ejusdem bina, in quibus hoc totidem verbis legitur: Has duo luſtra quater tamen impiger urſit habenas.

QVCHVSS DIFFICILI SERVARET TEMPORE REGNVM
QVSTICA GENS STOLIDE DVM PETIT ARMA, CHATO,
HAS DVO LVSTRA QVATER TAMEN IMPIGER VRSIT HABENS
TVTATVS MAGNI NOMEN ET ACTA VIRI
QVOD SCHOLA FERT REDITVS VARIIS PRAEMATIET CERTOS
EFFECTVM CONSTAT PRINCIPIS HVIVS OPE.
CONDIDIT EXTINCTVM MICHAEL, LVDOVICVS HONORI
ADIECIT TITVLOS, GRATVS VTRIQVE NOVOS.
ANNO DOMINI MDLVI. X. DIE MARTII OBIIT RE„
verendVS IN CHRISTO PATER AC DOMINVS DOMINVS GRATO
ABBAS ECCLESIAE HERSFELDENSIS Cujus Ani=
mae MISERERE XTE! (CHRISTE)

Cui adjicimus arcis Eichenfis verfus, qui eodem loco jure cenferi poffunt:

Imperii, vitaeque fimul pertaefus, in aftra
Migrat, et aeterno nomine CHATO viget.

S. LXXX. Ab anno 1556. curam hujus facrae familiae fufcipiens fequitur MICHAEL (π) Princeps de eccleſia et republica merentiſsimus, ac famae propterea aeternae, optimarum ſcilicet artium, literarum ac diſciplinarum, dum viveret, vindex ac Mecaenas munificentiſsimus, ſincerae religionis amans, pius praeterea, ſapiens, beneficus et omnibus virtutibus ornatiſsimus, nec non calamitatis hominum innocentium opitulator promptiſsimus. Indulſit benigniſsimum Numen hoc benignum ſidus huic orbi anno 1498. Rasdorffii (ϱ) Fuldenſis

(π) Dilich. in Chron. Haſs. p. 89.

(ϱ) V. M. Chriſtiani Gudeni orat. lugubrem in obitum Michaëlis Abbatis conſcriptam.

denſis dioeceſeos ac ditionis, oppido in Buchonia ſito, frugum ubertate fertiliſsimo, propter nundinas pecudum et foro bovum admodum celebri, parentibus quidem humili, ſed honeſto tamen loco thoroq; natis, virtutis inſuper atque pietatis ſtudio praeditis. Pater ſiquidem ejusdem vir antiqua virtute et fide Centgravii magiſtratum ob ſingularem prudentiam aliasq; naturae dotes (5)

ſcriptam, ac Marburgi 1572. editam. Lit. A. 4. Petrus Paganus K. 4.b

Quin, ni praeſagia fallunt;
Hunc ſibi ſaepe ducem ſtatuit Rasdorphia pubes,
Nam quodnam patriae contingere lactius omen,
Quod ne bonum poterat, quam tanti praeſulis ortu
Ex humili ſuper aſtra gradu ſuper aethera ferri?

Gudenus in oratione ligata de eodem. Lit. E. 2.

Vmbroſae natus ſagi regione propinqua.

Michaël Vranius Lit. F. 3.

Fuldenſi lactus jactat ſe tractus in agro,
Qui vetus a ſagi tegmine nomen habet.
Hic natale ſolum fuit, hic in lumina auras
Egrediens primum vagüt ore puer.
A requie nomen ſibi patria moenia ſumunt,
Si veterem agnoſcit trita loquela ſorum.
Moenia parva quidem, ſed quae ſolennis honorat
Mercatus pecudum nobilitate grege.
Religione loeus celebris, ſecloque priori
Inſuper illuſtrem fecerat ordo ſacer.

Illo tamen fato ſingulariter felix, quod duos Hersfeldenſes Abbates hoc ipſum protulerit Rasdorphium. Sic enim in oratione, quam habuit anno 1594. in anniverſario Michaëlis: Dedit enim huic urbi alterum jam principem, Joach. Pollium, quem hic adeſſe videtis, dominum noſtrum clementiſsimum, de qua felicitate et patriae et nobis omnibus ex animo gratulor. Quam verum

gesoit, qui loco primo ibidem reputatur, et cui principis nomine summa rerum committitur, sive bonis praemia sint persolvenda, sive malis poena irroganda, cui, quam diu vixit, omni cum integritate, aequitate, moderatioeque, et Principis etiam sui Reverendissimi favore ac gratia haud vulgari praefuit. Mater vero id agebat, ne ulli sui sexus et pudicitiae et rei domesticae cura inferior videretur. Unico ergo hoc cum se beatos viderent filio, eo magis dabant operam, quo rectius pueri animus bonis moribus, pietatis rudimentis, literis ac disciplinis a teneris imbueretur unguiculis, non nescientes, quanta prima in pietate ac bonis artibus institutio vim habeat per aetatem reliquam. Hiene scholarum tunc temporis statu probe considerato eundem mature scholae oppidanae Hersfeldensi, postea cum pubertatem excessisset annos natum S. Johannis monasterii extra Hersfeldiam in monte siti, collegio, quod celebritate sua vicinarum urbium scholas facile tunc antecellebat; anno 1511. dicebant, et a Praeposito hujusdem loci, viro et vitae innocentia et studio pietatis promovendae singulariter celebri, et ad promovenda liberalia ingenia quasi nato, impetrant, ut in collegii illius alumnos ac fratres posea

---

Illustrem gentem satis hic habet, atqz parentem,
Qui virtute suam nobilitat patriam.

(3) Gudenus in cit. Orat. Mich. Vranius Lit. F. 3.

Centgravii munus perhibent fubüsse parentem,
Qui patriae primas ducitur urbis honos.
Canicies siquidem sequitur prudentia canos,
Officio nomen non sine laude dedit.
Iudicii genitor tractabat publica praeses,
Non fors lauta tamen, sed mediocris erat.

ea cooptaretur. (T) Sic ad DEI gloriam liberaliter simul et secundum ipsius Lycaei instituta in literarum elementis, in sanctioris literis aeq, ac in humaniorib, (V) prout nempe ratio studiorum illorum temporum ferebat, educatus per aliquot annos hic subsistebat. Edito exinde egregio ingenii doctrinaeq, suae hinc rarae indolis specimine, amorem ac benevolentiam Praeceptoris sui Praepositi facile sibi conciliavit, dum ostenderat, quantum

---

(T) C. Gudenus l.c. Lit. B. 2. Idem E. 3.

Deditur ordinibus.

Michaël Vranius Lit. F. 3.

Protinus eductum studio curaque parentum
Vivendi pueram regula dura tenet
Coenobii vinclis afflictam culmina montis
Divaque Ioanni templa dicata vident.

(V) Gudenus l.c. et Lit. E. 3.

Ergo bonas artes didicit florentibus annis,
Doctrinae cupidus, sedulitatis amans.

Michaël Raidius Lit. E. 3.

Quem pietatis amor primis perceptus in annis,
Ad nutus facili finxerat arte suos.
Quique duces animi sic vicit dotibus omnes,
Ut forma reliquas Cypria Diva Deas.

Bernhardus Copius Lit. M. 3.

Mox ibi linguae Latia et Pelasga
Et sacra, atque artes ibi liberales
Tum mathesis: tum Logicae decenter
mox celebratae.

Petrus Paganus Lit. L.

Ac licet errorum tenebris in flore iuventae
Intricatus erat (nam vita monastica quondam
Coelo aequabatur) tamen hanc quoq, conditionem
Integer et syncerus amavit, ut omnibus horis
Affixus clavo, quod dicitur, esset honesto.

praecelleret aliis condiscipulis. (Φ) Commoratus itaq; hoic aliquandiu adhuc, et nunc aptus satis, ad altiores tractandas disciplinas judicatus, et factarum et humanarum scientiarum cognitione sic satis auctus, missus est cum primis illis ordinum gradibus, cum laude functus esset, et Presbyter (X) antea cum Praepositi, tum totius collegii voluntate factus, in Coucebergense, Hersfeldianae pariter ecclesiae, ad tertium ferme lapidem illac distans monasterium, ibidemq; ejusdem Praepositi, D. Johannis Krameri, viri docti, et multarum rerum usu instructi, inspectioni ac disciplinae, traditus, commendatusq; singulariter. (Ψ) Ibi nunc incumbere sibi probe perspiciebat considerabatq; indies, ut offenderet tum Praeposito, tum fratribus, quam sanctitatem religio, quam temperantiam vita ingressa, quam gravitatem officium, quam constantiam fides data, quam assiduitatem institutum, quam spem ecclesia a se exigeret. Ut ergo hanc impleret, sacris legendis literis die noctuq; incumbebat, vacabatq; totus, et ne sibi soli haec sciret, sed potius DEO proximoque se servire scirent, in erudienda et docenda per conciones plebe, et instil-

lando

(Φ) Gudenus l.c. Michaël Vranius Lit. F. 3.

Mox ubi majorem provecta requireret aetas
Doctrinam, specimen cujus abunde dabat.

Petrus Laganus Lit. L.

Nam sic instituit vitam florentibus annis,
Omnibus ut charus, peramabilis omnibus esset.

(Ψ) Michaël Vranius Lit. F. 3.

Consilii norma cum judicioque valeret,
Jungitur ingenio, docte Cremere, tuo.
Qua domus ampla Crucis surgit de nomine dicta
Alluit et montis lata Vietra pedem.
Non melius tradi spes et solatia patris,
Non uti potuit nobiliore duce.

lando tenericri aetati humanioribus, sacrisq; literis studium ipsius occupabatur. (w) Dum vero et hoc satis recte attenderet, quam deflexissent a priorum temporum regulis, quam labascerent prioris aevi instituta, quam declinarent antecedentium seculorum ritus ac ceremoniae, eo magis illuc suas dirigebat cogitationes, ut labantibus intercederet, nutantes firmaret, spuria repudiaret, certa ex scriptoribus Apostolicis neque ac foederis antiquioris probata daret, confirmatag; amplius, uno verbo, si quid suae prudentiae deesset ac experientiae, huic cum fructu suo adderet. Qua equidem prudenti

(w) Michaël Vranius Lit. F. 3. 6.

Hic sitiens hausit sacri mysteria verbi,
Et veri didicit dogma, fidemque DEI.
Postmodo quae didicit, cupidae committere plebi,
Praepositi jussu, sedula cura fecit.
Hoc disciplinam fructus tolerare magistro,
Formavit studiis corda tenella piis.

Christ. Gudenus l. c. et Lit. E. 2.

Tum reverenter adit superum pandentia mentem,
Scripta Prophetarum, et Biblia quidquid habent.
Nec didicisse satis, docuit resonare cathedras,
Nomina cum meritis, maxime Christe, tuis.

Nicolaus Rodingus Lit. N. 2.

Errores tetros exosus et impia sacra,
Mox manibus volvit Biblia sancta suis.
Hinc puram Christi doctrinam coepit amare,
Nil curans odium, Pontificisque minas.

Bernhardus Corws Lit. M. 3.

rerum suarum gerendarum dispositione non poterat non tum Praepositi laudati gratiam, tum confratrum suorum benevolentiam sibi conciliare, ac virtutibus, quae in ipso eminebant plures, et praecipue (a) easdem retinere, praesertim cum viderent regulam, quam auditoribus praescriberet, a nemine servari sollicitius atq; constantius, quam a seipso. Dum vero in ea incidisset tempora, in quibus audiret megalandri Lutheri opera, et sui temporis Theologorum placita, quae longius a scriptura abiissent, revocari nunc exactius ad hujusdem normam, veluti ad lydium lapidem, et ceremonias hactenus in templis frequentatas hinc inde in Saxonia immutari, et indies de ea re libros spargi et disseminari videret, ipse è contrario totum se dabat lectioni sacrarum literarum, et in his veritatem scrutabatur, cujus consilii fructum ex illo tempore haud exiguum quoq; cepit, tantumq; ut errantes ipse in regiam viam ducere, contradicentes refutare, infirmos ac inscientes instruere valeret satis, ac veluti oraculum à quovis. et consuleretur et audiretur. Utebatur vero inter S. Scripturae libros praecipue veluti consiliario suo intimo, Davidis psalterio (aa) veluti κορῶ τριετεῖ ἐχιδνῶν δεδαγμένος,

(a) Michaël Haidus Hersfeldensis. Lit. E. 3.

Quem tot virtutes ornabant, sidera summus
Nocte dieque vago, quod rotat axe polus.

(aa) Chr. Gudenus Lit. Mich. Vranius Lit. H. 1. b

At cum diligeret vitam Iessaea per omnem
Carmina (Lutherus Biblia parva vocat)
Hunc animae librum tanquam medicamen habebat,
Nectar et Ambrosiam, deliciasque suas.
Sedulus evolvens didicit recitare frequenter,
Audisset posito dulcia metra libro.

κάλων, quo nomine Basilia venit, adhibitis megalandri Lutheri, piissimiq; Selnecceri commentariis singulariter delectabatur, non solum in adolescentia sua, sed et nunquam dimittebat e manu per virilem et adultam aetatem, unde id adeo etiam familiare sibi reddiderat, ut prompta quemq; psalmum exprimere posset memoria, domi non solum diligenter illos legens relegensq;, sed et quando esset in itinere, imo cum ipsam efflaret animam. (aaa) Persuasus enim erat, illud Mosis et Prophetarum esse synopsin atq; compendium, neq; articulum fidei reperiri, qui ex illo non doceri ac confirmari, nullumq; esse calamitatis genus, cui non ex eo opponi posset pharmacum convenientissimum. Uti itaq; ab inferioribus laudato, a paribus amato, a superioribus aestimato, non poterat non ita contingere promotio. Agebatur scilicet annus 1538. quo ipsi ex merito Praepositi dignitas in haud

(aaa) Michaël Vranius Lit. H. Z.

Ergo pius princeps morbo crescente per horas,
Psalmographi vatis regia plectra movet.
His modulas postquam faciles accommodat aures,
Effugiens corpus spiritus astra petit.
Si quos elicuit Psalmos contritio fixos,
Augustine toro, febre gravante, legis
Davidis modulans cum circumstantibus hymnos,
Servulus exclamat: Quaeso tacete parum!
At non percipitis cantus resonantis Olympi?
Hinc nitidum spectans aethera, laetus obit.
Quin etiam moriens (Hieronyme testis es) effert
Christus Iessaeae carmina multa lyrae.

multos passus ab Hersfeldia civitate distante S. Petri montis monasterio omnium suffragiis conferretur; (b) biennio, post (1540.) cum Reverendus Praepositus Cruceburgensis, Andreas, Cremeri successor, in hujus urbis vicinia suo quodam fato misere periisset, hujus quoq, in locum Michaël suffectus, ac utriusq, monasterii Praepositus salutari coepit, (*) quo virtutum suarum praemio obtento, tantum aberat, ut efflaretur, quod alias haud infrequenter solet contingere, superbia, ut potius non nisi occasionem majorem reputaret virtutum suarum igniculos eliciendi, ac proximo suo inserviendi promptius meliusve. Quae omnibus declarata ejus modestia tantam vim in animo Cratonis Abbatis tunc temporis Hersfeldensis habebat, ut ingenii maturitatem nunc in eo attendens et judicii sinceritatem advertens, (bb) cum consiliorum suorum prae

alijs

(b) Christ. Gudenus in Orat. parent. Lit. B. 4. Et Mich. Vranius Lit. F. 3.b

Praeposito vita defuncto praefuit aedi,
Quae fuit in proavis, Petre, sacrata tibi.
Tum quoq, divini populum cum lacte cibaret
Verbi, suspexit concio magna virum.
Praeco Dei rexit templum, multosq, per annos
Tractavit vigili dogmata sacra manu.

(bb) Mich. Vranius Lit. F. 3.

Ingenii miram pepererunt munera laudem
Signaque virtutis vita probata tulit.
Nam aperire viam coeperunt fata Cremeri,
Et majus juveni conciliare decus.

(*) Verba sunt Krugii in Oratione Michaëlis parentali.

aliis vellet administrum, (c) nullus dubitans, quin sua Abbatis authoritas, monasterii vires, ecclesiae emolumentum, reipublicae salus exinde sint proventura. Sive ergo ex illo tempore legatus ad Imperatorem, sive ad Electorem, aut alium imperii Principem, sive ad status Imperii caeteros esset mittendus (d) sive in ipso Principatu Hersfeldensi comitia indicenda ac frequentanda (e) sive arduum quid suscipiendum perficiendumque, opera ipsius inprimis requirebatur, neq; ullus, qui Principis sui personam gerere, nemo, qui dignitatem ejus aut decus sustinere posset, aptior credebatur. Ille vero vicissim id agebat strenue, ut neq; fides in rebus gerendis, neq; prudentia in administrandis, neq; industria in conficiendis unquam desideraretur. Rebus ita aliquandiu et ex usu ecclesiae simulac reipublicae, probeq; gestis, praemium inveniebatur haud conventius

---

(c) Gudenus l. c. B. 4. b. Mich. Vranius Lit. F. 3. b.

Consiliis praesens ad publica prodiit acta,
Saepe senex fertur sensa probasse, Crato.
Perpetuum ardenter rebus complexus agendis
Thesea comitem fuevit amare fide.

(d) Christ. Gudenus Lit. B. 4. Et Mich. Vranius Lit. F. 3. b.

Non raro Michaël legatus ad extera regna
Eximium meruit, clarus honore, locum.

(e) Christ. Gudenus l. c. et Mich. Vranius ibidem.

Imperii lapsis, conventu quando coacto
Consuluit rebus sancta corona Ducum.

pro eo, (quod fata sic volebant fieri) quam Decani hujusdem ecclesiae officium (f) quod et favore Principis, et fratrum communi consensu anno 1547. ipsi legitimo offerebatur modo, arcanorum jam antea omnium tum et ecclesiae status conscius, et non nisi filii nomine ab Abbate semper dignatus. Quae animorum conjunctio et ita indies subinde creverat, ut Princeps et Abbas Crato animadversa corporis sui ex oneris gravitate et aetatis decursu debilitate, ipsius vero in rebus agendis dexteritate, illum, totius Collegii consensu, in societatem dignitatis et laborem cooptaret, h.e. ut hodie efferre solemus, Coadjutorem suum anno 1554. unice optaret, (g) certissima successionis spe sic post mortem ipsi simul oblata, quam per consensum Landgravii, Philippi senioris, hanc suam electionem adprobantis, eo magis certebat confirmatum. Atq; vix abierat biennium, cum spes haec sua in herba, ac modo inchoata excessu optimi Principis Cratonis, Abbatisque, compleretur, completaq; votis ac studiis civium, suffragiis fratrum, consensuq; Philippi Landgravii, tutoris cumprimis ac advocati, ut olim audiebant, confirmaretur amplius. Duce proinde virtute, fortunaq; comite Michaël omnium votis expetitus, divino consilio delectus in Abbatem rite subita ac mirabili totius Collegii consensione electus et ad principatum huncce anno 1556. delatus (h) ac nunc veluti in publicum orbis thea-

trum

(f) Christ. Gudenus ibid. Mich. Vranius Lit. F. 4.

Hinc ubi mutata suscepit sorte Decani
Officium, fecit partibus apta suis.

(g) Christ. Gudenus in Orat. parent. l. c.

(h) Gudenus Lit. C. 6. et Lit. E. 2.

Tandem virtutis ductu, et pietatis honore,
Per medios summum scandit ad usque gradum.
Nec princeps tantum, potius pater omnibus alter,
Officiis illum praetitit hunc animo.

Michaël

trum constitutus totum se ecclesiae ac reipublicae conseeravit, salutem subditorum suorum et temporalem et aeternam supremam legem existimans, non negligens tamen simul, quin potius studiosissime observans, quae orbis Germanici moderatores, Carolus V. Ferdinandus, et tandem Maximilianus II. Imperii nomine ab ipso exigerent, ipseq; Philippus Landgravius, tutor Patronusq; suae ecclesiae, itemq; alii vicini Principes ab ipso sine ecclesiae detrimento factum cuperent. Quo sane efficiebat, ut ecclesia sua praedae, rapinis, et militis libidini, ceu aliae, nunquam esset exposita, impetraretq; rursus, quod antecessores rerum suarum negligentia et incuria, maximo ecclesiae suae cum praejudicio amiserant, nempe ejus et potestatem in publicis imperii et Procerum conventibus et Principum senatu sedendi, et in sententiis dicendis suffragium suum ferendi. (i) Nempe pietatis primarium suum palmariumq; statuens studium (hh) eo invigilabat, ut, sicuti ipse in verbo DEI ab ineunte aetate et adolescens fuerat eruditus, ac multos dehinc per annos frequentibus de hominum salute acquirenda sermonibus sacris, ut juvenis fuerat erudiens, et quem sensum vir constanter servaverat ac senex, ita in omnibus territorii sui templis doctrina de essentia et voluntate DEI, uti quidem in lege et evangelio patefacta fuit, pure ac sincere absque ullis

---

Michaël Vranius Lit. F. 4.

Denique sublatum cum funere mersit acerbo
Summa dies, princeps te, Venerande Cato,
Praecipuus virtute fuit vicinus honore,
Proximus officii, jure Decanus erat.
Hic datus extincto successor in omnia, gessit
Non nisi digna loco, non nisi grata Deo.

(i) Gudenus l. c. Lit. C. 2.

corruptelis proponeretur (K) debitusq; DEI honor et cultus cum timore
justo et reverentia tribueretur, [sacra Biblia diuturna nocturnaq; versans
manu, dicta simul ac facta sua ad hanc normam velut ad cynosuram suam in-
stituens] advocatis eundem in finem idoneis verbi divini ministris. (KK)
Atque

(K) Gudenus l. c. Petrus Bagarus Lit. B. 2.

(Et quod praecipuum est) Sathanae ludibria spernens
Transiit ad veram cum Christo religionem,
Instituitque pios ritus, curavit egenos.

Nicol. Lodingus Lit. N. 2.

Evectus quando fuit ad fastigia honoris
Fictitios cultus deserit atque fugit,
Errores tetros exosus et impia sacra.

Mich. Vranius Lit. M. 3.

Dum gemitu Christum supplex in vota vocasti,
Quae salvante pios non carucre fide.

Bernhardus Copius Lit. M. 2.

Te fides Christo generosa junxit
Et simul patri sociavit et cum
Spiritu sancto (referens stupesco)
conciliavit.
Sed tuum in terris, Micaël beate,
Quando adhuc corpus traheres miserum,
Te fides ipsaec generosa et alma
sic animavit.
Ut quoad posses, quibus atque quantis
Commodis posses homines juvares.
Haec tibi cura, hoc studium perenne,
Hoc tibi votum.

(K K) Nicolaus Lodingus Lit. N. 2.

Inprimis vero non parcens sumptibus ullis,
Qui populum docerent dogmata sacra, vocat.

Atque ut hoc curatius ab omnibus observaretur, ipse probe sciens, recte facere Principem, cives suos faciendo docere, secundum Vellejum, et secundum Tullium in epistolis, quales in republica Principes, tales et cives esse, ipse frequens semper sacris intererat, et, si per valetudinem licebat, etiam quotidie, (1) sacra synaxi sub utraque quando refici volebat, fiebat vero id crebrius, pastori prius oppidano ordinario sua confitebatur peccata serio, atque non sine magna reverentia, legatum DEI in ejus persona agnoscens, neque quicquam de efficacia absolutionis subdubitans, caeterum tum inopiae ministrorum ecclesiae pro viribus succurrens, I I tum contemptum ipsorum in improbis vindicans severe, (eligendo nempe et constituendo post fata successore, Principe pio, prudente, liberali et communis salutis amantissimo LVDOVICO de Neunfeld (*) sed) Neque minus prudentiam ejus singularem tum leges a se noviter conditae promulgataeque ad societatem conservandam humanam apprime necessariae, tum sapiens constitutio et gubernatio earum rerum, quae post mortem etiam suam tum ecclesiae tum reipublicae prodesse

---

(1) Christ. Gudenus Lit. C. 4. et Lit. E. 2. b.

Hospitium Musis statuit, propriumque dicavit
Legatis servans lumine casus idem.

Mich. Raidus Lit. E. 3. b.

Quis nuper divite sumptu
Plebs Cyrrhaea tibi structa Lycea canat?
Consiliis inprimis in hoc arduo opere usus
BERTHOLDI MVLHARD, Consiliarii tunc sui
Spectatissimi, probissimique.

(*) Qui laudatissimus successor etiam hujus Principis studium, laborem et ardorem magnifice in omni sermone praedicare fuit solitus.

poterant, arguunt tum ad persolvenda doctoribus atque praeceptoribus stipendia, tum ad alendos viginti pauperes adolescentes, fundando etiam cum scholam provincialem (l) ex qua cum tempore prodirent, qui ad publicae rei clavum cum fructu, et neutiquam illius cum detrimento, ut antea factum erat, sederent; tum instruendo primum bibliothecam (m) omni librorum genere, ac praecipue optimorum JCtorum refertissimam, quam adeo quidem sequentibus deinceps temporibus auxit, ac quotannis locupletavit, ut paucae cum illis tunc temporis comparari, vix vero una in aliis Principum Dicasteriis eidem anteferri potuerit. Dum vero Scholae injeci fomes mentionem, praetermittere haud possum, hoc Gymnasium illustre ipsius tantummodo opera, consilio et opibus, sine ullo Abbatiae dispendio, anno 1589. e ruinoso ad Petri portam prope moenia sito monasterio et templo, ac sede quondam fratrum minorum ἀνοχοδήλων dicta (n) fuisse excitatum, et quadragies mille florenorum reditibus [illegible] contra improbitatem temporum, atq; insignibus privilegiis Maximiliani II. Imperatoris beneficio impetratis (o) in DEI honorem et reipublicae emolumentum

(m) Christ. Gudenus in Orat. parent. Lit. C. 4.

(n) Franciscani initio Fuldae consederant, postea Hersfeldam, Frizlariam, Geismariam secesserunt. vid. Broweri Antiqu. Fuld. p. 307.

(o) Literas privilegii Caesarei Maximiliani II. publicis imperii actis insertas ac in Comitiis Spirensibus conscriptas, integras exhibet I. J. Winckelmannus in Chron. Hassiaco p. 468. et easdem cum literis Scholae fundationis Michaëlis in Lunigii Tabularii Germanici imperialis Partis Spec: Continuatione II. sub Landgravio Hassio p. 798. quas consule, si lubet. Ipsum vero Instrumentum tam piae fundationis suo et Decani atq adeo totius Collegii sigillo munitum et confirmatum fuit.

Jacob

emolumentum dotatum: fustentatis in eodem olim per Oeconomum primum

Jacob Schlitzardus Lit. E. 4.

Hinc fidei fructus liquit monumenta juvando,
Qua doctas potuit parte juvare scholas.
Contribuit reditus Musarum sacra professis,
Ut pubes clariùs ora rigaret aquis.
Pierides solae, quibus est mens nescia fraudis,
Patroni dubitant non celebrare fidem.
Hae faciunt, pereat ne fugere gloria mersa,
Hae post fata ferunt nomen ad astra poli.
Da quae signa decet dare, non fallentia luctus
etonii periit portus et aura chori.
Quo florente scholae florebant commoda nostrae,
Debitas ingenii dona manebat honos.

Michaël Iranius Lit. G. 1.

Gymnasium, luge, luge, studiosa juventus,
Munificae fructum quae pietatis habes.
Mecaenas periit, magnae qui nobile molis
Coepit opus: Phoebus fautor et auctor erat.
In patria Musis dedit hospita tecta benignus
Attribuens doctis praemia digna viris.
Nam cum barbariem studiis instare videret,
Noxia quae templis, imperiosa, foret:
Sedulus incumbit curam constanter in unam,
Artibus ut priscus restituatur honor.

Idem Lit. G. 2.

Quis satis illustris nova fundamenta Lycei
Instruxit censu, quod locuplete, canat?
Ardua res, iterum neglecto jure potiri,
Sed decus hoc musis reddere, major erat.

viginti, dein triginta, postea octoginta alumnis, hodie vero per funestum tricennale bellum deperditis sub Wilhelmo VI. ejusdem reditibus, triginta aut quadraginta saltem adhuc alumnis; tandemq; anno 1688. die 11. Junij a Carolo I. Landgravio voluptate jam collapsum, funesti tricennalis belli procellis concussum, reaedificatum ac longe elegantius exstructum; (p) ex quo deinceps multi doctissimi viri, salutaria Ecclesiae et Reipublicae organa, veluti

---

Ut schola privatae laetetur pondere legis,
Magne tuo licitum munere Caesar habet.
Maxime qui solio nunc Aemiliane potitus
Sanguinis heroi, stirps generosa, sedes.
Te fundata fuit schola, te lapis auspice, primus
Jactus, habet Phoebus, testa tuente locum.
Neve quis evertat convulsa statutaque tollat,
Caesaris edicto jussa severa cavent.

Petrus Laganus Lit. I. 3.

Nec terris mandans gazas mane sanus avaris,
= Queis melius posset collapsa theatra scholarum
Erigere, et presbis sub iniqua sorte ministris
Divini verbi suntus praebere laborum.

Lit. L. z. Nobile praegrandi fundavit et aere Lyceum,
Utque scholas tolli praecipit Apostata Caesar,
Ne posset Christi radices tendere verbum:
Sic hic Mecaenas omni dignissimus aevo
Fundavit cum laude scholas, vivaria coeli,
Ut possit Christi radices tendere verbum.

Confer etiam Zeileri Topograph. Hass. p. 51. Winckelman. Chron. Hass. p. 262. 264. W. Dilichii Chron. Hass. p. 86. 89.

veluti ex equo Trojano prodiere. (q) Ut exinde adversarius etiam per-

(q) Superiori seculo eidem magno cum provinciae et literarum emolumento praefuit Rector M. Michaël Vranius, Isenacensis, vir eruditissimus, et rerum Germanicarum peritissimus studiosissimusq, a quo C. F. PETVLSKI Antonii Schnackenburgii Annales Corbejenses, quos postea edidit, acceperat. Eruditionem vero suam et fortunam huic scholae debent: D. Johannes Gualtherus, Hersfeldensis, summus Marburgensium olim Theologus; Joh. Laur. Crollius, licet non Hersfeldae, sed Rotenburgi natus, itidem sacrarum literarum in Heidelbergensi primum, postea in Academia Marburgensi Professor; Balthasar Raidus, Ecclesiae Hersfeldensis Protomysta; Petrus Zimmermannus, Theologus clarissimus, et ecclesiae Bremensis ad d. Stephanum Pastor. Ex Jurisconsultis: Wolfgangus Gruningius, Juris utriusque Doctor, et in Academia Erfurtensi Professor; Johannes Wibelius, itidem juris Doctor, et in Academia Tubingensi Professor; Hermannus Vnerus, philosophiae et juris utriusque Doctor, Poëseos Professor Marburgensis, ac tandem Supremi ibidem in Hassia judicii Aulici Consiliarius et Assessor; Hermannus Kirchnerus, J. U. D. Poëta, Historicus, Orator et Syndicus Marburgensis, ac tandem Comes Palatinus Caesareus; Joh. Vnerus, J. U. D. Professor Herbornensis, dehinc Comitum Wiedensium Consiliarius, et universi Comitatus Satrapa; Constantinus Nusslerus, J. U. D. et in Academia Hasso-Schaumburgica, quae et Kinthelii, Professor; Joh. Gualtherus, J. U. D. et in Academia Marburgensi Professor, ac Consiliarius Hassiacus; Bertholdus Schoreus, Hersfeldensis, philosophiae et J. U. Doctor, Consiliarius Chassovienſis Dillenburgensis; Ex Medicis: Theodorus Christophorus Brugius, L. Baro de Nidda, medicinae Doctor et S. Regiae Majestatis Borussiacae Archiater et Consiliarius. Ex Philosophis: Fridericus Risnerus, cujus supra mentionem injecimus, suo tempore Mathematicorum princeps, qui tamen

absurdum videretur, contra se alios optimis artibus, et Lutherana, ut vocant, religione quoq; armati. Victae tamen a pietate tandem omnes sunt objectae difficultates, Gymnasium imperiali auctoritate confirmatum, a successoribus clementer conservatum, honestis legibus probe munitum, stipendiis insuper liberaliter auctum fuit (+) decus ac ornamentum hujus civitatis praecipuum, pietatis vero ac munificentiae Michaëlis monumentum, non nisi cum mundo interiturum. Alterum, quod sectabatur, erat, ut suum cuiq; et daretur ex aequo, et maneret juste. (r) Hinc viros doctos et Theologos et Jure consultissimos undique

---

ab aliis Schlizensis perhibetur; Henricus Gutberletus, primum scholae aulicae Dillenburgensis, deinde Herbornensis Paedagogii Rector ac Philosophiae Professor, post scholae Hannoviensi Praefectus, ac demum scholae Daventiensis Rector, et Philosophiae ibidem Professor; Johannes Franckius, Philosophiae Magister, et in Academia Kinthelensi Professor; Johannes Lanius, Poëta celeberrimus; Wilhelmus Limbergerus, Gymnasii Hersfeldensis Collega et philologus eximius; Johannes Willius, scholae Bremensis Rector, et Paedagogiarcha, nec non Logicae et Metaphysicae ibidem Professor.

(+) Ad quae jure referas Stipendium Thalmullerianum et Dehnianum, vi quorum ex aerario senatus annuatim 50. floreni, itemq; majus beneficium, quod a certis urbis partis incolis persolvitur, nempe singulis annis 40. floreni. Itemq; abbatis Joachimi beneficium, vi cujus ex ipsius prosapia studiosis 60. floreni annuatim dantur.

(r) Gudenus l.c. Lit. Schlizardus Lit. E. 4.

Justitiam coluit tranquilla munera pacis
Publica promovit non sine laude bona.

Michaël Uranius Lit. F. 4. b

Justitiae studio pectus flagravit et aequi,
Subditus ac legi paruit ipse sui.
Utile praeposita norma neglexit honesti
Composuit legum cuncta tenore pari.

Gudenus

undique conquisitos multum amabat, magnisq; stipendiis annuis alebat; (5) non solum, ut doctrina et scientia theologica defenderent dogmata, sed et dicundo juri et dirimendis causis darent operam, peculiari Dicasterio, quod antecessores cum magno ecclesiae damno neglexerant, id propter constituto;

Gudenus Lit. E. 2.

Praesidium justis, sceleratis terror: utrisque
Pro meritis reddens praemia digna suis.

(5) Gudenus ibid.

Mecaenas igitur doctis, Musisque patronus.

Nicolaus Rodingus Lit. N. 2.

Adde, quod excultos studiis affecit honore,
Et doctos magni fecit ubique viros.
Virtute insignes et pulchrum nomen adeptos
Praeclaris studiis quaerere cura fuit.
Hos omni officio sibi conciliare studebat,
His dignum pretium, donaque multa dedit.

Jacob Schlizardus Lit. E. 4.

Provida cura fuit studiumque in rebus agendis,
Et penes insignes gratia magna viros.

Sane quando mortuus est Abbas Michaël, Lectorem scholae, seu potius illustris Gymnasii hujusdem primum agebat M. Christianus Gudenus, qui et Orationem lugubrem in obitum hujus Abbatis composuit, et in nova hac laudata schola die 25. Maji anni 1571. publice habuit, Marburgi postea per Augustinum Calbium anno 1572. excusam, factus deinde Mauritii Landgravii Secretarius ac Consiliarius, qua in dignitate etiam mortuus est; Conrectorem Michaël Haidus, Hersfeldensis; Collaboratores Jacobus Schlizardus, Isenacensis, qui etiam lugubribus carminibus Praefulis optimi obitum prosecuti sunt. Hodie eidem cum maxima laude et insigni fructu praesunt: Mel, S. Theologiae Doctor, Lector ac Gymnasiarcha, cui Deus vitam ac sanitatem largiatur; Johannes Josaphatus Schoppachius, Conrector; Bartho-

injuste etiam alienata salubribus consiliis ac legitimis remediis vendicaret, ac a violentis possessoribus recuperaret. (†) Prudentissimos sibi adjungebat consiliarios, non qui Placentini aut Laudenses, sed Veronenses essent, ut Lipsius loquitur, magnamq; in paganorum Praefectis et praetoribus adhibebat prudentiam, ut non facile illos ex officiis dimitteret suis, quos cum judicio selegerat. Experientia enim didicerat cum Tiberio, illos non nisi muscas esse, quae fidentius corporis ulceribus insideant, minus graves esse et molestae fiant, quam si alias subinde famelicae semper admittantur, saturisve ad satietatem usq; repletis repulsis. Supplices libellos a subditis libenter accipiebat, eos audiebat, et desideriis justis in tempore satisfactum volebat. Fortunam contra, mortemq; ipsam ita contemnebat, quasi ipsi familiarem, neq; inde timendam, sed potius ob felicem rerum suarum commutationem inde secutarum omni cum gaudio expectandam. Cumq; voluptatem pestem conferet homini gubernaturo, et precationibus divinis, verbi meditationibus vacaturo, nihil apud ipsum videre licebat, quod ad luxum, mollitiem aut delicias spectabat, ut tamen nihil quicquam praetermitteret, quod in cultu licet non admodum exquisito vestitu uteretur, et victu principis dignitatem et aetatem deceret, vel ad valetudinem conservandam conduceret. Sicuti vero apud indigenas aeque ac exteros humanitatis et benefaciendi cuivis laudem ferebat, ita et liberalitatis possidebat singulariter. Et dum in victu frugalis, in divitiis vero tum cogendis, tum dispensandis esset temperans admodum, non deerat ipsi ex ecclesiae reditibus

et

Tomaeus Waechterus; Joh. Wilh. Limbergerus; David Hoelcke, Collaboratores admodum industrii. Videas in eodem tria auditoria, receptacula, hypocausta, dormitoria, pro Praeceptoribus, Oeconomo et triginta alumnis s. stipendiatis. Conf. Lucae Helicona Europaeum. pag. 332.

et annuis proventibus unquam pecunia, (U) quam tamen non nisi in Eccle-
siae et Reipublicae communem usum destinabat, sive reficienda essent aedificia
publica, quae injuria et tractu temporis vitium fecerant; sive nova essent ex-
struenda, quod quam maxime fiebat, quando bona pars civitatis Hersfeldensis
per male feriatos homines igne aedificiis subjecto anno 1582. in favillas fu-
erat redacta, (X) quae longe splendidioribus exinde surrexit, aut noviter
extructae aedes sartae tectaeq; essent conservandae; sive coëmenda essent
a nobilibus et aliis magnis sumptibus, tum in urbe, tum in pagis exstructa
aedificia, illucque pertinentia bona, praedia et feuda, quae utplurimum ec-
clesiae suae donabat; eamq; iisdem amplificabat mirifice; sive aes alienum
ab antecessoribus suis conflatum (Y) esset persolvendum, aut abalienata
ac oppignorata Ecclesiae bona praesente aere redimenda, atq; hoc modo
census annui augendi; sive annona gravis ingrueret, ille suis promptus et
aere et alimentis aderat veluti missus sospitator (Z) ac alter Josephus.
Quid? testabitur de hac sua liberalitate non solum fundatum ab ipso il-

---

(U) Chr: Gudenus Lit. D. Mich. Vranius Lit. G.

Ac quia pro magno ducebat foenore, parce
Vivere, lectus opum magnus acervus erat.
Non fastum, moresque feros (ceu saepe) tulerunt,
Non dubias mensas, insolitasque dapes.
Non tenebris aurum condemnans abditis antris,
Nec loculus tenuit numinis instar opes.

(X) Zeileri Itineratium Germ: p. 51. (Y) Chrst. Gudenus Lit. C. 4. et seq. Mich. Vranius Lit. G.

Debita persolvit contracta prioribus annis,
Et redditus auxit jure modoque suos.
Quaerere non tantum studuit, sed parta tueri,
Atoreque possedit multa redempta suo.

(Z) Mich. Vranius Lit. G.

Cum terram male suada fames annonaque cara
Urgeret, miseris hic alimenta dabat.

lustre Gymnasium, magnae exinde famae, (α) sed et quamdiu steterint, Nosodochium (β) quater mille passibus ab Hersfeldia in pago Aula excitatum,

(α) Dilichii Chron. Hass. L. II. p. 22.

(β) Christ. Gudenus Lit. D. et E. 2. b.

Dives fundator struxit nosodochion ALLATE,
Solamen miseris, spem trepidique reni.
Anchora pauperibus temporis ille fui.

Mich. Vranius Lit. G.

Pupilli, viduae plorent, et coetus egenus,
Oppetit vester portus et ara diem.

Bernhardus Copius Lit. M. 3.

Deinde non cautum senibus, non
Orphanis, non et viduis egenis,
Non gravi morbo, aut alia dolenda
sorte ligatis.
Quod requisitum vehementer, et quod
Concupitum tot fuerat petentum
Votibus, tota in regione deerat
Πλοκολεοφῆον.
Mox id ipsum fundibus institutum
Plurimis mox intro senes egentes
Orphani tristes, viduae relictae et
Turba misella.
Hinc rei cautum magis et cupitum
Publicae: quicquid fuerat per annos
Plurimos parsum, semel optime illud
omne locatum.

Nicol. Lodingus Lit. N. 2.

Pauperibus tulit auxilium, tenuesque fideli
Subsidio juvit consilioque pio.

tatum, cui octo millia florenorum donavit, ut prospectum ius sit suis subditis de victu et amictu, quantum satis, qui vel morbis perpetuis atq; desperatis vexantur, vel propter mentis alienationem, aut corporis imbecillitatem vel vitium, aut propter senectutem, vel alias quasq; ob causas, non culpa sua, sed fortuito acceptas calamitates victui parando amplius non sufficiunt. Si divinum Numen multos ejusmodi dispensatores ecclesiae suae largitum fuisset, esset, quo speremus, pristinam suam faciem brevi fore recuperaturam. Sed neque hunc diu terris interesse sinebat, de coelo qui datus, coelum unice anhelabat. Nempe cum annos superasset septuaginta tres, curis et laboribus confectus, podagra insuper et aliis morbis excruciatus, paucis septimanis ante obitum in λειποθυμίαν, quam medicorum filii vocant Syncopen, inciderat, quam mortis suae praesentioris judicavit prodromum. Vocatis proinde ad se LUDOVICO successore, et ante semestre Coadjutore denominato, Consiliariis et verbi divini ministris, quibus ecclesiam et novam scholam, tanquam pretiosissimum Ecclesiae thesaurum commendavit, claves Abbatiae tradidit, cum ad pietatem et clementiam cohortatus est, et quid post mortem vellet fieri, aperuit Consiliariis. Hinc pietate ipsisque Musis consentibus praematuro et cunctis incolarum ordinibus dolendo fato, ipse licet vitae satur et viribus aeger, die quarta Maji Anno 1571. (V) cum vix tres aut quatuor decubu-

---

(V) Mich. Saidus Hersfeldensis diem et annum hunc expressit etcodisticho:

MaIVs VbI qVater eoo spectasset ab orbe
astra poLI prInCeps InCLyte CeLsa petIs.

Idemque hoc tetradisticho:

SI pletatIs honor sI VIrtVs InCLyta, parCes,
sLeCteret et saeVae IVra seVera neCIs:
Non HIrsfeLDensIs perIIsset sVnere prInCeps,
CVIVs In haC Vrna CorporIs eXta Latent.

ipſet dies, circa duodecimam meridianam, febri intercedente, abripiebatur, abreptiq, e vivis corpus, comitante illud Sabina ſorore, cum Proceribus et cunctis ordinibus (S) in baſilicam Hersfeldenſem fuit conditum, urna ipſi a ſucceſſore ſuo, ut gratum ſe exhiberet, et bene de eo mereretur, LVDOVICO ab Heunfeld poſita (E) addita inſuper hac inſcriptione:

Nobilis ingenio, vita clariſſimus abbas
Hic tegitur Princeps nomine, mente pater.

Amplexus

Mich. Vranius Lit. H.

Menſis erat Majus, morbo cum fractus anhelo
Vritur et vires languor abire facit.

Petrus Paganus Lit. 3.

Ad ver aeternum verni ſub tempore Maji
Transmiſſus Michäel Coenobiarcha fuit.
Bis ſeptem poſt luſtra ſatur vitaeque ſoliqae,
Chriſto animam, corpus reddidit huic tumulo.

Henr. Echzelius Lit. O. 4.

HIC IACET ANTIQVES MICHAËL POST FATA QVIESCIT,
AETHEREI PETIIT SPIRITVS ALTA POLI.

Adeoq, typographi fine dubio Dilichius in Chron. Haſs. p. 89. habet anno 1517.

(S) Mich. Vranius Lit. H. 3.

Haec meditans fratris Savina precatur ad urnam,
Ulterius liceat ne ſupereſſe ſibi:
Non luget fratrem, ſed vult comes eſſe ſepulti,
Quem ſupera vivum noverat arce frui.

(E) Vide ipſum Epitaphium, et Chr. Gudenum Lit. E. 2.

Hic artus poſuit princeps LVDOVICVS in urna,
Succeſſor ſociam teſtificando fidem.

Amplexus Fidei Michaël monumenta receptum
Pauperibus studiis apta Lycea fruit.
Publica justitiam prudentis commoda signat,
Templa pium celebrant munificumq; schola.

Subscriptum est: Reverendiss. Pr. ac. D. Dn. Ludovicus Abbas praedecessori suo bene merito hoc monumentum posuit.

Lapidi sepulchrali, quem a relictis propinquis meruit, sequentia legas insculpta:

Anno Domini M. D. Septuagesimo primo 4.
die mensis Maji obiit Rmus in Chrto pr.
ac Dnus Dominus Michael confirmatus Abbas Ecclesiae Hersfeldensis pietatis ac
studiorum patronus Incomparabilis, cujus ăiă in domino quievit.

In medio vero lapidis: MORS OMNIBUS COMMUNIS.

Epitaphium ad prototypi fidem heic aeri incisum subjicimus, ut insignia ejus pateſcant magis:

In arce Eichensi hoc impetraverat elogium:

Principis exemplar, Michaël, prudentis et aequi,
Omnibus hic pictis ordine jure praeis.
Nam virtus, gravitas, pia munificentia, candor,
Haud paucis constant singula cuncta tibi.

IVSTVS vero Winckelmannus scripserat ipsi tale:

Fundator docti, Michaël, autorque Lycei,
Nec non hospitii, quod locat Aula Jeni.
Post res praeclare gestas virtute ministra,
Aetherei petiit tecta beata poli.

Nos vero et ejus gesta claudemus cum Ambrosio Coriario:

Hoc magnus tumulo quiescit Heros,
Sacrati Michaël decus galeri.
Vindex impiger artium bonarum,
Assertor pietatis, et verendae
Cultor justitiae, patronus aequi:
Qui, vera Dominum fide professus,
Erexit placidis scholam camoenis.
Ergo donec erunt dies et umbra,
Donec parrhasios petent triones,
Cum Fulda gelidi fluenta Wertae,
Semper gloria praesidis virebit.
Non mors hunc potuit necare totum.

S. XC. Michaëli anno 1571. more institutoq, veteri, unanimique fratrum consensu electum, judicio etiam Serenissimi Hassiae Landgravii, Wilhelmi probatum, rite legitimeq, suffectum novimus LUDOVICUM, hujus nominis quintum, Landavum ab Heunfeld, monachus, qui antea exstiterat hujus monasterii, vir multae eruditionis, et praecipue in carminibus pangendis non infelicis venae (1) atque exinde prolixi

(1) Mich. Vranius Lit. F. b.

Nil aliud facis, hoc unum moliris et urges,
Quem gremio fovit docta Minerva suo.

Georgius Ludiger, Secretarius Michaëlis, in epistola ad Petrum Paganum Lit. H. 4. Delectatur autem plurimum dominus noster (Ludovicus) eleganti

prolixi non solum, sed et benefici erga Gymnasium novum animi, (α) amplaeq; sequiori tempore famae, sed Pontificiae religioni magis addictus. Lucet hoc clarissime ex Pontificis Pii V. confirmationis literis, VI. Kalend. Septembris Romae exaratis, in quibus demortuus suus antecessor, Michaël, extra Romanam curiam defunctus appellatur; hic contra Ludovicus monachus hujus monasterii ordinem in eodem expresse professus perhibetur. Quae ipsae Pontificis literae, cum ex iis colligere liceat, quod et supra jam monuimus, fuisse hoc Hersfeldense monasterium, Ecclesiae Romanae immediate subjectum, Simonem et Judam, utpote quibus basilica fuit consecrata, ejusdem fuisse praecipuos patronos, concordata nonnulla tunc inter Pontificem Romanum et nationem Germanicam, ratione confirmationis Episcoporum et Abbatum, fuisse inita, merenturque omnino, ut heic inseruntur ac legantur integrae:

---

eleganti stylo Musae tuae, quippe qui judicio in litteris, adeoq; Poësi et cum ipse haud inelegans scribat, si usus ferat, carmen, sit non contemnendo. Unde et fuit, ut Christiani Poëtae, operas suas ipsi frequenter dedicando eidem ipsas obtulerint. D. ch. Petrus Gumserus, Augustanus, anno 1577. elegiam de lapsu primorum parentum tristissimo, et expectatissima eorum redemptione per Christi incarnationem et nativitatem, Argentorati eodem anno in 8vo una plagula excusam inscripsit; sic Christophorus Formicarius ultimam concionem Domini J. C. ante obitum suum ad discipulos habitam, ex Johannis capitibus 14. 15. 16. 17. elegiaco carmine conscriptam anno 1583. Schmalcaldiae mense Martio excusam dedicavit, nominans eum in praefatione, Regalis atq; exemtae Ecclesiae Hersfeldensis Abbatem electum et confirmatum.

(α) Qui et Gymnasium multis auxit beneficiis. Vide W. Dilichii Chron. Hass. p. 86.

PIVS, Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ludovico Landavo, Abbati Monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, sanctorum Simonis et Judae, oppidi Hirsfeldensis, Ordinis sancti Benedicti, Moguntinensis diaecesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Summi dispositione Directoris ad regimen universalis Ecclesiae assumpti curis angimur assiduis, et continua meditatione pulsamur, ut opem et operam, quantum nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, q. orbis Ecclesiae et monasteria universa pastorum regiminibus destituta per nostrae providentiae ministerium viris committantur idoneis, qui sciant, velint et valeant Ecclesias et monasteria ipsa eis commissa salubriter regere et feliciter gubernare! Sane Monasterio Romanae Ecclae immediate subjecto Sanctorum Simonis et Judae oppidi Hersfeldensis, Ordinis sancti Benedicti, Moguntinensis diaecesis, per obitum quondam Michaëlis, ipsius Monasterii Abbatis, extra Romanam Eccliã defuncti, vacante, dilecti filii conventus ejusdem Monasterii, ad quos electio personae idoneae in Abbatem ipsius Monasterii, dum illud pro tempore vacat, juxta concordata dudum inter Sedem Aplicam et nationem Germanicam inita, per Romanum Pontificem pro tempore existentem, illi ad Electionem hujusmodi praeficiendae pertinere dignoscitur, pro futuri inibi Abbatis electione celebranda vocatis ẽibus, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut moris ẽ., convenientes, in unum te, tunc ipsius Monasterii monachum,

chum, ordinem ipsum in eo expresse professum, in eorum ac dicti mo-
nasterii, ut praefertur, vacantis, Abbatem iuxta concordata praedicta,
via Spiritus Sancti concorditer eligerunt, Tuoq; electioni hujusmod illius
tibi praesentato decreto consensisti, et deinde electionis hujusmodi nego-
tium proponi fecisti in Consistorio, coram nobis petens, illam Apostolica
auctoritate confirmari statutis a jure temporibus in his observatis. Nos
igitur, qui electionem praefatam de persona tua, cui apud nos de religionis
zelo, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et tempo-
ralium circumspectione, aliisq; multiplicium virtutum donis fide digna
testimonia perhibentur, invenimus canonice fuisse celebratam, electionem
ipsam de fratrum nostrorum consilio, auctoritate praedicta approbamus et
confirmamus. Teq; eidem Monasterio in Abbatem praeficimus, curam, regi-
men et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et tempo-
ralibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, et largitur praemia,
confidentes, quod dextera Domini tibi assistente propitia praefatum Mo-
nasterium per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum re-
getur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in iisdem spiritualibus et
temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tuae per Apo-
stolica scripta mandamus, quatenus impositam a Domino onus regiminis
et administrationis praedictorum prompta devotione suscipiens curam et ad-
ministrationem hujusmodi, sed solicite geras et fideliter prosequaris, quod
per tuae diligentiae laudabile studium Monasterium ipsum gubernatori pro-
vido et fructuoso administratori gaudeat se commissum, Tuoq; praeter aeternae
retributionis praemium, nostrae et praefatae sedis benedictionem et gratiam
exinde uberius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Pe-
trum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septua-

gesimo primo Sexto Cal. Septemb. Pontificatus nostri anno sexto.

An. V
X
A. Bergen.
Io. Berengus. Cornelius Lupparus quod magistris.
O. Nipperolius. Io. Marius Guelle ℔ commun. de 17.
P. Botiolus. Polid. de Polidoris ℔ un. et uno gd. d. Jul. 3 1/2.
A. Vaccabella. Alex. Lusyol. ℔ coi ℥ Jul. 5.
Ant. Maria de Fabris ℔ comm. d. 17.
Qui. Ferd. de Fonseca ℔ con ℔ 4 ℈ 3 —
R. Botiolus. P. Joh. de Gradi ℔ commun. d. 10. Jul.
Cusno? de Epiphaniis.
Hipp. della Casa ℔ coi p. XXV. Jul. 17.
Cax pn A. Mannus.
D. de Pirolis.
F. Spinellus protonotarius. R. Bubalus.
B. Botiolus. A. Glorierius.
Vincus Fusihus.

Simul vero et eodem tempore ac die eum ipsum Ludovicum Maximiliani II. Imperatoris tutelae et patrocinio commendavit sequentibus:

℣ I N S, Episcopus, servus servorum Dei!
Charissimo in Chro filio Maximiliano Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo salutem et Apticam benedictionem.

Hodie electionem de persona dilecti filii LVDOVICI Abbatis monasterii immediate Romanae Ecclesiae subjecti, Sanctorum Simonis et Judae oppidi Hersfeldensis, Ordinis S. Benedicti, Moguntinae diaecesis, in Abbatem dicti monasterii tunc per obitum quondam Michaëlis, ipsius monasterii Abbatis, extra Romanam curiam defuncti, vocantis,

per

per dilectos filios, illius conventum, canonice celebratum, de fratrum nostrorum consilio ꝑ aplica auctoritate approbavimus et confirmavimus, ipsum illi in Abbatem praefecimus, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaq; filius Charis. sit virtutis opus Dei, ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis et operibus pro Regis aeterni gloria venerari. Majestatem Tuam Regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Ludovicum, Abbatem et praefatum monasterium tuae curae commissum habens, pro et ꝑ aplicae sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic nos benigni favoris auxilio prosequaris, quod idem Ludovicus Abbas in commisso sibi praefati monasterii regimine possit, Deo propitio, prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo septuagesimo primo Sexto Kalend. Septemb: Pontificatus nostri Anno sexto.

An. V. O. Riparolius.
X. Z. Bodiolus.
A. Bergern K C. Pamphilius.
Jo. Barengus Bubalus D. de Pirolis.
Qui. Ferd. de Fonseca. C. Pamphilius.
R. Botiolus.

Sed et opus erat, ut ad majorem fidem toti commendaretur conventui, et universorum monachorum coetui a Pontifice, quo minus eidem reverentiam detrectarent et debitam obedientiam, quod et fecit hisce:

PIVS, Episcopus, servus servorum Dei!

Dilectis filiis, Conventui Monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae oppidi Hersfeldensis, ordinis Sancti Benedicti, Moguntin. Dioeces. salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie electionem de persona dilecti filii Ludovici, Abbatis monasterii vestri, Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae, oppidi Hersf., Sancti Benedicti ordinis, Moguntin. Dioeces. in Abbatem dicti monasterii, tunc per obitum quondam Michaëlis, ipsius Monasterii Abbatis, extra Romanam curiam defuncti, vacantis, per vos canonice celebratum, et fratrum nostrorum consilio aplica auctoritate approbavimus et confirmavimus, Ipsumq; Illi in Abbatem praefecimus, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca discretioni Vestrae per aplica scripta mandamus, quatenus eidem LVDOVICO Abbati, tanquam patri et pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas ac devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Aliquin sententiam sive poenam, quam idem Ludovicus Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usq; ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Romae ap. Sanctum Petrum Anno incarnationis 1571. sexto id. Septembr. Pontus nostri ão sexto.

Eadem subscriptio.

Interim

Interim ne nova ipsi de facili obiicerentur obstacula, cum simul, ut de omnibus poenis et interdictis absolveret, necessum erat, quod etiam fiebat sequentibus:

PIVS, Episcopus, servus servorum Dei!

Dilecto filio Ludovico Landavio, monacho monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae, oppidi Hersfeldensis, ordinis S. Benedicti, Mogunt. Dioeces. salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolicae sedis consueta clementia, ne dispositiones per eam de Ecclesiis et monasteriis quibuslibet pro tempore factae valeant quolibet impugnari, sed personae ad illorum regimina adsumendae, illis paro corde et sincera conscientia praestare valeant remedia, prout convenit, adhibet opportuna. Cum itaq; nos hodie electionem de persona tua in Abbatem monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae oppidi Hersfeldensis, ordinis S. Benedicti, Mogunt. dioeces. tunc certo modo vacantis, per dilectos filios illius conventum canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio, apostolica autoritate approbare et confirmare, Teq; eidem monasterio in Abbatem praeficere intendamus. Nos, ne approbatio, confirmatio et praefectio praedictae, si forsan aliquibus sententiis et censuris ecclesiasticis ligatus eis valeant, propterea quomodo quolibet impugnari, praevidere volentes, Te a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, ei quibus, quomodo quolibet innodatus ex ipsis, ad hoc duntaxat, ut approbatio vel confirmatio ac praefectio praefatae nec non singulae literae Apostolicae desuper conficiendae suum sortiantur effectum, dicta authoritate, te-

nore praesentium absolvimus et absolutam fore nunciamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et Monasterii et ordinis praedictorum Iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, fulcitis et consuetudinibus caeterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo hominum omnino liceat, hanc paginam nostrae absolutionis et denunciationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datae Romae apud S. Petrum. Anno incarnationis Dominicae. 1571. Sexto Kalend. Septembr. Pontificat. nostri 6to.

A. V.

X.
ab Bergern
Joan Barengus

Rui. Ferd. de Fonseca
R. Boticlas
Cax mij

Mamrus
Bubalus.

Cornelius Lupperius
pro magris
D. de Priolis.

Neque ut Vasalli etiam hanc intervertere possent electionem, sequentibus cavebat literis ad eosdem:

PIVS, Episcopus, servus servorum Dei.

Dilectis filiis, universis Vasallis monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae, oppidi Hersfeldensis, ordinis S. Benedicti, Moguntinae dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie electionem de persona dilecti filii LVDOVICI, Abbatis monasterii Romanae Ecclesiae immediate subjecti, Sanctorum Simonis et Judae, oppidi Hersfeldensis, ordinis S. Benedicti, Moguntinae dioecesis, in Abbatem dicti monasterii, tum per obitum quondam Michaëlis,

chaëlis, ipsius monasterii Abbatis, extra Romanam curiam defuncti, vacantis, canonice celebratum, de fratrum nostrorum consilio, apostolica authoritate approbavimus et confirmavimus, ipsumq; illi in Abbatem praefecimus, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde literis praefatis plenius continetur. Quocirca Vniversitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Ludovicum Abbatem devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam, nec non consueta servitia et jura sibi a Vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive poenam, quam ipse Ludovicus rite tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus authore Domino usq; ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Romae apud Sctum Petrum Anno incarnationis Dominicae. 1571. Sexto Kal: Septembr: pontificatus nostri Anno sexto.

An. 6

X O. Niparolus
A. Bergen Ap. Sitiolus
Joan. Borangus C. Camphilius D. de Prioribus.
XV.

Auf einigen Ausschreiben von Hrn Abt Ludwigen findet sich:
Reverendissimo atq; Illustrissimo Principi ac Domino D. Ludovico, Regalis atq; Exemptae Ecclesiae Hersfeldensis confirmato Abbati p Domino suo Clementissimo.

Inchoatum ab antecessore maximis sumptibus Gymnasii aedificium, sed morte sua imperfectum relictum ille absolvit, atq; exaedificavit non tantum, sed et, ut praeceptores in eodem salaria debita acciperent, pro sua prudentia

et liberalitate caravit. Cumq; annos septendecim, non vero quindecim, uti Dilichius vult, anno 1588. die 6. Septembris, vitae suae spatia confecisset, sepultus ibidem fuit in basilica Hersfeldensi, ac lapide sepulchrali tectus, cui insignia gentilitia et Abbatiae bis insculpta sunt, atque sequens inscriptio:

ANNO DNI 1588. D. VI. SEPTEMB. OBIIT
REVERENDISS. IN CHRISTO PATER DOMINVS
CAROLVS AC DNS. DNS LVDOVICVS ECCLESIAE
HERSVELD. ABBAS.

Ex prototypo delineatum heic aeri incisum videbis.
Et dum infra annus adjectus est anno 1580. et initiales literae artificis, qui illum confecit, aut excidit, V. H. ex eo colligimus, eundem lapidem fuisse ipso adhuc vivo anno 1580. confectum, quem numerum deinde commutavit in 1588. In arce vero Eichensi hoc decoratus visitur elogio, ex quo simul patam fit, jussu ipsius omnes antecessores suos in Abbatia fuisse depictos, ac ordine in atrio ibidem locatos, subscripto cuiq; in laudem suam disticho, aut pluribus:

Cum doctrina tibi, pietas, clementia, virtus,
Elogiis major sit, Ludovice, meis;
Dii faciant, superes longaevi Rectoris annos,
Donec par factis par mea Musa tuis. (B)

Cujus

(B) Unde in hac sententia devenio, compositos hos esse versiculos vel à M. Christ. Gudeno, Rectore tunc temporis Gymnasii, vel à Georgio Rudigero, Secretario hujusdem Abbatis.

Cujus loco I. I. Winckelmannus sequentes in Historia sua Hassiaca (γ) substituit:

Nutrit honos artes; sic crevit fama Lycei
Nominis et crevit laus, Ludovice, tui.
Landave genti, velut astrum insigne, coruscas,
Teque Tuosque vehens ardua ad astra poli.

§. XCI. Summo hoc munere post mortem Ludovici, qui, ut diximus, anno 1588. et non, ut alii scribunt, 1593. ipsi contigit, dignatus fuit CRATO (si germanice id efferas KRAFFT) nomenclatura hac secundus, e nobili gente de Weiffenbach (δ) oriundus, insignis non solum clementiae vir, sed et eximii erga Evangelicos favoris (ε) quod adeo male habebat partem tuentes adversam, ut, cum confirmationem a Pontifice impetrare non posset, eum non nisi haereticum et profanum appellantes, de hac dignitate anno 1593. detruderent (ε) praecipuas hac in causa partes agente Balthasare a Dernbach, Abbate Fuldensi. Caeterum, ut pro more nostro vitae ejusdem summam, quoad nobis innotuit, et hic inseramus. Editus ipse fuit in vivas luminis auras Anno 1526. in pago Aula inferiori dicto, coepte post compositos belli rustici motus anno. In scholis pro more seculi probe institutus, atq; ordinibus inferioribus mactatus eo studio, humanitate, ingenijq; fui, quod excellens nactus erat,

(γ) Pag. 262. Dilichius Chron. Hass. p. 90.
(δ) Winckelmann. l. c. p. 262. Dilich. Chron. Hass. p. 90.
(ε) Sic capio verba Broweri, qui partium studio abreptus ipsum pariter prophanum et haereticum nuncupat, quiq; Abbatiam invaserit, in Annal. Fuld: p. 369. cum tamen omnes legitime electum tradant.

viribus pervenit, ut anno 1545. Gellingenſi monaſterio, quod Hersfeldenſi ab antiquo ſubeſt, Praepoſitus fuerit datus. Nempe hoc agebant tunc communiter Abbates, ut illos, quos aliqua ingenii judicii vi praeditos deprehendebant, quaſi gradibus ad majora officia, ad Praepoſituras et per has ad ſummum honorum gradum et apicem manu quaſi ducere aſcenderi ſemper altius facerent, quod et apud hunc uſu veniſſe obſervamus. Nam et mox, anno nempe 1572. translatus fuit ab antecеſſore ſuo Creutzburgenſe monaſterium eodem ſub Decani et Praepoſiti titulo, quod pariter Abbati Hersfeldenſi paret. Anno ſequenti 1588. morte Ludovici Abbatis intercedente ſuum honoris apicem conſcendit, in Praefulem ejusdem monaſterii rite electus, praeſente Philippo Wilhelmo de Kornberg, Krugio, Secretario, Capellano, Wechbachſio, Praefecto Laudeccenſi, praefixo ipſi ſequenti anno 1589. die 10. Septembris, qui Sibyllae erat ſacer, in praeſentia Domini de Berlepſ, Praefecti Zigenhainenſis, Doctoris Caniſii, Camerae Magiſtri Hesbergeri, Reinhardi de Baumbach in Kirchheim, Magiſtri Murhardi, Joachimi Rollii, Praepoſiti in monte S. Johannis, M. Conſtantini Fabri, Bertholdi Rudigeri, Conventualium, Stofferi de Meldungen, Philippi de Willungen, Ordinis Teutonici fratris, homagio. Sed vix tres huic ſacrae familiae praefuerat annos, his ipſi movebatur a Joachimo, adjuto cumprimis conſiliis Balthaſaris de Dernbach, Abbatis Fuldenſis, qui multum omnino negotii ipſi faceſſivit. Cumq; electus quidem, confirmatus tamen Roma nondum eſſet, neq; confirmationem illinc impetrare poſſet (ΕΕ) his per aliquot annos

(ΕΕ) Dilichius l. c.

nos pependit. Ille tamen interim Abbatem usq; ad annum 1592. agens (eee) anno primo statim regiminis anno 1588. die 25. Novembris cum illustrissima domo Saxonica Lineae Ernestinae compositionem iniit de nonnullis controversiis in Praefectura Krainburgensi (hodie ad Ducatum Jenacensem spectante) ortis, vi cujus inter alia sexta pars in praefectura et oppido Treffurtensi domui Saxonicae Coburgensi tunc competens, unacum advocatia, et reliquis juribus omnibus Abbatiae Hersfeldensi cessit. (l) Anno 1590. die 20. Novembr. sub eo vivere desiit Georgius Ludigerus, qui sub tribus antecedentibus Abbatibus egit Secretariam, vir multae doctrinae, multorum studiorum et experientiae, cujus aliquot epistolae latinae in vulgus exstant editae ac typis excusae. (+) Anno 1592. a Pontifice dignitate depositus, ex illo tempore litis ferram cum successore suo Joachimo reciprocavit, cum quo tandem, litium pertaesus, anno 1595. convenit, ut, solata ipsi quotannis vitae 1500. florenorum, pro sustentatione sua, sufficienti summa, Abbatiam resignaverit, ac cum aliquandiu antea Creutzburgi egisset, tandem hoc anno Rotenburgum

(eee) Falso ergo Winckelmannus eundem hoc anno demortuum nobis tradit pag. 263.

(l) Mulleri annal. Saxon. p. 202.

(+) Teste Epitaphio, quod in aede cathedrali conspicitur, hujus tenoris:

ANNO Domini MDXC. XX. NOVEMBris
HERSFELDiae PIE OBIIT M. GEOR.
GIVS LVDIGER QVONDAM ABBATIVM
SECRETARIVS. Signo ejus rosa super iconem
ipsius, et Leone infra eandem in illo videndis.

ad Fuldam conceſſerit, primo ſtatim ibidem anno 1595. (alii male 1598. reponunt) demortuus (++) et in Decanatus ibidem capella, in S. Iacobi aede ante altare ſepultus. Caeterum hoc a I. I. Winckelmanno ornatus elogio:

Quid dicam, fuerit tua quae clementia, Crato,
Pectoraq; in cunctos officioſa bonos?
Crato, tuum nomen, tua juſta potentia regni
Murus erat validus praeſidiumq; tui. †1592.

§. XCII. Ultimus hanc ſublimam ſedem, et quidem ab anno 1593. vel potius 1595. occupavit IODOCVS ROLLIVS, a Ludovico Landavo, Abbate, ex Parocho Ordini inſertus, ut Catholici nomen vel hoc ipſo mereretur, ut loquitur Browerus, eodem adhuc anno 1593. a Caeſare Rudolpho II. in hac dignitate confirmatus (ll) ſequentibus. anno 1594. cum Friderico Wilhelmo, Adminiſtratore Electoratus Saxoniae, die 24. Maji pactum certum (Receſs) inüt, de feudis reciprocis, quae Abbas in Ordruff et Wechmar praetendebat, hic vero in Abbatiae Hersfeldenſis bona habere ſe dicebat. (m) Eodem 1594. anno ex pio felo et

(++) Et quidem in domo Andraeana, in foro ante S. Iacobi aedem, in cujus certo hypocaufto ejus devotioni deſtinato, verſus plateam, quae a roſa nomen accepit, certis temporibus crux ignea comparere hodie, ab incolis perhibetur.

(ll) Literas has nobis ſuppeditat Lunigius in Tabularii Imperialis Germanici Part. ſpec. Continuat. II. p. 801.

(m) Idem Mullerus in Annal. Saxon. p. 214.

et devotione sincera, in honorem DEI, vetustate corruptum templi cathedralis tectum undiquaq; refici et renovari curavit, manu priori aenea, in jurantis modum formata, a Carolo M. vel, ut aliis placet, a Ludovico pio in summitate templi suffixa, quam de novo fabricari ac auro obduci voluerat (3) cujus digito haec scriptura fuit indita: Anno Christi 1594. 12. die mens. Sept. sedente Romae Clemente VIII. P. M. Rudolpho autem II. Caesare imperante, Reverendissimus in Christo Pater ac Princeps Joachimus confir. Abbas Regalis et exemptae hujus ecclesiae Hersfeldensis, ex pio Zelo et simplici devotione, in honorem omnipotentis Dei, corruptum vetustate templi hujus tectum undiquaq; refici ac renovari, manuq; priori a Carolo Magno Rege, fundatore aedis, in signum juratae suae et successorum suorum defensionis, ac dati privilegii erecta, sed collapsa, hanc de novo fabricari imponi curavit.

Anno sequenti 1596. die 8. Martii, cum Friderico Wilhelmo, Administratore supra laudato, pro se et Joh. Georgio, Marchione Brandenburgensi, tutorio nomine Christiani I. de monasterio Gellingensi, cujus Advocatia in Electorem Saxoniae pertinet, certam inivit compositionem, quam ex Saxonicorum parte Abrahamus Boca, in Kliphausen et Talhausen, Heinricus Abrahamus de Einsidel, et D. Samuel Mosbach, ex Abbatis vero parte Reinhardus de Baumbach, Marschallus, Constantinus Schmidius, Praepositus, et D. Christophorus Vultejus Torgae subscripserunt. (1) Anno 1598. die 14. Maji,

(3) Winckelmannus Chron. Hass. p. 258.

(1) Mulleri Annal: Sax: p. 218.

interfuerunt nuptiarum solennitati, quas altera vice celebraverat Johannes Ernestus, Dux Saxoniae Isenacensis, cum Christina, Hassiae Landgravia, Wilhelmi IV. Landgravii filia, docta et astrologicis scientiis dedita Principe, Rotenburgi ad Fuldam, praesentibus eamq; ornantibus fratre, Johanne Casimiro, Ludovico seniore, et Ludovico juniore, Landgraviis Hassiae, Comitibusq; multis aliis ac proceribus. (K) Anno laudabile institutum cum Mauritio Landgravio, quo Fuldam fluvio Cassellis Hersfeldiam usq; navigabilem fecit, perfecit. (†) Is, postquam stipendium pro studiosis juvenibus ex sua familia legasset, vi cujus legati, singulis annis quisq; 60. florenos accipit, die 27. Februarii anni 1606. vivere desiit, nullo successore, uti Annales Fuldenses loquuntur. (λ) Ac non vana fuerat Balthasaris a Dernbach, Gravel alias dicti, paulo ante ipsum demortui Fuldensis Abbatis, conjectura, imo omnis loco ab omnibus excepta, quam post octiduum eundem in morte sequens, protulerat: Ecclesiae Hersfeldensis vae etiam ipsi sint reliquae, tanquam funere hoc cum Abbate suo efferri. (M) Interim bene huic Joachimo Abbate convenisse cum Mauritio, doctissimo illo Principe, documentum ejus dato literas posteriores invitatorias metrice scriptas, ad venationem in nemore Fridewaldensi, dignas, quae a Principibus et eruditis legantur:

Reverendissimo Joachimo, confirmato Abbati Hirsfeldensi,
amico nostro.

Haec

(K) Dilichius in Hist. Hass. p. 345. Obiit vero Christina die 19. Augst. 1658. aetatis prope 80. cum nata esset 1578. d. 29. Oct: vid. Laurentii Palmetum. p. 257. et 535.

(†) Winckelm. p. 58. de quo et supra egisse meminimus.

(λ) L. IV. fol. 373.

Haec tibi certificat noſtram, Ioachime, ſalutem,
Exoptat pariter teque ſalute frui.
Significat reditum de Fulda, nec tacet ipſum
Acceſsum ad lactum pacificumque nemus.
Pacificumque nemus ſacrum ſacra Dianae
Indicat, ad Feſtum te, Ioachime vocat.
Craſtina lux ducat ſalvum te ducat ad illam,
Quae ſacra eſt paci, (Xa) pacis amore domum. (+)
Linque domi veſtem pullam, venatibus aptam
Induc, quo foveat pulchra Diana tibi.
Sic partem praedae capies, ſic vota Dianae
Perſolves, et ſic noſter amicus eris.
Adduc Nicolaum cor, Laurentemque (++) Lucanum
Junge, viros lactos, lactitiaque probos.
Nil mihi reſcribas, ſed protinus induc ſoccos,
Atque iter accelera: me pete, perge, veni.
Gaude, cum noſtram videas fumare culinam,
Crede, ibi quod non ſit copia parva cibi.
Vix vini catinos binos ibi crede bibendos,
Eſt locus, in quo acidae valde bibuntur aquae.
Caetera grato animo bene ſuſcipe, more recepto,
Me redama, qui ſum plenus amore tui.

(Xa) die 9. Julii.
(+) Intelligit nemus, nomine Fridewaldae.
(++) Laurentium Lucanum, conſiliarium et alium, cui praenomen Nicolai fuit, vult eſſe ſocios.

Nil pro more morae trahe, sed celer ito, videto,
Hac charta inscribat quis tibi dulce Vale.
Datae Stopelii superioris d. 9. Julii anno 1603. (n)

Mauritius Hassiae Landgr.

Corporis exuviae in templo cathedrali eximio epitaphio praestantis operis fuere honoratae, inscriptaque eidem sequentia:

ANNO DOMINI. 1606. DIE 27. FEBRVARII HORA 9. ANTE
MIDEM IN CHRISTO OBIIT REVERENDISSIMUS
PRINCEPS AC DOMINUS DOMINUS IOACHIMUS,
COMITE Rhatus ABBAS ECCLESIAE HERS=
FELDENSIS, Romani imperii Princeps.

Quod ut clarius ante oculos sit, ipsum aeri incisum huic adjicimus. Actis praeterea a Winckelmanno ornatae: (v)

Et Joachimus erat ingens virtutibus Abbas,
Officio promptus, praesidioque bonis.
Tranquillae semper pacis studiosus et aequi,
Nil nisi vera loquens, nil nisi vera probans.

§. XCIV. Atque hoc ultimo Abbate Joachimo, anno 1606. demortuo, OTTO IV. Landgravius Hassiae, Mauritii 1. ex Agnesia conjuge prima natu major filius, anno jam 1605. Administrator Abbatiae Hersfeldensis publice declaratus (vv) tener quidem aetate, sed prudentia maturus, et ad prisca antecessorum

(n) Brower Annal: Fuld: p. 373. Lauritzii Palmetum. p. 320. Calend. Hist. Hass. p. 10.
(v) In Chron. Hass. p. 263.
(vv) Lauritzius in Hist: et Genealog: Palmeto. p. 536. Curieuser Discurs. Leibnitz cit. 1609. p. 9.

ceſſorum ſuorum jura inveſtiganda et amplificanda valde attentus, legitime poſtulatus fuit Adminiſtrator hujus Abbatiae, ringentibus licet ac frementibus Pontificiis quibusdam, utpote tutor et advocatus alias ipſius eccleſiae legitimus. (ZZ) Cujus a coepta hac dignitate vel praecipua inter alia erat cura et voluntas, ut anno 1608. in praeſentia ſenatus loci et antiſtitum eccleſiae imagines ex aede ſacra urbis tollerentur. Sed hic ex illo tempore, anno nempe 1613. factus praeterea Locumtenens in ſuperiori Haſſia. (VVV) Belgio et Anglia peragratis anno 1612. etiam Matthiae Imperatoris coronationem praeſentia ſua Francofurti ad Moenum ornavit, (ZZZ) ac anno 1613. Ludovico XIII. Galliae Regi, regimen modo coeptum congratulatus, (*) cum interea conjux Catharina Urſula obiiſſet. (**) Anno 1617. Hersfeldae paſtulis Blattron correptus, cum die 3. (7.) Auguſti mane ſummo canis exortui ululatu requies ipſius turbaretur, et ipſe de lecto ſurgens arrepto ſclopeto globulo, eundem vellet petere, eodem ſupo citius in ſe exploſo lacthaliter ipſe vulneratus eſt, eoque vulnere hoc ipſo adhuc die obiit. (O)

§. XCV. Hunc legitime ſecutus eſt WILHELMVS V. Haſſiae Landgravius, hujus pariter Abbatiae adminiſtrationis cura die 7. Auguſti

---

(ZZ) Lauritzius in H. et G. Palmeto. p. 536. et Calendarium Hiſtoricum Haſſiacum p. 10. Huic Ottoni Archi Abbatiae Hersfeldenſis adminiſtratori Melchior Goldaſtus Imperii Principum Apologias pro Imperatore Henrico IV. Franco, Caeſare Auguſto, Bavariae duce, adverſus Gregorii VII. criminationes recenſitas et natalibus ſuis reſtitutas dedicavit 1611. in 4to. Winckelmannus in Chron. Haſſ. p. 263.a. Calend. Hiſt. Haſſ. p. 16.

(VVV) Calend. Hiſt. Haſſ. p. 14. Lauritzius p. 537.

(*) Calend. Hiſt. Haſſ. p. 15. Lauritzius p. 537.

(O) Lauritzius l.c. p. 537.a Natus is erat anno die 25. Dec: et ex duabus uxoribus nullam ſuſceperat prolem.

ipsi oblata, die vero 12. Septembris anno 1617. in se susceptа. (π) Ex illo tempore Wilhelmus Landgravius postulatus administrator Abbatiae Hersfeldensis permisit ex causis sonticis, et in ipsa postulatione allatis, ut Capitulum totusq; Conventus Hersfeldensis unanimi consensu et legitima electione in Coadjutorem cum voto succedendi die 12. Febr: 1627. vi legum Ecclesiasticarum et ex consuetudine Hersfeldensi postulaverint fratrem suum Serenissimum Hermannum, ea tamen lege, ut si ad regimen Wilhelmus iterum pervenerit, se conventum hunc Hermanno tunc cessurum, interim omnia utilia ex eodem auferat, juraq; usurpet, ministros etiam suos salariis ex illo sufficientibus alat, Wilhelmus vero ad tempus Regalia et administrationem super illam retineat. Res omnis ex literis authenticis et definitivis patebit clarius, quas subjungam:

Demnach der Hochwürdige, Durchläuchtige, Hochgeborne Fürst und Herr, Herr Wilhelm, als Postulirter Administrator des Stiffts Hersfeld, Landgraf zu Hessen, ꝛc und beeder Grafschaft Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda Herr, ꝛc. Gnedige und der ganze Convent und Capitul vorgemeldten Stiffts, wie hochgedachte Hochwürdigen und in der Postulation angezogenen Personen den Hochwürdigen, Durchläuchtigen, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Hermannen, Landgrafen zu Hessen, ꝛc Durch einhellige Zusammenstimmung und vorgegangene Wahl zu ihrem und des Stiffts Coadjutorn cum voto succedendi vermöge der geistlichen Rechten, Hochgedachten Stiffts Hersfeld, und einhelligen zwischen ihro beederseits Fürstl. Fürstl. Gnaden Gnaden und dem Capitul im Jahr 1617. derowegen aufgerichteter Postulation- und Capitulation-Brieffen recht, auf und angenommen: Als sagen wir solchem vorgesetzten jedermännigliches hiermit Kund und zu wissen,

wüsste, dass ihr in = und vorgefallener ferneren hochnöthigen Motiven willen, zu dem vornehmlichen ende, damit ermeldter Postulations-Tractat, und was demselben weg anhängig ist, nicht allein so viel mehr confirmirt, bestättigt und versichert sey, sondern, dass auch bey gegenwärtigen jetzigen so beschwerlichen, und dem Religions-Wesen, wie Krieges Empörung, hochgefährlichen Zeiten, der Stift in seiner nöthige Obacht genommen, und bey Zeiten wegen dieser Ihrer nützlichen Succession in dero mehrere Befestigung gehandelt werden möchte, Ihre des Ernen Postulirten Administratoris, Herrn Landgraf Wilhelms, sodann Ihre Ernen Landgraf Hermanns, beederseits Fürstl. Fürstl. Gnaden Gnaden, neu, heute d. 12. Februarii 1627. sich im Namen der hochgelobten Dreyfaltigkeit in der Stadt und Haupting Cassel zusammen gefunden, und mit Zuziehung obiger Ihrer, sich auf Mord und Ausse, wie folgt, freundbrüderlich, unterredet und geschlossen, und einer dem andern mit Abwechselung und Confirmirung alles angezogenen Postulations- und Capitulations-Verfassungen zugesagt und versprochen haben, nemblichen da es sich begebe und zutrüge, dass wir, der Administrator Landgraf Wilhelm, zu der Regierung des Fürstenthum Hessen, mit Göttlichen Willen über Kurz oder lang gelangen würden, wir alsdann unsern Freundl. ihren lieben Brudern, Landgraf Hermannen, dem Stift Hersfeld, soviel desselben utilia und Nutzbarkeiten anbringt, jedoch ordinari und abtrotten, auch zu dem ende Ihre Ldz. solche utilia

zu liefern und zu bezahlen, die Diener zu Ihrer Lbd. Kosten mit unterhalten wollen, jedoch dergestalt, daß Unsere Freundliche liebe Brüder, Landgraf Hermanns Lbdn. die Bestallungen, und andere die Regierungs-anfangende onera und Erbhuldigung von und aus sothanem dasigen Hochstiftischen Nutzungen entrichten und tragen sollen, das Stift Herrnfeld Regalia und administration aber auf eine Zeitlang und bis man zu endlicher Cession, wegen jetziger beschwerlicher Kriegsläuften sicherlich und außer Gefahr nicht kommen, gelangen mag, und also ad tempus bei Uns, Landgraf Wilhelmen stehen und gelassen werden sollen, worunter aber die hochfürstl. Thore, Herrlich- und Obrigkeiten, so das Durchl. Haus Hessen in der Stadt und Stift Herrnfeld, wie auch desselbigen angehörigen Herrschaft, nicht verstanden, sondern denselben verbleiben sollen. Alles getreulich und ohne Gefährde. Zu welchs alles Versicherung und Bekräftigung Wir auf diesen pergament gegenwärtig gleichlautende Reverse unter Unsern beiderseits eigenhändigen Subscriptionen, und in die Deren hangende Capseln eingedrückten Fürstl. Sigillen bekräftigt und ausgefertigt, und jedem Theil deren einer zugestellet worden. So geben in der Stadt und Festung Cassel, den 12ten Februar: anno 1627.

(L. S.) Wilhelm l. z. Hessen. Hermann l. z. Hessen (L. S.)

Et licet in funesto ac toti Germaniae fat exitiabili tricennali illo bello anno 1628. Ferdinandus III. Romanorum Imperator, nomine natu minimi

nimi fui filii, Principis LEOPOLDI GVILIELMI, Archiducis Auſtriae, veluti Adminiſtratoris hujus Abbatiae (e) ab Archiepiſcopo Moguntino, Georgio Friderico, armata manu per ſubdelegatos ipſi vindicatae (jure tamen ſuo Haſſiacae illuſtriſſimae domûi, quod Advocati ejusdem antiquitus ſemper exſtiterint, ſalvoq; religionis exercitio, reſervatis) per Johannem Bernhardum, Abbatem Fuldenſem, veluti Vicarium eandem adminiſtravit; (ee) WILHELMVS V. tamen, Landgravius Haſſiae, ſub finem anni 1631. eandem vi rurſus ſibi aſſeruit, (s) illamq; in fatalibus illis tumultibus contra quosvis et armis et conſiliis maſcule propugnavit. Hinc cum poſtea hanc Abbatiam 1634. Hermannus, Landgravius, frater, non ſolum ex pactis ſupra modo allegatis, ſed et in abdicatione Mauritii, patris contentis repeteret, tranſactum inter eum et Conſiliarios Landgravii fuit die 4. Julii et antea fuit ſaepius, et tandem in eo die 8. Julii conventum, ut ille (Hermannus) renunciaret omni praetenſioni in Abbatiam Hersfeldenſem, ex hoc fundamento, quod illam Wilhelmus novo titulo et jure belli eandem denuo acquiſiverit, et ab illo tempore utrinque multa fuerint immutata, ipſe vero ab hoc tempore poſſideat, retineatque duo monaſteria, Petersbergam et Frauenſeam, cum utilitatibus ac pertinentiis ſuis ſingulis, tum ex parte Haſſiaca, tum Hersfeldenſi, non tamen haecce ceſſio ex-

(e) J. G. Lauritzius in Palmeto. p. 520. b.

(ee) Winckelmann. Chr. Haſſ. p. 263. b. Atq; ſub hoc fuſa eſt altera campana in ſacrarum aedium urbis turri, teſte inſcriptione ſequenti eidem adhaerente:
ANNO DNI. XSTI. MDCI8. DIE 12. Maji:
Zu Gottes Ehr vnd nutz ich die Leut,
Verleih allen Hand zur Frolichkeit.

(s) Winckelmann. l. c. p. 263. b.

tendi tractus amplius deberet, quam quoad Hermannum et posteros suos masculos, horumq; in defectu, fratres suos natu juniores, tradita tamen prius ab iisdem hujusdem tenoris semper renunciatione. Res omnis ex literis super hoc negotium confectis patebit clarius:

Durchlauchtiger, Hochgeborner Fürst!

Demnach der auch Durchleuchtige Hochgeborne Fürst und Herr, Herr Wilhelm, Landgraf zu Hessen y Graf zu Catzenelnbogen, Vnser gnädiger Fürst und Herr y nicht allein von diesem, sondern auch mehrmals mehrtzo Vns in Gnaden befohlen, wofernne Herz. Fürstl. Gnaden Vero angemaßte Praetension üfs Stift Hersfeld füg begeben würden, daß alsdann wir die Verfügung thun sollten, damit Herz. Fürstl. Gnaden in Dasselben von Ihrer Fürstl. Gnd. gütwillig und freundbrüderlicher affection vnpraesentirte Klöster Frauenberg und Petersberg würklich eingeräumet werden mochten: Do haben Hochgedachter Ihrer Fürstl. Gnadt. intention gemäß wir bey Commandon Verzicht begriffen, und Herz. Fürstl. Gnd. hiermit unterthänig zuberichten sollen, zu dero gnädigen Belieben stellende, Ob Sie dasselbe also vollnziehen, und unter dero Hand und Fürstl. Siegel vollziehen zu lassen, und darauf der würklichen Einräumung derselben beyder Klöster gewärtig seyn wollen. Herz. Fürstl. Gnd. damit in der Allerhöchsten Schutz recommendirt. Datum Cassel d. 4. July ao 1634.

Herz. Fürstl. Gnaden

unterthänig gehorsamer
Statthalter, Vice-Cantzler und
Räthe.

Praesentatum. Wildungen. d.
5ta Julii ao 1634.

Vor

Von Gottes Gnaden Wir Hermann Landgraf zu Hessen,
Graf zu Katzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda thun kund hier-
mit vor Uns und Unsere Erben offentlich bekennende, demnach Wir
unterschiedliche, beides schrift- und mündliche, von hochgebohrnen
Fürsten, Herrn Wilhelmen, Landgrafen zu Hessen, Grafen zu Ca-
tzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda, Unseren freundlichen
lieben Brüdern und Schwagern freund- und brüderlich angelangt,
Uns das Stift Hersfeld cum pertinentiis, in Kraft dessen nicht al-
lein bey wehrl. des auch hochgebohrnen Fürsten Herrn Moritzens,
Landgrafens zu Hessen, Grafen zu Katzenelnbogen, Dietz, Ziegen-
hain und Nidda, Unsers geliebten Herrn Vatters, hochlöblichen
Andenkens, Regierungs-Abdication aufgerichteten, sondern uns
nachgehends getroffenen neuen Compacten zu überlassen und einzu-
räumen, und neben Ihr Lbd. hierzu auch allerhand eingeschlichene Irr-
thümer sich nicht pflichtig machen wollen, zumalen weiln Sie, nachdem
solches Stift in fremde Hände und Gewalt kommen, dasselbe novo
titulo et jure belli wieder erobert, und an sich gebracht, dahero
wir uns keinen die Sachen mit mehrgemeldtem Stift Hersfeldt
in weit andern Zustand, als darinnen Sie vor der Zeit begriffen
gewesen, gesetzet worden, und Ihre Lbd. Uns darzu keiner wei-
tern Ermahnung geständig seyn würden; Gleichwohl aber auch
eben aus freundbrüderlicher Liebe und Zuneigung Uns die zu
|| solchem Stift gehörige beede Klöster Petersberg und Frauenberg,
sowohl zu Hessischem, als Hersfeldischem Theil, gleichwie wir
dieselbige bisshero innen gehabt, gegen Unsere praetendirte

Forderung vorgehalt vnpraejudicirn lassen, dass solche, solange
wir und Vnsere Männliche Leibeserben, oder in Mangel, oder Ab-
gang deren, Vnserer jüngeren Herr Gebrüdern vnser im Leben,
gegen gleichmäßige und sonsten beschriebene Renunciation
dieselbige haben, behalten und genießen, dass Ihro Lbdz. die Landt.
Fürstl. Obrigkeit darauf vorbehalten seyn solle. Dass Wir
demnach solche Offerten zu freundlichem dank auf- und ange-
nommen, und hingegen Vns selbe weiteren Zuspruchs auf solchen
Stift Hoyerswerd, wie der innen Namen haben, oder wofern der-
selbe wären mag, solange Vnser Vielgeliebter Herr Bruder,
oder deren Männliche Leibeserben im Leben, begeben und darauf
beziehen sollen, thun demselben auf sonnit und in Kraft dieses
auf die beste Form, Gestalt und Maass, als solches zu Recht
oder Gewohnheit immer gereichen soll, Cession vor mag, bey Vn,
seren Fürstl. Worten, Treu und Glauben, ohne Gefehrde und
Argelist. Dessen zu wehrer Vrkund und steter Haltung ha-
ben Wir diesen Renunciations- Revers oder Verzicht mit eige-
ner Handen unterschrieben, und Vnser Fürstl. Secret
darunter drücken lassen. So geschehen den 8ten Julii 1634.

(L. S.) Hermann L. z. Hoyerswerda

Donec in solenniori pacis Westphalicae instrumento anno
1648. die 24. Octobris subscripto, articulo XV. urbs denuo
et

et Abbatia Hersfeldensis itemq; Praepositura Gellingensis (†) Serenissimae Domui Hassiacae et jam viventi Wilhelmo VI. hujusq; successoribus sub titulo: Principatus secularis (*) et feudi imperialis (††)

(†) Lauritzius in Palmeto l. c. p. 539. a. Verba ita habent: Ingl das Hauß Hessen-Cassel und dessen Successores das Fürstenthum Hersfeld mit allen in- und ausserhalb Landes (als die Probstey Gellingen) gelegenen Geist- und Weltlichen Zugehörungen (jedoch vorbehältlich der Rechten, so das Hauß Hessen von undenklichen Jahren possidirt) besitzen, und dahingegen bey Kayserl. Majestät, so oft ihn der Fall begibt, die Belehnung suchen und die Pflicht leisten sollen. Vid. Wincxelmann. Chr. Hass. p. 498.
Ex quo tempore enati sunt illi fidelis patriotae versiculi:

O Hirschfeld, dort im Fürsten Wald,
Der Hessen Hasen-Revenuen alt,
Nunmehr ein adelich Fürstenthum
der Hessen, nicht ohn sonderen Ruhm.
(Dein Lob durch nunmehr, wir gesehen,
dort an das Sanct Vitalis Tag,
Du in der Nacht verrätherlich
Belagert, plötzlich sinnerlich.
Was sonnst sonst Räuber nennen,
Vor dieser Zeit, magst du nun heißen
Gemeinen deines Landes Kind,
Wohingt auf Fürstlich Quart sindt.)
Darzu du genug erlitten hast
Der dreyßigjährigen Kriegs Last:
So sage dich nun immerfort
Gott, und erhalt bey dir sein Wort;
So wird dir sein auf ewig wohl,
Weiß nicht, was ich mehr wünschen soll.

jure hereditario adjudicata fuerint, axiomate hinc etiam et insignibus Principis Hersfeldiae ipsi concessis (Ω) publicegz ex illo tempore juxta

cum

(*) Inde et hodie ille peculiari Cancellaria regitur, qua omnia et ad ecclesiastica et politica spectantia dirimuntur et definiuntur juxta peculiarem praescriptam judicii normam, ita tamen, ut gravatis appellare liceat ad Landgravium. Vid. Winckelmann. p. 582.

(ΤΤ) Feudum ergo super eundem impetrarunt die 20. Aug. 1650. ab Imperatore Ferdinando III.; a Leopoldo 1660. die 6. Februar: Wilhelmus VI. Landgravius per D. Joh. Jacobum Christen a Leopoldo Imperatore anno 1673. et Carolus Landgravius perinde ac a Josepho, et jam, det Deus feliciter, imperante Carolo VI. Juramenti formulam, quam nomine Principum delegati jurant, et ceremonias solitas vid. apud Winckelmannum in Chron. Hass. pag. 503. seqq.

(Ω) Hinc recte ICtus egregius Joh. Wilh. Waldschmidius in nupera dissertatione juris publici de mutatione insignium et sigillorum S. R. Imperii Statuum. pag. 44: Vicissim per secularisationem insignia regionem ipsam referentia, non extingui, sed ad novum dominum transire, exempla, quae proftant, neminem dubitare sinunt. Et addit in nota: (ρ) prout etiam in instrumento pacis cum omnibus juribus et pertinentiis transscriptae sunt. Consistunt vero insignia Principatus Hersfeldensis ex duplicata cruce in campo albo, quae hodie in secunda arula insignium Landgraviorum Hassiae conspicias, ac supra super auream coronatam galeam triplex cauda pavonina. Confer Winckelmann. Chron. Hass. p. 501. a.

cum aliis usurpatis, propterea& insuper, consensu Imperatoris Augusti, reliquorum& Imperii Statuum ac Ordinum, cum approbatione, sessione et voto, ut vocant, ante Mumpelgartensem anno 1654. in Comitiis Ratisbonensibus a Wilhelmo VI. Landgravio, in Consilio, ut vulgo audit, Principum (: Fürsten Rath :) impetratis. (Ψ)

§. XCV. Ex illo tempore denig& et hoc Hersfeldiae singulari cessit honori, quod Philippus V. Wilhelmi VI. filius, ex Hedwiga Sophia, Georgii Wilhelmi, Marchionis Brandenburgensis filia, die 14. Decembris 1654. natus resederit Hersfeldiae, matrimonio sibi juncta anno 1680. Amalia Catharina, Solmensi-Laubachensi Comitissa. (ω)

(Ψ) Vid. in hanc rem Theatrum Europaeum ad h. a. Calend. Historicum Hassiacum. pag. 64. Calovii Chronologiam. pag. 999. ad annum 1628. Zeileri Itinerarium Germaniae. pag. 297. et Topographiam Hassiae. pag. 51. Winckelmann. Chron. Hass. pag. 263. b. 287. 497. 498. Zechii Succedit Harold. P. 1. pag. 474. J. G. Lauritzii in H. et G. Palmeto. pag. 520. a. et b. et pag. 539. a. Hinc post pacem Westphalicam Landgravius Hassiae nonnulla in oppido Ordorfio praetendebat, ob impetrata scilicet jura bonag& Abbatiae Hersfeldensis, ipsig& aliquot pagis debat satisfactio. Vide Gleanii Syntagma Thur. P. 1. pag. 273. in Toppii descriptione oppidi Ordruffiensis. Unde recte Mabillonius in Annal: Benedictinis. Tom: II. pag. 543. Quod (Hersfeldense Monasterium) superest etiam nunc, tametsi reditibus multum accisis, quorum pinguior possessio a Landgravio Hassiae occupata est.

(ω) Lauritzii Palmetum. pag. 539. b. et 540. a.

Anno 1666. fusa est campana vulgo dicta Dominica (Dumbrugs Glocke), teste hac inscriptione, quae prae se fert:

IOHANN LEHN, IOHAN RECHBERG, CONSVLE,
IOHANN LIMBERGER AEDILIS, AMBROSIVS VL.
RICH, STVCK=VNDT GLOCKENGIESER ANNO. 1666.

Haec nova sit sanctae Triadi campana dicata,
Et vocat in templi publica vota gregem.

Alleluja, was Odem hat, lobe den Herrn, Halleluja!
Ps. 150.


L. SCHLAGELII
Annales Hers
feldenses
Handschr.
490
fol.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN